BSB Bayerische StaatsBibliothek

Münchener DigitalisierungsZentrum
Digitale Bibliothek

Kandler, P.

Codice diplomatico istriano [Editore Dr. P. Kandler.]

Bd.: 2

(Trieste) ca 1850

Signatur: 4 Austr. 31 p-2

Nutzungsbedingungen

Bitte beachten Sie folgende Nutzungsbedingungen:

1. Die Dateien werden Ihnen nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke zur Verfügung gestellt.
2. Nehmen Sie keine automatisierten Abfragen vor.
3. Nennen Sie die Bayerische Staatsbibliothek als Eigentümerin der Vorlage.
4. Bei der Weiterverwendung sind Sie selbst für die Einhaltung von Rechten Dritter, z. B. Urheberrechten, verantwortlich.

Usage Guidelines

Please observe the following usage guidelines:

1. The files are provided for personal, non-commercial purposes only.
2. Refrain from automated querying.
3. Attribute ownership of the original to the Bavarian State Library.
4. In using the files, it is your own responsibility to observe the rights of third parties, e. g. copyright regulations.

10000100

4° Austr. 31 P — (2

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

familiares speciales predictam civitatem intravit ad vos literas impetravit. Quare vos plurimum habeamus suspectum. Item dico quod idem Bernardinus sub certa pena compromisit in arbitros de questione si quam habebat vel habet cum dicto domino episcopo propterea quod rescriptum ad vos impetratum tacita veritate nullatenus valet. Item non valet rescriptum ex eo quod tacuit quod predictum episcopum traxit in causa supra predicta questione coram domino patriarcha.

Et haec predicta vel quod mee sufficient intencioni sive predicti domini episcopi suo loco et ipse coram competenti judice cum opus fuerit me offero probaturum. Quare vos requiro cum instancia semel secundo et tercio quod in predicta causa nullatenus procedatis nec aliquatenus vos intromittatis de ipsa.

Et quia predicta facere recusatis, senciens predictum episcopum tergestinum plurimum agravatum, procuratorio nomine pro ipso in hiis scriptis ad dominum papam appello et instat aptos peto, supponens ipsum et ecclesiam suam et omnia jura protectioni domini papae. Actum Justinopoli in curia episcopali.

Et ego *dietricus* Imperiali auctoritate notarius predictis interfui et rogatus scripsi.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

10000100

nec hujus nomine rei litem aliquam aut controversiam per nos nec per alios aliqua occasione movere amplius nec facere. Si vero per nos nostrosque supradicta omnia et singula in perpetuum non observabuntur, aut aliqua occasione contravenire presumpserint, penae nomine duplum valoris dictarum rerum sive quae propria molendini et ea predicta quae ad molendinum pertinent fuerint meliorata vel deteriorata, nos et nostros heredes in perpetuum tibi dicto Giroldo et tuis heredibus in perpetuum subjacere obligamur ita quod quilibet nostrorum ad predicta teneatur in solidum ut superius dictum est, et expensas omnes, lites, et dampna impetitas et impetita integre resarcire promittimus, cum nostrorum bonorum omnium presentium et futurorum obligatione: qua soluta et quibus refectis haec praesens cartula vendicionis nihilominus in perpetuum suam optineat firmitatem. Actum Tergesti in palacio Dni. Episcopi, presentibus Artuico Zuileto, et Almanno Coco et Dominico Ferbey, et aliis testibus ad hoc rogatis.

Ego *Lazarus* sacri palacii not. hiis interfui et rogatus hanc cartulam scripsi et roboravi.

Exemplatum per Johannem Rubeum Not., et redactum in publ. formam, et hoc de mandato nobilis et potentis Militis Dni. Hectoris de Souregnano honorabilis Potestatis Civitatis Tergesti, currente Millesimo tricentesimo trigesimo, Indict. tertiadecima, die primo intrante Aprile. Post hoc vero dictus Dnus. Potestas suam et Communis Tergesti auctoritatem interposuit et decretum et subscriptum per Justum Pacis et Amiço Masclum Not. et est vicedominatum.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

verno ogni novità sebbene estranea alle loro incombenze commerciali, doganali e giudiziarie. La instituzione del Vicedomino Veneto in Aquileja rimonta al trattato commerciale fra il Patriarca Bertoldo ed il Doge Pietro Ziani (Venezia 23 Giugno 1222), che rinovava precedenti patti de' Patriarchi Woltero e Pellegrino II (1206 e 1200). A Portogruaro nel 1248 si ha ricordo del Daziaro Veneto, e solo nel 1323 del Vicedomino; a Ravenna ed in altri luoghi di mare vi erano i Vicedomini, quasi Podestà, imposti, con pregiudizio del Principe locale, dalla prepotente fortuna de' Veneziani. Pel commercio del sale, da essi esclusivamente preteso, avevano fissato i soli tre porti di Aquileja, Latisana e Portogruaro; ed a proteggere i loro traffici tenevano custoditi da queste parti, con barche armate di dieci uomini, i porti o *poste* così indicati nell'analogo decreto del Maggior Consiglio 13 Ottobre 1261, *in Portugruario*, *in Umago*, *in Pirano*, *in S. Justo*, *in Sdoba*, *in Lisonzum*, *in Primarolo*, *in Rota Gradi*. I Vicedomini corrispondevano colla Magistratura centrale dei Visdomini, che era uffizio doganale. Si ha esempio (12 Dicembre 1268) di vendita fatta dal Comune di Venezia della rendita del quarantesimo da riscuotersi a Portogruaro ed a Latisana per tredici anni.

Aggiungesi la lista di alcuni Vicedomini ossia Consoli Veneti in Aquileja:

1277. Pietro Foscarini
1324. Ranieri Premarino
1326. Marino Foscari
1338. Bertuccio .....
1346. Marco Malipiero
1350. Orsato Viaro
1351. Mauro Viaro
1359. Marino Longo
1361. Maffeo Dolfin
1363. Pietro Agado
1364. Franceschino da Molino
1367. Fantino Pizzamano
1383. Giacomo Veniero
1385. Benedetto da Molino
1403. Bernardo Veniero
1406. Zuane Sanudo
1408. Francesco Loredano
1411. Paolo Balbi.

Da poi non ne furono mandati altri per la guerra, che terminò con la conquista veneta: cessava quindi l'occorrenza del Vicedomino.

Ingegnere Antonio Joppi.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

aut plus pro tempore valuerit. Dans licentiam intrandi tenutam, et corporalem Possessionem antedicti Feudi sua auctoritate, et in eadem Possessione manendi. Remissit quoque supscriptus D. juramentum fidelitatis eidem Vassalo, quia sibi pro alio Feudo fidelitatem juraverat. Cui investiturae, ceterisque actibus antedictis D. Tomas Archipraesbiter, et Ambrosius Archidiaconus, Praesbiter Titus, Simon, et Ungarus Diaconi Canonici Parentini praesentes suum consensum adhibuerunt pariter, et assensum.

Ego *Gordianus* Imperiali Auctoritate Pub. Not. huic Investiturae interfui, et de mandato memorati Episcopi, et rogatus a praed. D. Rantulfo haec scripsi, et in Pub. formam redegi.

Ego *Almericus q. Bernardi* de Mugla inclyti Raimundi Marchi. Not. his omnibus interfui, de mandato praef. D. Episcopi manu mea subscripsi.

Auscultatum fuit per me *Julium Brusamulinum* Notarium Ravennae.

Aloysius Corsinus Curiae Episcopalis Parentinae Cancellarius praemissa omnia, et singula ex Archivio Episcopatus Parent. aliena sibi fida manu extrahi curavit, seque in fidem subscripsit V. C. V.

Queste decime delle quali Vescovo Ottone dava infeudazione a Rantolfo del fu Basilio di Trieste, non furono le ecclesiastiche (per quanto pare) le quali erano di ragione della Chiesa già vescovile di Rovigno; data poi in commenda al Vescovo di Parenzo, ancorchè la proporzione di quarta parte potrebbe indurre a credenza che fosse la porzione episcopale delle decime. Re Ugone aveva fatto dono ai Vescovi di Parenzo di parecchie baronie, fra queste anche Rovigno, però non è ben chiaro quanta parte di Rovigno venisse donata, sembrando che non fosse tutta. Delle baronie decimali i Vescovi Parentini avevano dato investita ai Conti d' Istria, ed ai Conti di Pola, per le quali poi ebbero questioni ed amarezze. Non sappiamo di quale casato fosse il Rantolfo triestino, investito delle decime; il nome fu frequente nella famiglia dei Bajardi, non estraneo ai Basili, ma il Basilio nella Carta presente è patronimico non gentilizio. Ai tempi della Carta un Rantolfo era vassallo vescovile di Trieste, era *Miles*, a cui competeva il titolo di *Dominus*. *K.*

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Quod Feudum memoratus D. Episcopus per se, et Successores suos jamdicto D. Rantulfo cum ratione ejusque Haeredibus defendere et guarentare promisit ab omni homine, et parte sub poena dupli, aut boni cambii in consimili loco, secundum quod res meliorata fuerit, aut plus pro tempore valuerit; dans ei licentiam intrandi tenutam, et corporalem possessionem antedicti Feudi sua auctoritate et in eadem possessione manendi. Remisit quoque suprascriptus D. Juramentum fidelitatis eidem Vassallo, quia pro alio Feudo fidelitatem juraverat. Cui investiturae caeterisque Actibus antedictis D. D. Thomas Archipresbyter, Ambrosius Archidiaconus, Presbyter Vitus, Simon, et Ungarus Diaconi Canonici Parentini praesentes suum consensum adhibuerunt pariter et assensum.

Ego *Jordanus* Imperiali Auctoritate Publicus Notarius huic Investiturae interfui, et de Mandato memorati D. Episcopi, et rogatus a praedicto D. Rantulfo haec scripsi et in publicam formam redegi.

Ego *Almericus* qm. Bernardi de Mugla incliti gg. Mar. Notarius his omnibus interfui, et de mandato praefati D. Episcopi manu mea subscripsi.

Marchese G. P. dei Polesini.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

10000100

10000100

vicem gerit, et presbiteri Facine, et omnium Canonicorum predicte Ecclesie qui voluerunt et debuerunt interesse eligo in postulando, sive postulo in eligendo, quomodo de jure melius fieri potest Dnum. Fratrem Humilem de Ordine fratrum Minorum Capellanum Venerabilis Patris Dni. R. Dei gratia Sancte Sedis Aquilegensis Patriarche in Pastorem et Rectorem Ecclesie Emonensis, appellans ne quis contra istam electionem et in preiudicium ejus aliquid attentaret nisi primum cognitum fuerit de ea an valeat vel non.

Ego Presbiter *Engeldeus* de Castro Humagi Not. scripsi.

Il Capitolo di Cittanova era diviso in due parti nella elezione del Vescovo: una frazione aveva a capo il Decano Simone e contava i voti di due canonici presenti, e per procura quelli di due assenti, in tutto 5 voti. Li 30 Luglio fu da loro eletto *Frà Umile* Minore Osservante e Cappellano del Patriarca Raimondo.

Nel giorno appresso (31 Luglio) si radunò la frazione contraria che elesse *Egidio* Canonico. Aveva a capo l'Arcidiacono Ambrogio, tre canonici presenti; pel quarto assente votava per procura l'Arcidiacono: assieme 5 voti.

Si potrebbe dubitare che il canonico Marco, detto Accolito in un de' riferiti documenti, non insignito d'alcun carattere sacerdotale nell'altro, e che in ambi vota per procura, sia la stessa ed identica persona, che forse non pensava nè ad Egidio, nè a frate Umile. L' Arcidiacono, ed il Decano se ne arrogarono il voto a vicenda.

La doppia elezione fu sottoposta al giudizio del Patriarca Raimondo, e sembra si pronunciasse per Egidio; nol sappiamo però di certo, anzi a Nicolò vediamo ne' cataloghi succedere Simone per breve tempo, poi Egidio. *Dr. Cumano.*

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

10000100

10000100

assignare et dare quantum ipsi emptores et eorum Socii recipere possint integre solutionem debiti supradicti vel eisdem debitum solvere in pecunia numerata. Ad quod faciendum sub obbligatione ac pena predicta nos et Aquilejensis Ecclesia supradictis Manuccio et Caponcino recipientibus pro se et dictis eorum sociis presentibus solempniter obligamus. Renuncians quoque super predictis et omnibus et singulis predictorum pro nobis et Aquilejensi Ecclesia omni legis et juris auxilio canonico et civili, nec non Statuto, juri et consuetudini, litteris impetratis et impetrandis, privilegiis et quibuslibet aliis omnibus et singulis quibus contra predicta vel aliquo predictorum nos et eandem Ecclesiam possemus aliquatenus defendere et tueri.

Ceterum volumus et sic cum prefatis Manuccio et Caponcino sumus concordes quod unus nuncius pro nobis, et alius pro ipsis Manuccio et Caponcino ac sociis eorumdem in expensis nostris sint in muta Monfalconis qui jura et redditus recipiant dicte Mute ac concorditer scribant quidquid recipitur de muta eodem, ut sciamus postmodum facto ratiocinio cum predictis mercatoribus quid receptum fuerit de muta predicta.

Testes autem hujus rei interfuerunt Frater Humilis Ordinis Minorum, Presbiter Petrus Plebanus de Tricesimo et Presbiter Milanus Plebanus de Ivillino Cappellani, et Frater Milo Ordinis Cisterciensis, et Frater Ambrosius de Ordine Humiliatorum familiares nostri dilecti. In cujus rei evidens testimonium et etiam majus robur presentem paginam fecimus sigilli nostri pendentis munimine roborari.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

prestitoque de veritate dicenda a partibus juramento, et factis hinc inde positionibus quampluribus ad easdem, ex parte dicti Plebani fuit excipiendo propositum coram nobis et dicto Jacobo, quod cum multa essent proposita et objecta ipsi Decano, videlicet defectus etatis, qui apparet per aspectum corporis in eo; et quod administraverit in spiritualibus ut apparet per publicum Instrumentum concedendo Indulgentias, et in temporalibus usurpando sibi prebendam Episcopi post mortem ipsius, et redditus ejus usque modo in se recipiendo, quod paratus erat probare dictus Plebanus per testes sufficientes: et excommunicatio, quod ipse sit excommunicatus et electores sui, apparet per sententiam Dni. G*(otheboldi)* precessore Vestro; et quod sint irregulares, quod apparebat per publica Instrumenta: et periurium, quod sit periurius ipse et electores sui apparet per publicum Instrumentum: et inter cetera evidens defectus scientie; quod non debebamus, nec poteramus procedere in dicta causa donec super eodem defectu predictus Decanus esset examinatus per nos et ipsum Jacobum secundum formam Lugdunensis Concilii, quod incipit "Si forte inter cetera„. Nos vero diligenter attendentes que in dicto Concilio continentur communicato sapientum consilio requisivimus eumdem Jacobum canonice et debite ut conveniret nobiscum ad interloquendum super consilio sapientum predicto, et ad procedendum in dictam Causam juxta formam Consilii supradicti. Et ideo prout de jure poteramus, monuimus et requisivimus semel, bis, tertio et pluries jam dictum Decanum presentem constitutum in judicio coram nobis, quod deberet se supponere examini nostro, quod examen parati eramus facere de ipso super defectu scientie evidenti per partem alteram contra ipsum coram nobis objecto. Et quia Decanus idem contempsit se subiicere predicto examini nostro secundum formam memorati Concilii, qui etiam litterati sermone coram nobis tamquam ignorans, numquam aliquid loquebatur, ipsum reputantes pati defectum scientie litteralis, interloquendo in scriptis, pronuntiavimus insufficientem et indignum supradictum Decanum quoad regimen Justinopolitane Ecclesie, et ipsum Plebanum sufficientem et dignum esse ad regimen Ecclesie memorate, salva diffinitiva sententia quam in Vobis Domine reservastis. Cum etiam pars altera in Juditio confessa fuerit eumdem Plebanum ad hanc dignitatem et multo majorem dignum fore atque sufficientem; et precipue cum idem Decanus requisitus per nos in Juditio ut proponeret factum suum coram nobis sicut proposuerat memoratus Plebanus factum electionis sue premisso decenti sermone coram nobis et aliis multis Clericis et laicis ibidem astantibus, idem Decanus respondit quod nesciebat predicare. De quibus omnibus Benignitati Vestre per publica Instrumenta facimus plenam fidem. Unde cum super premissis nil aliud facere habeamus, interloquendo pronuntiamus causam predictam sic instructam ad Vestram remitti deinceps presentiam juxta tenorem Vestri mandati, Vobis diffinitiva sententia reservata. Et ideo processum dicte cause Vobis, reverende Pater, remittimus cum actitatis cause, videlicet cum forma electionis atque decreto dicti Plebani, et Instrumentis aliis per que intendit dictus Plebanus declarare coram Vobis jura electionis sue de ipso canonice celebrate, et cum quibusdam aliis Instrumentis que faciunt ad probationem objectorum contra dictum Decanum, et premissa omnia in saeculo nostris sigillis sigillato Paternitati Vestre duximus transmittendum.

Datum Civitati penultimo Julii, VII Indictione.

Da altri atti di questa elezione emerge che *Benvenuto* era il vero nome del pievano di Sacile e *Bono* il sopranome; il Patriarca dice: *Ecclesie Justinopolitane olim pastoris solatio destituta, electiones due de Episcopo una videlicet de dilecto filio Odorico Decano Justinopolitano, et alia de dilecto filio Benevenuto Plebano Sacili qui dicitur Bonus Canonico Ecclesie Justinopolitane fuerunt in eodem ecclesia in discordia celebrate.....* In altro documento egli stesso dice: *ego Benevenutus Plebanus Sacilis .....*

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

rentare promisit. Et indulsit Dnus. Episcopus sacramentum fidelitatis, quia pro feudo ipsius Castri sibi fidelitatem juraverat.

In quorum omnium rerum perpetuam evidentiam et stabilem firmitatem dictus Dnus. Episcopus hoc publicum instrumentum confici fecit, et sui sigilli pendentis munimine roborari.

Ego *Gordanus* Imperiali auctoritate pub. Not. et tunc Cancell. antedicti Dni. Episcopi huic investiture interfui et de mandato ipsius Dni. Episcopi et rogatus ab ipso Dno. Othone de Sovignaco hoc scripsi in formam publicam reducendo.

(L. S.)

All'ingiro: SIGILLVM OTTONIS DEI
GRATIA PARENTINI EPISCOPI.

Sulla copia del diploma dal quale fu tratto il presente trovasi scritto da mano antica:

Nel mezzo vi è l'imagine bene rilevata di un Vescovo in abito Pontificale e mitra in testa all'antica con la mano destra alzata in atto di benedire, e nella sinistra tenendo il pastorale.

Questa Pergamena ritrovasi nell' Archivio de' Nob. Signori Bojani di Cividale del Friuli, loro pervenuta per essere succeduti eredi di tutti li feudi di Ottone di Sovignaco. Questi aveva una sola figlia, che diede in isposa a Francesco Bojano di Paolo e chiamavasi Fumia o sia Eufemia, e questa restava erede di tutti li beni del padre. Or essendo questi morto, tantosto la Nobile Donna Fumia di consenso del suo marito Francesco, cioè nell'anno MCCCXXIIII Indizione VI addì 10 di Maggio in atti di Stefano figlio di Mastro Candellario di Cividale, instituì suoi Commissari e Nuncii Dno. Fulcherio di Savorgnano e Dno. Filippo de Portis per prendere l'investitura dei feudi pervenutigli dal Duca di Carintia o da Alberto Conte di Gorizia, o da qualsivoglia altro cui appartenesse e di prestare il sacramento di vassallaggio.

Marchese G. P. dei Polesini.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

et si per ipsum Patriarcham aut per illos qui fuerint pro eo fuerit vobis responsum seu dictum quod Patriarcha vult predicta pacta servare, removere novitates et gravamina supradicta et facere satisfieri de predictis dampnis illatis, placet nobis et volumus quod reformetis et ratificetis predicta pacta, quorum habebitis publicum instrumentum, cum dicto Patriarcha auctoritate sindicatus quem portatis vobiscum, et recipiatis ab eo nomine nostro et Comunis Venecie similem reformationem et ratificationem ipsorum pactorum et remotionem novitatum et gravaminum et caucionem satisfactionis dampnorum predictorum per publica instrumenta. Si autem predicta que requiretis de observatione pactorum, remotione novitatum et gravaminum impositorum et de satisfactione dictorum dampnorum aut de aliquibus eorum dictus Patriarcha facere noluerit, id et causam qualiter noluerit nobis vestris litteris intimetis expectando responsum et mandatum nostrum et secundum ea ..... modum faciendo. Preterea dicto Patriarche dicere debeatis quod cum quidam nomine Blasius qui est forbannitus de Triesto in Capitaneo custodes nostros de posta S. Johannis de Tuba cum sequacibus suis insultaverit eosque spoliaverit omnibus bonis suis, dictusque Blasius fuerit detentus in Montefalcone per Capitaneum dicti Patriarche, nos ab eodem Patriarcha ipsum Blasium fecimus postulari ut placeret ei illum ad nostram presentiam facere destinari. Verum quia hoc non fecit rogabitis ipsum ut nobis dictum Blasium faciat exhiberi. Item committimus vobis quod si per dictum Patriarcham aut per illos qui fuerint pro eo fuerit tale dictum vel tactum quod detineamus Terras ipsius Patriarche que sunt in Istria aut occupaverimus de iuribus et racionibus eius, poteritis respondere ac dicere quod nullas suas Terras aut iura vel raciones ipsius occupavimus nec tenemus occupatas: verum est certe Terre de Istria ad supplicacionem et instanciam incolarum et universitatum ipsarum Terrarum que guerris que agebantur inter eos quasi erant ad nihilum iam devente sub protectione nostra et Comunis Venetie fuerunt suscepte, salvis iuribus ipsius Patriarche, et hec et alia poteritis circa hec dicere que vobis dicenda et utilia videbuntur, et si fuerit vobis tactum quod dictus Patriarcha velit nobis concedere suas raciones et iura que habet in predictis Terris vel aliqua earum perpetuo vel ad tempus, inquiretis que iura et raciones velit nobis concedere et pro quanto ea omnia que voluerit nobis concedere et pro quanto, et quod inde inquisiveritis et scire poteritis nobis vestris litteris intimetis expectando responsionem nostram et preterea faciendo sicut vobis duxerimus intimandum. Et si predicta non fuerint vobis tacta, volumus quod vos sicut et quando vobis videbitur dicto Patriarche vel cui vobis videbitur ea tangere et dicere debeatis: et si fuerit vobis dictum vel responsum quod Patriarcha velit nobis concedere dicta iura et raciones placet nobis pro quanto et quecumque scire inde poteritis per vestras nobis litteras significare curetis expectando, ut dictum est supra, responsionem nostram et preterea inde faciendo sicut vobis duxerimus destinandum.

Preterea omnia negocia nostrorum Venetorum et fidelium de quibus recordacionem habetis et que ad vestram noticiam pervenerint cum prode et honore Venecie promovebitis bona fide.

Jurastis proficuum et honorem Venecie eundo, redeundo et stando in ista legatione et quod infra XV dies postquam reversi eritis dicetis nobis et nostro Consilio tam si fueritis interrogati quam non, quecumque pro nostro Comuni vobis utilia videbuntur et observabitis formis Consiliorum de donis et graciis non recipiendis et de tactione facienda et de scripturis curie nostre reddendis.

Data in nostro Ducali palatio MCCLXXX, die quarto octubris, none indictionis.

Vincenzo Dr. Joppi.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

praedictarum Civitatis, Dioecesis seu Provinciae ecclesias aut Capitula seu ecclesiasticas personas impediunt ne in terris seu possessionibus suis possint uti aquis, aquarumque ductibus, salinas facere vel Molendina construere, aut illis uti pro suo libito voluntatis, presenti constitutione diligentius admonemus, eis mandantes ut infra duos menses a presentis Constitutionis publicatione peremptorie res ipsas et earum possessiones praedictis Ecclesiis Capitulis seu ipsarum Rectoribus aut Prelatis restituant cum effectu de perceptis etiam et quae percipi potuerunt ac de damnis et injuriis illatis satisfaciant competenter, ac ab exactione angariarum et parangariarum et impedimento ac occupationis hujusmodi deinceps penitus conquiescant, aliorum de voluntate et assensu suffraganeorum nostrorum tam nostra quam totius presentis auctoritate Concilii, et nunc pro ut ex tunc in universos, qui hujusmodi constitutionis tenorem per se vel per alium quacunque machinatione ingenio arte vel dolo violare presumpserit, si Duces fuerint vel Marchiones, Comites vel Barones Capitanei, Potestates, Vavasores, Cives aut quevis alie persone cujuscumque preeminentie dignitatis honoris gradus, conditionis, status vel sexus, excomunicationis sententiam promulgamus; Civitates Terras et loca eorundem Ducum Marchionum Comitum, Baronum, Potestatum, Capitaneorum, Vavasorum seu aliorum Nobilium interdicto ecclesiastico supponentes. Si vero fuerint Civitates sive Universitates Civitatum Castrorum Villarum et quoruncumque locorum Potestates Gastaldiones Maricos, Rectores et Antianos, Consiliarios et Officiales ipsorum voluntate et assensu et auctoritate predictis excomunicationis ex nunc vinculo innodamus, et Civitates Castra Villas et loca ipsa ecclesiastico supponi interdicto. Non obstante quod detentores seu occupatores hujusmodi illicite venditionis, locationis, concessionis, impignorationis seu infeudationis sibi factorum per Prelatos seu quaslibet alias personas contra Sanctiones Canonicas vel Civiles pretendant titulum seu allegent. Diocesanis auctoritatem et licentiam concedentes quod excomunicatos occasionibus supradictis possint absolvere auctoritate nostra et interdictum hujusmodi relaxare cum ab ipsis delinquentibus satisfactum fuerit competenter.

Venuto Raimondo della Torre al Patriarcato di Aquileja nel 1273 dopo vacanza di quella Chiesa per quattro anni, ne trovò li stati in grandi disordini ed agitazioni, non per le cose laicali soltanto, ma altresì per le ecclesiastiche, specialmente nell' Istria. Del che erane causa quel canone di pubblico gius che concedeva ad ogni barone, maggiore o minore, ad ogni Comune, di risolvere colle armi ogni loro questione, nelle quali prendeva precipua posizione il Conte d' Istria vassallo del Patriarca, dei Vescovi di Pola, di Parenzo, di Cittanova e di Pedena, il quale ora stava col Patriarca contro qualche Comune, or col Comune contro il Patriarca, or da sè solo contro Patriarca, contro Vescovo e contro Comune, secondo che i momentanei interessi portavano. Nè il Patriarca nè i Vescovi credevano improprio, il coprirsi di corazza, il cingere spada, ed il combattere di persona. I Comuni reclamavano libertà di governo municipale, e secondo gius di allora lo potevano colle armi. I Veneti volentieri accoglievano li Comuni che loro si davano, dicendo di non derogare con ciò ai diritti di terzi, in pratica poi questi diritti si pretendevano ridotti a semplici pensioni di danaro. E convennero anche coi Patriarchi del quanto per tutta l'Istria, scelto a giudice ed arbitratore della questione coi Patriarchi il Sommo Pontefice medesimo.

Intorno questo tempo agitatissimo succedono le dedizioni delle città istriane ai Veneti, il che nel concetto del gius d' allora non era ribellione, ma può ben credersi che fosse occasione a parecchi disordini, non solo a colpa e fatto dei defezionanti, ma altresì di quelli che tenevano apparentemente le parti del Patriarca. Il quale, per porvi freno, proclamava in Sinodo provinciale il Monitorio che diamo. *K.*

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Interrogatus si Potestas bannivit Presbyterum Dominicum, pro eo quod praesentavit Litteras Episcopi Archidiacono Parentino pro exigendis procurationibus D. Legati, pro eo quod fecit eidem Archidiacono praecepta super hoc, auctoritate D. Legati. Respondit quod non fuit praesens, sed auditus sit, quod publicum est hoc et notorium per totam Civitatem, et quod Archipresbyter ivit coram Potestate, et conquestus est, quod idem Presbyter Dominicus fecerat praccepta sibi ex parte Episcopi.

Interrogatus si Potestas, et Consiliarii combuserunt Barcham Episcopi, et abstulerunt Ortum, et prohibuerunt Nuntios Episcopi ne intrarent. Respondit quod sic, et de conscientia et consensu Potestatis, et Consiliariorum fecerunt quae facta sunt in praedictis.

Interrogatus quomodo scit hoc. Respondit quia vidi.

Interrogatus si Potestas bannivit sub poena capitis omnes homines, qui portarent Litteras Episcopi, nisi primo darentur sibi. Respondit quod omnes homines portantes Litteras Episcopi banniti sunt poena capitis, et mulieres poena nasi.

Interrogatus quomodo scit hoc. Respondit quum audivi ab ore Potestatis, et ab ore Praeconis sui, clamantis hoc in scallis, scio pro certo. Item dixit, quod in eodem Banno est qui mittit Litteras Episcopo, nisi Potestas primo videat; et qui facit aliquod praeceptum ex parte Episcopi oretenus, similiter bannitus est.

Interrogatus si Potestas prohibuit ne Frumentum Episcopi mittatur Episcopo, vel aliquo modo trahatur de Parentio. Respondit quod sic. Interrogatus quomodo scit hoc. Respondit scio quum hoc est publicum et notorium per totam Civitatem.

Interrogatus si Archipresbyter est sanus, et si potest venire Venetias si vult. Respondit quod bene sanus, et qui potest si vult, et quod Potestas non impedit eum, nec Ipolitum, et quod Ipolitus fuit impeditus ad petitionem Bonacursi Fratris ejus. Interrogatus quomodo scit hoc. Respondit scio, quia fui praesens, quando Bonacursus dixit illa verba Potestati, propter quod fuit impeditus.

Ego *Guifredus* qui dicitur Bordella Cardaga de Pergamo Sacri Palatii Notarius praedictis omnibus interfui, dicta Testium audivi, et rogatus fideliter scripsi et in publicam formam redegi.

Auscultata fuerunt per me *Joannem Evangelistam Mengolum* Notarium Ravennae.

Marchese G. P. dei Polesini.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

tenuissent vel tenerent eas. Item dictus Potestas teneatur observare omnes sententias, vel pignorationes iuste datas per Dominium praeteritum dictae Terrae Pirani. Unde superscriptus Dominus Dux, presentibus et volentibus superscriptis Marino Valaresso, Hermolao Justo, Marino Gradenico, et Rainerio Zeno Consiliariis ejus, salvis juribus omnibus omnium personarum in omnibus et singulis suprascriptis, et in omnibus et per omnia, quae superius continentur sub sua et successorum suorum et Communis Venet. protectione, potestate, et perpetuo Dominio (accepit.) Quae omnia et singula suprascripta dictus Adalgerius Vitalis, et Anoch Sindici, Procuratores, Nuntii et Actores Sindicario seu Procuratorio nomine suprascripti Communis, seu universitatis, et hominum Pirani et eorum vice et nomine promiserunt supradicto Domino Duci recipienti et stipulanti pro se et ejus successoribus et Communi Venetiarum perpetua, firma, et rata habere, tenere, et non contravenire aliqua ratione, ingenio, sine causa sub obligatione bonorum dicti Communis, seu universitatis et hominum Pirani.

Tenor autem supranominati Instrumenti Sindicatus, et Procurationis talis est. In nomine Domini Anno ejusdem 1283, Indictione XI. Actum Pirani in Ecclesia sancti Andreae in pleno et generali Consilio et convocatione Pirani congregata more solito die quartodecimo, exeunte Januario. Presentibus Amantino Tamar, Valterio Notario, Sclabono Notario, Albino Sepa, Gasio et Gira Praeconibus et aliis. Nos Joannes Mariota, Nicola Pica, Papo Cavazza, et Dominicus Andreae Consules Pirani voluntate predicti Consilii, et Communis Pirani expressa cum voluntate predictorum Dominorum Consulum in concordia constituerunt et ordinaverunt suos, et dicti Consilii et universitatis Pirani Procuratores, Nuntios et Actores Adalgerium Vitalem, et Anoch ambos de Pirano simul et presentes, et hoc mandatum suscipientes, et utrumque eorum in solidum, ita quod non sit potior conditio occupantis, et quod si unus eorum inceperit alter possit prosequi, et complere, ad dandum, tractandum, trasferendum in illustrem Dominum Ducem, et Commune Venetiarum, et sub eorum protectione, et Dominio supponendum Terram Pirani, et Districtum ejus cum Incolis, seu Terrigenis et habitatoribus ipsius Terrae Pirani, et Districtus ejus, et cum mero et mixto Imperio, et omni alia jurisdictione rebus et juribus pertinentibus ad ipsam Terram Pirani et Districtum ejus seu ad Commune, seu universitatem Pirani, et Districtum ejus, et ad promittendum, quod a modo in antea semper illum, et illos recipient et tenebunt in Potestatem, et Potestates, Rectorem, seu Rectores, quem et quos Dominus Dux, et Commune Venet. ad eos destinabunt, et pro eo tempore, quod placuerit dicto Domino Duci, et Communi Venetiarum, et ad constituendum salarium dictae Potestariae, et ad faciendum praemissa et quodlibet praemissorum cum obligationibus, promissionibus, et quibuslibet aliis conventionibus et pactis, quae utilia seu necessaria videbuntur, et ad praestandum in animabus Dominorum Consulum, et hominum dicti Consilii et Communis, seu universitatis Pirani cujuslibet generis Sacramentum, committendo prenominatis Adalgerio, et Anoch Sindicis, et Procuratoribus, Nuntiis et actoribus suis, et cujuslibet eorum in solidum liberam et generalem administrationem ad faciendum praedicta omnia, et singula, quae in praedictis et infrascriptis, seu eorum occasione utilia, seu necessaria apparebunt. Promittentes mihi Joanni Notario infrascripto recipienti et stipulanti pro omnibus quorum interest, seu interesse posset firmum, et ratum habere tenere et conservare, et omne id et quidquid dicti Sindici, Procuratores, Nuntii, et actores vel alter eorum fecerint in praedictis, et circa praedicta, et ea vel aliquid eorumdem, et non contravenire aliqua ratione vel exceptione sub obligatione bonorum Communis, et hominum Pirani.

Ego *Joannes Odorlici* de Pirano Notarius incliti R. March. his omnibus interfui, rogatus scripsi, et roboravi.

Actum Venetiis in Ducali Palatio anno Nativitatis Domini nostri Jesu Christi Millesimo ducentesimo octuagesimo tertio, undecima Indictione. *K.*

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

10000100

10000100

Episcopo comisimus ut super premissis, in quibus oneravimus ejus conscientiam, diligenter inquireret, quidquid inde inveniret Nobis suis litteris scriberet veritatem. Denique ipsius electionis diligenter examinata decreto, quum electionem eamdem invenimus canonice celebratam, et dictum Electum fore competentis scientie preditum, vite laudabilis, et conversationis honeste, sciunt per litteras dicti Episcopi fuimus plenius informati, electionem predictam ratam et gratam habentes, eam tenore presentium duximus confirmandam, sibi Electo predicto curam et administrationem supradicte Justinopolitane Ecclesie tam in spiritualibus quam in temporalibus committentes. In cujus rei testimonium et etiam majus robur presens instrumentum fieri jussimus, et Nostri sigilli pendentis munimine roborari.

Ego *Johannes de Lupico* sac. pal. pub. Not. supradictis presens interfui, et de mandato dicti D. R. Patriarche scripsi, in formam publicam reducendo.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Interrogatus de aliis poenis quomodo scit. Respondit quia illi de Familia Baroariorum dixerunt ei, quod prohibitum erat eis, ne darent sibi nec cibum, nec potum; et quod de dictis poenis, et de aliis gravioribus est pubblica fama, et notorium. Interrogatus quod est dicere publicum et notorium. Respondit intelligo esse publicum et notorium, quod scitur a multis, vel ab omnibus.

Interrogatus si dicti Baroarii abstulerunt Asseres, et Trabes de Domibus Episcopi. Respondit sic. Interrogatus quod inde fecerunt. Respondit quod cumbuserunt.

Interrogatus si abstulerunt alia Ligna, quae erant ibi pro operibus, et reparatione Domorum. Respondit quod abstulerunt asseres magnas, et fregerunt, praesente Judice Potestatis, et fecerunt praesepia Equis suis, et palos qui erant pro portu faciendo, et combuserunt eos. Interrogatus quomodo scit. Respondit vidit oculis suis.

Interrogatus si prohibitum, et dictum fuit eis, quod non acciperent praedicta, nec destruerent. Respondit quod ipse prohibuit; et cum nihil valeret, nuc pro ipso dimitterent, habuit recursum ad Potestatem, qui Potestas nihil voluit inde facere.

Interrogatus si destruerent magnam vegetem. Respondit quod majorem, et meliorem invenit ibi in Canipa, ubi tenebant Equos suos, destructam; et accepit Ligna, quae remanserant dictae vegetis, et posuit in Ecclesia.

Interrogatus si tenuerunt, et tenent Canipam Episcopalem occupatam usque modo. Respondit quod sic; ita quod ipsum oportuit ponere vinum Episcopi in alienis Domibus.

Interrogatus si tenuerunt ipsam Canipam violenter. Respondit sic.

Interrogatus si Potestas dedit sibi favorem, et auxilium ad hoc. Respondit quod sic. Interrogatus quomodo scit. Respondit quia Judex Potestatis erat praesens ad accipiendum Asseres, et faciendum stabulum in Canipa; et quod tempore Vindemiarum rogavit Potestatem, quod faceret Canipam expedire, et Domos alias; ita, quod posset vinum, et frumentum reponi in praedictis Domibus, et quod familia Episcopi posset ibi jacere, et hospitari ad custodiendum res suas; et Potestas noluit aliquid facere.

Interrogatus si occupaverunt Hortum violenter. Respondit sic, quod abstulerunt clavaturam de Hostio violenter, et minati sunt illis de Familia Episcopi vulnerare eas, si intrarent, vel aliquid acciperent. Interrogatus si Potestas scivit ista, et dedit favorem eis ad hoc. Respondit sic. Interrogatus quomodo scit hoc. Respondit quia Ego saepe dixi Potestati de hac violentia, et ipse noluit prohibere; immo quotidie misit, et mittit adhuc hodie ad accipiendas Herbas. Et Nuntii Episcopi nihil potuerunt habere inde, nec possunt sine ipsorum licentia.

Interrogatus si dicti Baroari abstulerunt Barcham Episcopi. Respondit sic; quum licet prohibere quantum potuit, acceperunt eam; et quod super hoc habuit recursum ad judicem Potestatis, et nihil mihi valuit.

Interrogatus quod factum est de Barcha illa. Respondit exposuerunt eam fluctibus maris, et saxis, et fracta est totaliter; et postea combuserunt Ligna dictae Barchae.

Interrogatus si ista sunt publica, et notoria in Parentio. Respondit quod sic, quum omnes sciunt, et quod partem illius Barche destructae donaverunt D. Candaleoni.

Interrogatus si dicti Baroari caeperunt Clericos aliquos, et posuerunt in Carcerem in Domibus Episcopalibus. Respondit quod sic.

Interrogatus quomodo scit. Respondit quia quotidie video, et vidi. Interrogatus qui fuerunt illi, qui fecerunt ibi in carcere. Respondit quod quidam de Coretico Clericus, et alius de Antignana, et Presb. S. Martini de Coretico.

Interrogatus si praedicti Clerici fuerunt tormentati. Respondit quod Presb. fuit tormentatus. Interrogatus quo tormento. Respondit quod vidit ipsum in compedibus ferreis, et Cippo

10000100

Interrogatus si vidit aliquem alium Laicum sacristam in Parentio, nisi istum. Respondit quod non recordatur se vidisse aliquem laicum Sacristam, nisi istum, nec audivit dici de alio, quod ibi esset Sacrista Laicus.

Interrogatus si Potestas, et Consilium Parentii post prohibitionem Episcopi, ed admonitionem ejus, per Episcopum factam, dant sibi auxilium, et favorem, et fovent eum in dicto officio. Respondit quod sic; et ipse Antonius dixit pluries quod Potestas praecepit ei ne dimittat Sacristam per Episcopum.

Interrogatus si Antonius praedictus habet clavem aliam, praeter illam quam habet Sacrista Clericus. Respondit quod habet. Interrogatus quare non fuit missa Planeta, quam petiit Episcopus pro celebrando Missam. Respondit quod placuit Sacristis, et quod, quaelibet ipsorum, tempore quo eam petiit Episcopus, poterat eam mittere. Interrogatus si ista sunt pubblica et notoria in Parentio. Respondit quod sic, potest de facto planetae; quod bene scit Potestas, et plures de Consilio.

Interrogatus si Potestas bannivit praedictum Presbyterum Raynerium, pro eo quod noluit absolvere, et dare Corpus Christi Nicolao Favelesse, qui confitebatur se esse excomunicatum per Papam, et per Patriarcham, et quod nolebat cessare a robarìa, et maleficiis, quod faciebat; et nihilominus Potestas volebat quod absolveretur.

Interrogatus cujusmodi Bannum dedit Potestas contra ipsum. Respondit quod posuit Bannum quinquaginta librarum et plurium, ad voluntatem suam, omnibus qui loquerentur mecum vel darent mihi ignem, vel aquam, vel aliquid aliud, quod reciperent, vel tenerent in Domo.

Interrogatus si Potestas petiit securitatem vigintiquinque librarum pro vino Episcopi, quod deposuit de navi in terra sine sua licentia. Respondit quod sic.

Interrogatus si Domus ejus fuit fracta de die per Laicos. Respondit quod sic.

Interrogatus qui fuerunt qui fregerunt eam. Respondit Marcus Bulgarus, et Nicolaus frater ejus de Venetiis, Petrus Calugis de Venetiis.

Interrogatus si aliquid acceperunt de Domo. Respondit quod acceperunt sex sextarios frumenti, et cultram, et culceram, et Plumatium, et duo Linteamina.

Interrogatus si conquestus fuit Potestati. Respondit sic; sed nullam fecit vindictam. Interrogatus si ista sunt publica et notoria in Parentio. Respondit quod sic.

Interrogatus si Potestas prohibuit Nicolao Favelesse, quod non daret denarios, quos dare debet dicto Presbytero Raynerio, scilicet libras triginta quinque parvorum venetorum. Respondit quod sic, dixit praedictis Presbyter Raynerius, quod cum Archidiaconus Parentinus sententialiter condemnasset Monasterium S. Michaelis de Sub-Terra ad solvendum libras quatuor, et solidos duodecim pro Frumento, quod idem Presbyter dederat Abbati, et quidam solvere dictos denarios ipsi Presbytero pro rebus Monasterii, quas emerat Potestas, fecit dictos denarios praedicto Presbytero auferi, et dari cuidam alteri suo Nuntio, et Nuntio Communis.

Interrogatus si vidit, vel audivit, quod Johannes Soverantius Potestas Parentii miserat Litteras Rectori de Rubino, et illis de Rubino, quod Episcopus Parentinus non erat in gratia Venetorum, et quod male recesserat a Duce, et quod non tenerent eum in Rubino, cum esset ibi pro negotiis Legati; et si audivit dici, quod propter litteras illas expulerunt eum de Rubino. Respondit quod audivit a multis, et quod de hoc est publica fama in Parentio.

Interrogatus si scit, quod aliqua alia Persona, Clericus, vel Laicus, praeter Potestatem fuerit culpabilis in mittendo, vel faciendo mitti, et procurari Litteras illas. Respondit quod audivit dici, quod Archidiaconus Franciscus, Clerici et Canonici Parentini, et Lucas Frater Archidiaconi, et Bonacursius Laici hoc procuraverunt apud potestatem. Interrogatus a quo audivit. Respondit quod audivit a Guizardo Clerico in mortis articulo constituto, dicendo quod erat in articulo, et

10000100

Archidiaconus habuit eas. Interrogatus quomodo scit. Respondit quia die Lunae undecimo Octobris, quo Presbyter Dominicus venit cum Litteris praedictis, et dedit eas Potestati, Bonacursius Notarius portabat eas ex parte Potestatis Archidiacono, ut dixit, me audiente, et vidente praedictas Litteras.

Interrogatus si scit ipsum habuisse praedictas Litteras. Respondit sic, ex eo quod Presb. Dominicus peteret ab Archidiacono sibi dare copiam praedictarum litterarum, quas eidem miserat Potestas, scilicet in quibus erat tenor Litterarum D. Legati. Respondit quod non poterat sibi dare, quum ipsas miserat ad Curiam Romanam pro appellatione quam fecerat. Unde Presbyter Dominicus exibuit sibi tunc alias similes. Interrogatus quando fuit hoc. Respondit quod fuit die Dominico undecimo Kalendas Decembris.

Interrogatus si primas illas Litteras praesentandas Ecclesiis fecit alicui praesentari. Respondit quod nunquam audivit, quod eas alicui praesentavit, vel fecerit praesentari; immo ego testis quum audiveram, quod Episcopus praeceperat ei auctoritate Legati, quod colligeret pecuniam impositam, praesentavi sibi pecuniam impositam mihi pro Ecclesia mea; et Presbyter Dominicus praesentavit pecuniam impositam Ecclesiae de Rubino, quam proponit collectis ipsis. Respondit, quod nollebat se intromittere.

Interrogatus si sciebat, quod Archidiaconus praesentaverit, vel fecerit praesentari secundas Litteras sibi transmissas ab Episcopo, auctoritate Legati, praedictis Procuratoribus, seu Talia exigendis. Respondit quod audiverat, cum esset praesens, quando fuerunt dictae Litterae praesentate dicto Archidiacono, quod ipse dixit, quod nollebat se intromittere, nec facere.

Interrogatus si Canonici faciunt Officium coram Baroariis, qui sunt excommunicati. Respondit quod faciunt officium coram Baroaris, qui venerunt in Foro-Livii contra Papam, et in Istriam contra Patriarcham. Interrogatus quomodo scit. Respondit quod pluribus eorum mortuis receperunt eos in Ecclesia, et fecerunt officium, praesentibus aliis Baroariis, qui se dicunt et confitentur excomunicatos; et spetialiter praesente Girardino Pochepene, qui dixit eis, quod erant mali Clerici, et qui erant excomunicati, quia ipsi faciunt officium; et dixit, ego sum Laicus, et peccator excomunicatus vito quantum possum, ne vadam ad officium; vos facitis officium coram excommunicatis.

Interrogatus si iste Girardinus erat praesens in officio defuncti. Respondit quod sic, et vidit eum.

Interrogatus quis ille Baroarius qui fuit sepultus. Respondit Jacobus Palma.

Interrogatus si alii sunt sepulti. Respondit quod alii duo.

Interrogatus si acceperunt pecuniam. Respondit noluerunt accipere. Interrogatus quomodo scit, quod non acceperunt pecuniam. Respondit quod omnes Sacerdotes fuerunt simul; et qui fuerunt si aliquis de datione pecuniam praedicto Jacobo, vel aliis, non fuit inventus aliquis qui dedisset pecuniam : et similiter dixit Uxor praedicti Girardini, quae stat in Palatio Episcopi ; et ille Baroarius similiter jacuit infirmus in Palatio, quod noluit Paenitentiam accipere, idest dixit Mattheus qui serviebat sibi in infirmitate. Et similiter de aliis sepultis non invenitur qui acciperet pecuniam.

Cristophorus de Modoetia juratus, et interrogatus, suo Sacramento dixit super omnibus articulis, qui tangunt Baroarios, per omnia, sicut dixit Presbyter Raynerius.

Interrogatus si Potestas Parentinus bannivit omnes portantes Litteras Episcopi, si non primo praesentarentur sibi. Respondit per omnia sicut Presbyter Raynerius.

Interrogatus similiter de illis, qui mitterent Litteras Episcopo. Respondit sicut Presbyter Raynerius.

Interrogatus de Litteris, quas mittebat Episcopus pro inquisitione facienda contra Abbatem S. Michaelis de Sub-Terra. Respondit sicut Presbyter Raynerius.

10000100

digitis cum Malleo. Interrogatus si erat hoc publicum in Civitate. Respondit quod dictum fuit sibi a pluribus partibus.

Interrogatus si abstulerunt Canipam violenter. Respondit quod fecerunt inde tabulam carceris.

Interrogatus si abstulerunt asseres, et trabes de Pavimentis. Respondit quod oculis suis vidit scindi et frangi trabes. Interrogatus et quot asseres unius Camerae. Respondit omnes erant ablatae, et inceperant amovere alibi.

Interrogatus si hoc quod faciunt Baroarii de Asseribus, et trabibus, et Domibus est publicum et notorium in Civitate Parentina. Respondit quod omnes sciunt, nec potest ignorari, quod quotidie videtur ab illis, qui veniunt ad Palatium Episcopi.

Interrogatus si dicti Baroarii tenent Ortum Episcopi, et dimittunt libere accipere nuntios Episcopi herbas. Respondit quod Uxor, et Pueri Girardini Pochepene, et Pueri Potestatis quotidie intrant, et tenent Ortum, et minantur Pueris Episcopi, ita qui audent intrare.

Interrogatus de Barcha si Baroarii abstulerunt eam violenter. Respondit quod audivit sic, quod abstulerunt, et quod fracta est, et quod combuserunt eam; et hoc audivit a multis in Parentio.

Interrogatus si Potestas bannivit Presbyterum Dominicum, propter preceptum quod fecerat Archidiacono ex parte Episcopi, et auctoritate D. Legati pro suis Procurationibus exigendis. Respondit quod sic. Interrogatus quomodo scit. Respondit quod omes dicunt; et praecepit dictus Potestas, quod caverem ne Litteras aliquas portassem, vel praesentarem alicui sine sua licentia; et si contrafacerem, me puniret.

Interrogatus si aliquis Clericus procuravit dari Bannum Presbytero Dominico, et fieri dictum de non facendo praeceptum, vel Litteras. Respondit quod dicebant, quod Frater Archidiaconi procuraverat mitti Litteras illi de Rubino, propter quas Episcopus fuit expulsus de Rubino. Respondit quod Guizardus cum esset in articulo mortis, de quo fuit mortuus tertia die, dixit mihi, quod Franciscus Canonicus Parentinus jactando se, et ridens, quod placeret dicto Guizardo, dixit Archidiaconus, et ego fecimus ita quod Potestas misit Litteras Rubinum, et quod Episcopus expelletur. Idem et ipse Guizardus dixit mitti, qui dure reprehendit eum.

Interrogatus si Canonici faciunt Officium coram Baroariis. Respondit quod cum ipse veniret de Ursaria, Canonici faciebant Officium in Ecclesia super corpus unius defuncti Baroarii, et Girardinus Pochepene, de quo notorium est esse excommunicati, qui steterunt in Foro Livii contra Ecclesiam, erat ibi praesens, et alii Baroarii, qui sunt de Societate cum Familia praedicta Girardini, erant praesentes. Interrogatus si hoc est publicum et notorium in Parentio. Respondit quod publicum et notorium est, quum adulti sciunt.

Marchese G. P. dei Polesini.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

tionem nostram tenuit et tenet officium sacristae, cujus collatio spetialiter ad nos spectat et res sacras tractare ac tangere non formidat, propter quod ipsum excommunicationis sententia duximus innodatum. Idem vero Potestas et consiliarii, post prohibitionem et excommunicationem nostram, eundem Antonium Laicum in eodem officio manutenent et fovent, et cum participes eidem in crimine, in modum criminis sunt actores, non est dubium, quod eos par debet poena constringere.

Et ut evidentius pateat ipsorum malitia et comptentus, addentes iniquitatem iniquitati, claves candelarum et denariorum pro candelis quos nunquam dictus Antonius habuit, idem Potestas de novo abstulit a Cursivo subdiacono violenter, cui dictum commiseramus officium, et eas tradidit Antonio memorato.

Unde cum propter quaedam ex praedictis idem Potestas et consiliarii inciderent latae sententiae, eos omnes in scriptis praesentibus denunciamus excommunicationis sententia innodatos: mandantes sub excommunicationis poena omnibus Plebanis, praepositis, vicariis, nec non et archipresbytero Parentino aliisque canonicis, et clericis omnibus nostrae dioecesis, quatenus praedictos Potestatem, Antonium, et consiliarios omnibus diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis denuncient vel denunciari faciant sententia excommunicationis Summi Pontificii innodatos.

Notum praeterea facimus universis, quod idem Potestas Johannes Sorantius pro eo quod presbyter Dominicus Praepositus de Rubino praesentavit litteras ex parte nostra, factas et missas auctoritate Domini ..... Episcopi apostolicae sedis Legati pro suis procurationibus exigendis tunc archidiacono Parentino; et pro eo quod eadem auctoritate quaedam praecepta fecit eidem, occasione dictarum procurationum, dictum praepositum exbannivit. Quia etiam presbyter Raynerius cuidam Beroario in mortis articulo constituto, confitenti se per summum Pontificem et Patriarcham Aquilejensem excommunicationis sententiis innodatum, noluit dare poenitentiam et absolutionis beneficium, nisi praestita secundum formam Ecclesiae cautionem, ipsum similiter exbannivit.

Et praeterea dictus Potestas, et consiliarii posuerunt in nostro palatio equites venetorum, seu contra voluntatem nostram positos tenuerunt; qui pavimenta domorum, trabes, asseres, et navem unam nostram destruentes combusserunt igni; nec non ortum et viridarium nostris ejectis nuntiis, violenter abstulerunt, non absque consensu et favore Potestatis, consiliariorum praedictorum, cum eos ab hac injuria et violentia potuerunt perturbare, praesertim Potestate, ac aliis recipientibus, ab ipsis Beroariis erbis, et fructus quod nostris nunciis negabantur, ut eorum consensus et favor clarios monstraretur.

Et praeterea idem Potestas bannivit omnes homines sub poena capitis et mulieres sub poena incidendi nasi, qui litteras nostras portarent vel nobis mitterent, seu praeceptum aliquod ex parte nostra oretenus facerent alicui personae clerico vel laico absque sua licentia spetiali.

Frumentum quoque nostrum, quod vendiderimus hominibus de Justinopoli detinuit idem Potestas violenter, nec habere potuimus; quamvis D. Dux scripsisset eidem, quod libere dimitteret de Parentio extrahi, non obstante statuto aliquo Civitatis, quod in damnum non modicum nobis dinoscatur redundare.

Cum etiam essemus Rubini pro negotiis D. Legati, Potestas praedictus misit litteras significando, quod male recesseramus a D. Duce, et quod non eramus in gratia Venetorum, et quod nullo modo permitterent nos esse ibidem; quarum litterarum occasione expulsi fuimus de Rubino.

Pratum etiam nostrum, veluti banniti essemus, et Bona nostra sorte, fisco publico deputata, depasci per sua fecerunt animalia; ita quod nullum inde foenum habere potuimus.

Qui postmodum, etiam suae temeritatis auctoritate quadam, Domum monasterii S. Michaelis de sub terra nostre dioecesis vendi fecerunt, cum eis auctoritate aliqua non liceret.

Ideo nos attendentes quod in his injuriam Ecclesiasticae libertatis et nobis violentiam

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

decimae Indictionis, apud Aquilegiam in camera novi Palatii Patriarchalis, die Mercurii tertio intrante Januario per Joannem de Lupico sacri Palatii publicum notarium, et sigillato sigillis ipsius domini Patriarchae, et Capituli Aquilegiensis procuratorio nomine obligando ipsum Dominum Patriarcham, et eius successores, et Ecclesiam Aquilegiensem ad omnia, et singula inferius comprehensa, et nomine, et vice ipsius domini Patriarchae, successorum suorum, et Ecclesiae Aquilegiensis solempniter promisit, et convenit suprascripto domino Duci recipienti, et stipulanti pro se, et pro Communi Venetiarum, et pro omnibus, et singulis Venetis fidelibus, habitatoribus, et subiectis ipsius, et Venetiarum ad quos haec spectant, et spectare possent, quod dictus dominus Patriarcha per se, ac suos successores, et Ecclesiam Aquilegiensem libere restituet, et dimittet, seu libere restitui, et dimitti faciet incontinenti omnibus, et singulis Venetis fidelibus habitatoribus, et subiectis dicti domini Ducis, et Venetiarum omnes domos, et possessiones, et bona immobilia accepta, vel intromissa, seu impedita, sicut modo sunt eis, vel alicui eorum in Foroiulio, et in terris, et locis comitis Goritiae, et ubique infra Ducatum Patriarchatus Aquilegiensis, et Foroiulii, sive per dominum Patriarcham praedictum, sive per Dominum Comitem, sive per alias quascumque personas infra duos menses ante initium praesentis guerrae, et quae inde citra forent accepta, seu intromissa, sive impedita in locis praedictis, et in Mugla, et in Istria per praedictos, ut praedictum est. De dampnis vero datis eis in possessionibus, domibus, et bouis immobilibus de Foroiulio per destructionem, vel devastationem infra praedicta tempora dictus dominus Dux nomine suo, et communis Venetiarum, et praedictorum Venetorum fidelium, habitatorum, et subiectorum eius, et Venetiarum fecit praefato domino Lippo recipienti pro dicto domino Patriarcha remissionem, et finem. Item dictus dominus Lippus procuratorio nomine domini Patriarchae, ut dictum est promisit praedicto domino Duci, quod dominus Patriarcha nomine, quo dictum est supra soluet, et dabit ei incontinenti ea, in quibus dominus Patriarcha, et Ecclesia Aquilegiensis tenentur eadem ratione regaliae et pactorum pro temporibus retroactis, in quibus Patriarcha ea non soluit.

Item dictus dominus Lippus procuratorio nomine, ut dictum est promisit praedicto domino Duci recipienti pro se, et Communi Venetiarum, et pro omnibus, et singulis Venetis fidelibus habitatoribus, et subditis suis, et Venetiarum, quod idem dominus Patriarcha, ut dictum est libere restituet, et restitui faciet eis, et cuilibet eorum omnes mercationes, et res mobiles acceptas, vel intromissas, seu impeditas eisdem Venetis fidelibus, habitatoribus, et subiectis eiusdem domini Ducis, et Venetiarum, vel alicui eorum in Foroiulio, et terris, et locis Comitis Goritiae, et ubique infra Ducatum Patriarchatus Aquilegiensis, et Foroiulii, sive per ipsum dominum Patriarcham, sive per dominum Comitem, sive per alias quascumque personas infra duos menses ante initium praesentis guerrae, et quae inde citra forent accepta, seu intromissa, seu impedita in locis praedictis, et in Mugla, et in Istria per praedictos, ut praedictum est. Illas videlicet mercationes, et res mobiles incontinenti, quae reperirentur ad praesens, et essent debitae bonitatis, et consumptae vel devastatae non forent, de illis vero, quae non reperirentur, seu quae essent consumptae, vel devastatae, promisit quod dominus Patriarcha faciet, seu fieri faciet emendationem, et satisfactionem in tribus annis proxime secuturis, scilicet quolibet ipsorum trium annorum tertiam partem ipsius emendationis, et satisfactionis. Placuit autem partibus, et convenerunt partes praedictae, quod per sapientes de Venetiis, quos ad haec dominus Dux elegerit summarie examinari, cognosci, taxari, et diffiniri debeat de praedictis mercationibus, et rebus mobilibus, et de valore earumdem mercationum, vel rerum, et de consumptione, seu devastatione earum, et quod per praedictos sapientes, seu per maiorem partem eorum diffinitum, et factum fuerit de praedictis debeat observari. Verum si pro domino Patriarcha, et suis, vel pro domino Comite, et suis voluerint aliqui se opponere ad contradicendum seu deffendendum, audiantur. Item, quod dabit et praestabit, seu dari, et praestari faciet dicto domino Duci incontinenti per Commune, et homines Muglae detenta eidem domino Duci ratione Regaliae temporibus retroactis.

10000100

vice ipsius domini comitis, ita quod ipse dominus Comes, et eius haeredes teneantur solempniter promisit dicto domino Duci recipienti pro se, et communi Venetiarum, quod dictus dominus Comes per se, et suos haeredes observabit inviolabiliter, et faciet observari pacta dudum facta inter bonae memoriae dominum Jacobum Contarenum Ducem Venetiarum, et ipsum dominum Comitem sub paena in praedictis pactis contenta.

Praeterea dominus Dux nomine suo, et communis Venetiarum, et dictus dominus Jacobus de Ragogna nomine domini Comitis convenerunt, et concordaverunt, quod bona accepta, et impedita, et dampna data à confectione ipsorum pactorum citra usque videlicet ad initium praesentis guerrae tam communi Venetiarum, quam dicto domino Comiti, tam Venetis fidelibus habitatoribus, et subiectis domini Ducis, et communis Venetiarum, quam subiectis habitatoribus, et fidelibus dicti domini Comitis in provincia Istriae debeant examinari, cognosci, et diffiniri per communes amicos ipsius domini Ducis, et communis Venetiarum, et dicti domini Comitis. Et quae super praedictos per ipsos Communes amicos, seu per maiorem partem ipsorum fuerint diffinita, debeant per partes fieri, adimpleri, et integraliter observari. De dampnis vero hinc inde illatis in praesenti guerra in in dicta Provincia Istriae ab initio dictae guerrae citra, et de poenis incursis hinc inde fecerunt sibi invicem remissionem, et finem.

Praeterea discreti viri Marcus Ramffo, Rantolfus de Basilio, et Cremonesius Cattapane Cives Tergestini syndici, et procuratores Communis, et hominum de Tergesto ad infrascripta facienda pro, ut continetur in instrumento inde confecto. In nomine Dei aeterni, anno eiusdem millesimo ducentesimo octuagesimo quinto, indictione decima tertia, die duodecimo Februario exeunte per Matthaeum sacri Palatii, et Tergesti notarium ad praesentiam domini Ducis, et eius Consilii accedentes syndicario, seu procuratorio nomine dictorum communis, et hominum de Tergesto promiserunt eidem domino Duci, quod commune, et homines Tergesti incontinenti dabunt, et praestabunt domino Duci, quae ratione regaliae ei dare tenentur pro temporibus retroactis.

Item quod per commune, et homines Tergesti transmittentur à duodecim usque viginti quatuor homines de Tergesto, quos dominus Dux cum suo consilio duxerit nominandos ad praesentiam eius iuraturi praecepta eiusdem Domini Ducis ad bandum ad confines, ubi placuerit domino Duci et suo Consilio in Italia, et ad standum ad voluntatem ipsius Domini Ducis tempore convenienti.

Item quod commune, et homines de Tergesto tollent omnes muros, et fortilicias factos, et factas supra mare ab initio guerrae.

Item quod mittent Venetias in Plateam Sancti Marci omnia aedificia, quae sunt ibi facta tempore praesentis guerrae ad comburendum, seu ad faciendum de ipsis sicut placuerit domino Duci, et suo Consilio ad eius voluntatem.

Item quod Commune, et homines de Tergesto restituent incontinenti domos, possessiones, et bona immobilia accepta intromissa Venetis fidelibus, habitatoribus, et subiectis domini Ducis, et Venetiarum in Tergesto, et eius districtu tempore pacis, et ab inde Citra sicut modo sunt.

Item quod Commune, et homines Tergesti, emendabunt, et satisfacient dampna data ipsis Venetis fidelibus, habitatoribus, et subiectis domini Ducis, et Venetiarum, in domibus, et possessionibus immobilibus eorum sitis in Tergesto sub poena duppli.

Ipse quoque dominus Dux nomine suo, et communis Venetiarum remisit supradictis syndicis, et procuratoribus eorumdem communis, et hominum Tergesti recipientibus pro ipsis communi, et hominibus Tergesti dampna data per destructionem, sive devastationem in possessionibus dictorum Venetorum fidelium, habitantium, et subiectorum Domini Ducis, et Venetiarum sitis extra civitatem Tergestina in districta tamen civitatis ipsius.

Item promiserunt dicti syndici, et procuratores vice, et nomine communis et hominum Tergesti, quod dictum commune, et homines Tergesti incontinenti restituent bona mobilia per eos

10000100

permanere, ita quod quilibet eorum possit eis uti non obstantibus pactis, et conventionibus compraehensis in isto instrumento.

Praeterea dominus Dux nomine suo, et communis Venetiarum elegit pro parte sua, et communis ipsius nobiles, et honorabiles viros dominos Jacobum Faletro, et Andream de Molino; et dominus Lippus Capponensis Procurator domini Patriarchae Aquilegiensis pro ipso domino Patriarcha et Ecclesia Aquilegiensi elegit venerabilem Patrem dominum Ulvinum Episcopum Tergestinum et magistrum Leonardum de Fagognago canonicum Aquilegiae. In quos dicti domini Dux, et procuratores domini Patriarchae nominibus, quibus dictum est supra promiserunt tamquam in arbitros, arbitratores, et amicabiles compositores de controversiis, et qnaestionibus, quae vertuntur, et verti possent inter dictum dominum Ducem, et commune Venetiarum ex una parte, et dominum Patriarcham, et Ecclesiam Aquilegiensem ex altera super iurisdictione temporali civitatum Justinopolis, Parentii, et Emonensis, et terrarum Pirani, Rubinii, et Humagi, et castrorum sancti Laurentii, et Montonae, ita quod possint cognoscere et diffinire super his promittentes sibi inuicem et inter se stare, parere, et obedire omni laudo, et amicabili compositioni, atque sententiae, quod sive quam dicti arbitri, arbitratores, et amicabiles compositores pro bono pacis per iustitiam laudum, arbitrium, et amicabilem compositionem, et secundum quod eis melius videbitur expedire usque ad unum annum proxime venturum simul, et concorditer tulerint inter partes praedictas, et non contravenire sub paena mille marcharum auri hincinde stipulatione promissa, quam paenam pars, quae contra praedicta fecerit parti ea observanti solvere teneatur.

Voluerunt etiam partes, quod accipiantur viri religiosi, qui ducant partes ad concordiam in quantum melius poterunt. Et si contigeret aliquem praedictorum arbitrorum defficere morte, quod absit, vel alia evidenti, et necessaria causa, pars cuius fuerit talis arbitrator alium loco sui teneatur, et debeat subrogare infra quindecim dies sicut comode citius fieri poterit. Verumtamen alii coarbitri non possint procedere sine illo.

Insuper dictus Procurator domini Patriarchae procuratorio nomine pro eo promisit dicto domino Duci recipienti, et stipulanti, ut dictum est supra, quod dictus dominus Patriarcha nomine suo, et suorum successorum, et Aquilegiensis Ecclesiae approbabit, et ratificabit omnia, et singula superius promissa, et facta per dictum procuratorem, et quod Capitulum Aquilegiensis Ecclesiae supradictis omnibus, et singulis consentiet, et ea approbabit, et ratificabit, et quod tam ipse dominus Patriarcha, quam ipsum Capitulum promittent syndico, et procuratori domini Ducis, et communis Venetiarum recipienti, et stipulanti pro ipso domino Duce, et communi Venetiarum, et pro omnibus, et singulis Venetis fidelibus, habitatoribus, et subiectis domini Ducis, et Venetiarum, ad quos haec pertinent, seu pertinere possent solvere, satisfacere, et facere satisfieri, et solvi, et observare, et adimplere, et observari, et adimpleri facere omnia, et singula suprascripta promissa, et facta per dictum Lippum Capponensem procuratorem dicti domini Patriarchae sub paenis supra appositis stipulatione promissis, et quod idem dominus Patriarcha, et capitulum Aquilegiensis Ecclesiae in animabus eorum iurari faciet, quod ea omnia, et singula inviolabiliter observabunt, et facient observari; et praedicta facient et fieri facient infra octo dies postquam dictus dominus Patriarcha fuerit idem requisitus per nuntium domini Ducis.

Praeterea dominus Jacobus de Ragogna procuratorio nomine dicti domini comitis promisit dicto domino Duci recipienti, ut dictum est, quod idem dominus comes approbabit, et ratificabit omnia, et singula supra promissa, et facta per dictum suum procuratorem, et quod permittet procuratori, et syndico domini Ducis, et communis Venetiarum recipienti, et stipulanti, ut dictum est observare, et adimplere ea omnia, et singula sub paenis superius appositis, et quod iurabit tam ea omnia, quam pacta inita inter dominos Raynerium Geno Ducem, et commune Venetiarum, et dominum Gregorium Patriarcham, et dominum Laurentium Teupulo Ducem, et Commune Venetiarum, et praesentem Patriarcham, de quibus supra fit mentio attendere, et observare. Et prae-

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

Ecclesiis, Capitulis, seu ipsarum Rectoribus, aut Praelatis restituant cum effectu, de perceptis, et quae percipi potuerunt, ac de damnis, et injuriis illatis satisfaciant competenter; ac ab exatione Angariarum, et Parangariarum impedimento, ac occupationibus hujusmodi deinceps penitus compescant; alioquin, de voluntate et assensu Suffraganeorum nostrorum, et tam nostra, quam totius praesentis Auctoritate Concilii, ex nunc pro ex tunc in universos et singulos, qui hujus Constitutionis tenorem per se, vel per alium quacunque machinatione, ingenio, arte vel dolo violare praesumpserint, si Duces fuerint vel Marchiones, Comites, vel Barones, Capitanei, Potestates, Valvassores, Cives, aut quaevis aliae Personae cujuscunque praeminentiae, dignitatis, honoris, gradus, conditionis, status, vel sexus, Excommunicationis Sententiam promulgamus; Civitates, Terras, et Loca eorumdem Ducum, Marchionum, Comitum, Baronum, Potestatum, Capitaneorum, et Valvassorum, seu aliorum nobilium interdicto Ecclesiastico supponentes. Si vero fuerint Comites, sive Universitates Civitatum Castrorum, Villarum, et quorumcunque aliorum Locorum Potestates, Gastaldiones, Maricos, Rectores, Antianos, Consiliarios, vel Offitiales ipsorum voluntate, assensu, et auctoritate praedictis Excommunicationis ex nunc vinculo innodamus; et Civitates, Castra Villas, et Loca Ecclesiastico supponimus Interdicto; non obstante, quod Detentores seu occupatores hujusmodi illicitae venditionis, locationis, concessionis, impignorationis seu infeudationis sibi factarum per Praelatos, seu quaslibet alias Personas contra Sanctiones Canonicas, vel Civiles praetendant titulum, seu allegent. Dioecesanis auctoritatem et licentiam concedentes, qui excommunicatos, occasionibus supradictis, possint absolvere vice nostra, et interdictum hujusmodi relaxare, cum ab ipsis delinquentibus satisfactum fuerit competenter. In quorum testimonium praesentem paginam Nostri pendentis sigilli fecimus munimine roborari. Dat. Civit. sub Anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo quinto, indictione tertiadecima, die quinto exeunte Junio.

Vobis igitur universis Archidiaconis, Praepositis, et Plebanis Parentinae Civitatis, et Dioecesis praecipiendo mandamus, quatenus praedictam constitutionem legi faciatis publice in Ecclesiis vestri, praesente Populo, semel in septimana, usque ad menses duos, et eam omnibus exponatis, ut omnibus manifesta fiat; et quemlibet, qui contra hujusmodi constitutionem Bona Ecclesiarum post duos Menses detinuerit, excommunicatum publice nuntietis, et artius evitetis. In cujus rei testimonium praesentem Scripturam fecimus per manum Notarii scribi, et ejus signo consueto signari nostrique Sigilli appensione muniri.

Ego *Beltramus* filius quondam Petri Papae Civis Mediolanensis Publicus Imperiali auctoritate Notarius praedictam Constitutionem de Mandato dicti D. Episcopi Parentini authenticavi, et in publicam formam redegi, meoque signo consueto signavi, quia eam vidi et legi, Sigillo praedicti Domini Patriarche pendente munitam.

Auscultatum per me *Julium Brusamolinum* Notarium Ravennae.

Marchese G. P. dei Polesini.

Tipografia del Lloyd Austriaco

10000100

10000100

10000100

terminum non satisfecerit, quod dictum Castrum debet decidere in pignore de 300 Marchis denariorum Domino Patriarche et Eccl. Aquilegensi et D. Patriarcha dictus accordet qualiter sibi placuerit sue genti de supradictis ablatis. Tamen dictus D. Guizardus dedit dictum Tondum per nuncium ad ponendum dictum D. Patriarcham in tenuta de dicto Castro et coram me Notario dedit ei tenutam dicti Castri recipiendo manu D. Patriarche et Eccl. Aquilegensis: Addiderunt etiam quod si dictus D. Guizardus intromitteret se de Castro ante terminum vel post terminum sine solutione facta per se vel per alterum loco sui debet dictum Castrum esse et permanere debeat perpetuo nomine proprii Ecclesie Aquilegensi et tali modo dictus Tondus dedit ei tenutam dicti Castri quia dedit ei clavem Castri et ipse D. Cinus aperuit et clausit ianuam semel bis et ter et suum Capitaneum posuit ibi Utuluzum de Valle et Gastaldio et omnes de Castro iuraverunt obedientiam D. Patriarche et Ecclesie Aquilegensi ad custodiendum et observandum ei et non aliis ubicumque ius et ratio postulatur cum obligatione omnium suorum bonorum presencium et futurorum, qua pena soluta vel non, presens carta in sua permaneat firmitate, loco cujus fuit in concordio cum D. Cino dicto quod ipse reddidit ei Castrum de Salis et ipse D. Guizardus dedit ei Grisignanum sub illa pacta et pignore secundum quod Castrum de Salis subiectum erat et corporaliter iuravit ad S. Dei evangelia attendere et observare omnia supradicta ut in contractu priori continetur cum obligatione omnium suorum bonorum presentium et futurorum.

Actum est hoc in Buglis in domo Colusani et confirmatum iuxta Ecclesiam Grisignane.

Ego *Prevedellus* Sacri Palacii Notarius interfui et rogatus scripsi et roboravi.

Il Castello che porta nome *Salis* nella presente Carta è precisamente quello (oggi in istato di Villa) che porta nome di Salese ed è nel Pinguentino, rimasto poi in dominio del Patriarca di Aquileja.

Vincenzo Dr. Joppi.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Millesimo ducentesimo octuagesimo sexto, die veneris, undecimo mensis Januarii, Indictione quartadecima, praesentibus praedicto Petro, et Ardigino familiaribus dicti Episcopi. Georgius supradictus, qui absens erat, venit, et consensum suum praebuit supradictis, et ratificavit.

Ego *Beltramus Papa* Civis Mediolanensis Publicus Imperiali Auctoritate Notarius praedictis omnibus interfui, scripsi et publicavi, meoque signo consueto signavi. Actum Parentio in Sala Episcopatus.

Auscultatum per me *Julium Brusamolinum* Notarium Ravennae.

A questo istrumento precede altro dell' anno 1286 col titolo: *Episcopus obligat Salinas Ursariae*, che al primo si riporta — ed in forza del quale il Vescovo ipoteca le saline d' Orsera al mercante Semella di Pola mandatario di Forella figlio del fu Sergio de Pola per duecento libre di denari piccoli veneti.

Carlo Defranceschi.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Eo die fuerunt in concordia arbitri dicti, ut Marcus Sibotus notarius domini Ducis, et Julianius notarius domini Patriarche, vel alii notarii substituti a partibus scribant omnia acta, et processus concorditer, et quod scripture facte per alterum tantum circa acta, et processus sint nulle, salvo quod per alterum eorum sine altero, et per alium quemvis notarium fieri possint parti petenti scripture de protestationibus, et aliis extra acta, et processus causarum, ita tamen quod de ipsis fiat copia per ipsum notarium parti adverse, et etiam arbitris ad voluntatem ipsorum.

MCCLXXXVI penultimo januarii, Indict. XIV Caprulis in habitatione domini Jacobi Faletri, que est Leonardi Campuli de Caprulis, presentibus testibus etc. Magister Valterius Sindicus Patriarche produxit procuratorium manu Jacobini filii domini Facii Belengerii Reverendi domini Patriarche, et assensu venerabilium virorum dominorum Dietrici Decani, et Capituli ecclesie Aquileje sigillo dicti Capituli communitum manu Marci Siboti, et Rustichinus produxit similiter suum sindicatum, procuratorium Patriarche, est diei IX januarii MCCLXXXVI datum Aquileje in palatio Patriarchali, presentibus Petro Pellezzario Camerlengo domini Patriarche, et Vaprino de Vaprio hostiario dicti Patriarche omnibus Civibus Mediolani. Assensus autem Capituli est diei decime januarii datus in Aquileja. Nos Dietricus Decanus etc. ac Sindicatus Rustichini est diei martis octave januarii anni MCCLXXXVI presentibus magistris Tanto Cancellario, et aliis. Dominus Dux cum consensu sui minoris Consilii, et generalis Consilii etc. MCCLXXXVI penultimo januarii magister Valterius Sindicus etc. presentavit ultrascriptum libellum Arbitris, qui eum recipientes, approbantes dederunt Rustichino Sindico domini Ducis, salvis juribus et exceptionibus utriusque partis, prefigentes ei terminum vigesimam diem Februarii proxime futuri ad respondendum, ita tamen quod si contigerit, aut si dictum Patriarcham aut unum ex arbitris ea die non affore, terminus sit XXII dies Februarii dicti, quem libellum Sindicus Ducis recepit, salvis juribus et exceptionibus dicti domini Ducis.

Die vigesimo quinto februarii in Palatio Episcopali, presentibus dominis Jacobo Mangia in zoccho Archidiacono Castellano, et Raphaelle Gezo, et Juliano Prebendario, et imperiali auctoritate notario, Venerabiles domini Thomas Viadro, et Peratius Gradonicus de Venetiis, et alii duo pro Patriarcha arbitri etc. concorditer statuerunt, ut acta etc. scribantur in concordia iisdemmet conditionibus, quibus dictum fuit die vigesima tertia januarii retro per judicium nostrum ut supra per Benedictum de Joanne loco M. Siboto.

Die dicta Valterius Sindicus Patriarche produxit coram arbitris presente Marco Siboto Sindico domini Ducis procuratorium suum, ut supra, et compromissum ut supra, et compromissum factum per dominum Patriarcham in dictos Arbitros, nec non assensum Capituli. Et Marcus Siboto Sindicus domini Ducis produxit Sindicarium die XVIII februarii manu Zilioli de Varino notarii, et Ducis Veneti scribe. Item instrumentum publicum subrogationis in dominum Thomam Viadrium, et compromissi facti in eum, et alios supradictos arbitros manu dicti Zilioli, qui arbitri mandaverunt dictorum instrumentorum fieri copiam mutuo et dari partibus, et statuere terminum partibus ad objiciendum si obicere intendunt ad diem termini scripturis productis utrimque.

Instrumentum autem subrogationis compromissi in Dom. Thomam Viadrum est tenoris infrascripti: MCCLXXXVI die Lune XVIII Februarii, presentibus Marco Tanto et aliis. Cum illustris Dux etc. nobiles viros Jacobum de Faletro, et Adrianum de Mollino, et Dom. Lippus Capponus de Florentia procurator Dom. Raimundi Patriarche cum assensu Ecclesie Aquilejensis Venerabilem Dom. Ulvinum Episcopum Tergestinum, et magistrum Leonardum de Favignano Canocicum Aquilejensem elegissent, et in eos quatuor compromisissent tanquam arbitros etc. atque etiam circa jurisdictionem temporalem Civitatis Justinopolis, Parentii, et Hemonie, et Terrarum Pirani, Rubini, et Humaghi, et Castrorum S. Laurentii, et Montone, ita quod possint expedire cum ampla auctoritate amicabiliter, et aliter, ut eis melius videbitur usque unum annum proxime venturum, quorum decisioni partes non possint contravenire sub pena mille marcharum auri, et

10000100

Minorum, Fratre Gerardo de Barbarano Priore Civitatense, Fratre Joanne de Brixia, Fratre Marino Dondi de Veneciis, et Fratre Jacobo de Perrica de Ordine Predicatorum, Domini Arbitri dicti etc. in controversiis etc. fuerunt in plena concordia de eorum plena, pura, et libera voluntate, vel ad plus die Veneris cum terminus finiat remeandi, et revertendi, scilicet Dom. Thomas Viadro, et Peratius Gradonicus Venetias ad Dom. Ducem, et Dom. Leonardus, et Magister Leonardus ad Dom. Patriarcham dictum cum causas ipsas, et controversias et questiones non possint presentialiter diffiniri propter brevitatem temporis, et propter mortem Dom. Diatrichi Decani Aquilejensis, qui re integra diem clausit extremam, propter quam mortem assensus prestitus per cum expiravit.

Actum Caprulis in Episcopali Palatio.

La dominazione del Principe veneto nella Provincia dell' Istria ha dato occasione a forti equivoci, non avendo li scrittori delle Storie avvertita la gravissima differenza che passava fra lo costringimento delle città ad antichi debiti o patti per le cose di mare, che i veneziani reclamavano e che le città istriane erano renitenti di dare; fra le lotte acerbissime per la navigazione nell' Adriatico che i veneziani volevano propria esclusivamente; fra le dedizioni di singole Comuni al Principe veneto, in semplice governo e tutela; e fra il vero e naturale Principato. Il gius pubblico di allora concedeva ai Comuni di guerreggiarsi fra loro per la supremazia di uno sull'altro, così ai Baroni, e perfino contro il Principe proprio, siccome concedeva che un Comune suddito si dasse in governo e protezione di altro Principe. Quando veramente l' Istria venisse in Principato dei Veneziani, non è certo, sembra venisse appena alla caduta del Patriarcato ed alla spedizione militare del 1420, comandata da Filippo Arcelli Conte di Valtidone, piacentino. Nel secolo XIII cominciarono le dedizioni in reggimento delle città istriane, nelle quali tutte espressamente si riservavano (in parole) le giurisdizioni principesche dei Patriarchi, le stesse dedizioni si reiteravano, perchè stornate dai Patriarchi o richiamate dalli stessi Comuni. Primo a darsi fu Valle nel 1264, ma per breve, così Rovigno nel 1266, così Montona nel 1267. Prima dedizione stabile fu di Parenzo nel 1268, poi di Umago nel 1269, di Cittanova del 1270, di Montona e Capodistria del 1278, di Isola e S. Lorenzo nel 1281, Pirano nel 1283. Dall' atto presente apprendiamo che Rovigno si fosse pur dato, ritornò al Patriarca, ed appena nel 1330 passò stabilmente; l' anno seguente Valle e Pola.

Nel 1420 Arcelli conquistò, senza resistenza, Muggia, Buje, Pinguente, Albona, Fianona e le Castella minori, ultimo avanzo del Principato Aquilejese. *K.*

Tipografia del Lloyd Austriaco

10000100

mentum; hoc dicimus, et scribi fecimus, ut nullus admiretur, neque Nos morsu linguae corrodat, si nunc usque non fuerunt dictae Constitutiones publicatae; cum eas, una excepta, non potuerimus habuisse.

Nobis autem, persistentibus in hoc statu, Fratres minores, reprehendentes Canonicos, qui officium facerent, significaverunt Nobis sua relatione, quod Patriarcha in exercitu Muglae nominatim interdixit Civitatem Parentinam, auctoritate dictae Constitutionis, dicendo, quod occupaverant sua jura; sententiam tamem minime ostenderunt. Super qua quaestione, ac Sententiam ivimus Paduam, ut Consilium cum Sapientibus haberemus, juxta dictum Salamonis: Omnia fac cum Conconsilio, et post factum non poenitebis. Super quo dixerunt Sapientes, quod cum Lis penderet sub Arbitris, nihil erat inovandum, ne scandalum et impedimentum daretur paci tractandae, etiam si alias esset, sicut Patriarcha dicebat. Et cum constet per Privilegia Imperatorum Ecclesiae Parentinae collata, antequam aliquis Patriarcha haberet aliquod facere in Istria; et per alias Scripturas Authenticas, quod Parentium, Rubinum, Montona, Pisinum, Medelanum, Rosarium, Castellionum, Nigrignanum, Turris Novae, ac Cervariae sunt Ecclesiae Parentinae: Dicunt Sapientes, et est verum, quod si denuntiando dictam Sententiam latam Muglae, diceremus praedictas Terras excommunicatas, vel interdictas, pro eo quod sunt Patriarchae, et detinentur occupatae cum sint Ecclesiae Parentinae, cujus jura servare ac tueri tenemur, non modicum praejuditium faceremus.

Dicitur praeterea in illis Privilegiis, quod nullus qui habitat super Terram Ecclesiae Parentinae non teneatur respondere in Jure sine advocato Episcopi vel consensu, coram aliquo Duce, Comite vel Marchione, vel Patriarcha, sed coram Episcopo. Ex quolibet, quod ista omnia, quae Patriarcha dicit se habere in his Terris, sunt per violentiam occupata; nisi ostendatur quo titulo devenerunt ad Manus D. Patriarchae, quod credimus nullo modo posse ostendi: Nec credimus fore praescriptum; quia ut jura dicunt: Omnis praescriptio debet habere bonam fidem, et justum titulum possessionis, et quod non currit praescriptio contra res Ecclesiae precarie, vel ratione hospitalitatis possessas, nec praescriptio currit in re invasa, nec praescribi potest in his, quae aliquis sua auctoritate possidet. Unde si D. Patriarcha ostenderit justum titulum in his quae tenuit, quae secundum Privilegia, et Scripturas authenticas sunt Ecclesiae Parentinae, super ponemus digitum ori nostro.

Nunc autem ista dicimus, et scribimus pro defensione Jurium Ecclesiae Parentinae. Quare monemus universos et singulos Detentores Terrarum, Bonorum, et jurium Ecclesiae Parentinae sine justo titulo; et quum fuerunt culpabiles in spoliatione ac destructione Ursariae, cum nos impediverint, et adhuc hodie impediant, quominus uti possimus rebus, et Juribus Nostris ibidem res Nostras adhuc detineant occupatas, quatenus infra duos menses nobis satisfatiant, secundum tenorem Constitutionis editae, in Synodo Aquilejensi celebrata; alioquin ipsos post terminum denuntiabimus excommunicatos, et Terras ipsorum suppositas Ecclesiastico Interdicto, licet quidam scientes ipsam constitutionem jam sint ejus auctoritate legati. Canonicis autem, et Clericis omnibus tam praesentibus, quam absentibus Civitatis, et Diocesis Parentinae praecipimus in his scriptis sub excommunicationis poena, quod nulli Personae cujuscunque conditionis, vel dignitatis existat, contra dicta Privilegia in praejuditium Ecclesiae Parentinae dent auxilium, consilium vel favorem; et cum jam non pendet lis et quaestio Istriae interdictum Patriarcham, et Venetos sub Arbitris, dictam Constitutionem coram Nobis legi et publicari fecimus; et Beltramo praesenti Notario praecipimus, quod de praedictis omnibus faciat publicum Instrumentum. Forma et tenor Constitutionis hic est.

Marchese G. P. dei Polesini.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

aut alios sunt ablata, eis sublato difficultatis obstaculo restituere procuretis, a quibusvis novitatibus, invasionibus et insultibus per vos, et per vestros etiam stipendiarios et adherentes in hac parte vobis, ac fautores, coadiutores et sequaces vestros contra illos, aut aliquos vel aliquem eorumdem, et terras ipsorum penitus abstinendo, ac revocando nichilominus alios vestros stipendiarios vel armatos, qui provinciam Istrie in dampnum Patriarche, Episcopi et civium ac aliorum predictorum ad statum ipsius provincie perturbandum, sicut asseritur, sunt ingressi, sic in premissis omnibus laudabiliter et efficaciter processuri, ut zelatores pacis et amatores concordie vos per effectum operis demonstretis, nosque devotionem et obedientiam vestram, quam in hoc promptam cupimus inveniri, dignis exinde in domino laudibus attollamus. Alioquin Venerabili fratri nostro ..... Archiepiscopo Ragusino per alias litteras nostras iniungimus, ut vos ad huiusmodi restitutionem, ac stipendiariorum seu armatorum predictorum revocationem faciendam compellere, quodque vos dictique stipendiarii, adherentes, fautores, coadiutores et sequaces vestri a novitatibus, invasionibus et insultibus quibuscumque abstineatis, et ut omnino iidem stipendiarii seu armati de provincia ipsa recedant, per censuram ecclesiasticam, appellatione cessante, compescere non omittat. Si vero in Civitatibus, Castris, villis, terris et locis eisdem ius aliquod creditis vos habere, coram nobis infra duorum mensium spatium, a receptione presentium inchoandum, per syndicum seu procuratorem ydoneum ad hoc a vobis specialiter constitutum comparere curetis: Nos enim, qui sumus omnibus in iustitia debitores, parati sumus facere vobis super hiis exiberi iustitie complementum. Datum Reate XV. Kal. Septembris, Pontificatus nostri Anno Primo.

Nicolaus Episcopus etc. Venerabili fratri ... Archiepiscopo Ragusino salutem etc. Habet nostris auribus inculcata relatio, quod dilecti filii nobilis vir ... Dux et Commune Venetorum ad occupationem bonorum et iurium Aquilegensis ecclesie etcetera (ut in proxima superiori, verbis competenter mutatis, usque formidatur). Unde nos ex debito pastoralis officii etc. (usque et in requie opulenta quiescat), prefatos Ducem et Commune per alias nostras sub certa forma litteras rogamus, monemus et hortamur attente, ut ipsi tamquam viri pacifici mentes suas et animas habilitantes ad pacem et cetera, (mutatis mutandis, usque laudibus attollamus). Si vero in Civitatibus, Castris, villis et locis eisdem credunt se ius aliquod habere, coram nobis infra terminum in predictis litteris comprehensum per syndicum, seu procuratorem ydoneum ad hoc ab eisdem Duce et Communi specialiter constitutum comparere procurent: Nos enim, qui sumus omnibus in iustitia debitores, parati sumus facere ipsis super hiis exhiberi iustitie complementum. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus per nostra et apostolice sedis reverentia huiusmodi negotium prompto assumens animo, et personaliter te Venetias conferens, Ducem et Commune prefatos ad huiusmodi restitutionem et revocationem stipendiariorum seu armatorum predictorum faciendam, quodque ipsi per se ac etiam per eosdem stipendiarios, adherentes, fautores, coadiutores et sequaces eorum a quibusvis novitatibus, invasionibus, et insultibus prorsus abstinere procurent, ex parte nostra iuxta datam tibi a domino gratiam moneas et inducas, eos si opus fuerit ad restitutionem et revocationem easdem per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellendo, nichilominus per se ac etiam stipendiarios et alios supradictos a novitatibus, invasionibus et insultibus quibuscunque omnino abstineant, et ut ipsi stipendiarii seu armati de provincia ipsa se absentent, censura simili compescendo, predictis Duci et Communi apertius expressurus, quod si forte in Civitatibus, Castris, villis, terris et locis prefatis ius aliquod, sicut predicitur, se habere contendunt, compareant per syndicum vel procuratorem ydoneum infra predictum terminum coram nobis paratis facere ipsis complementum iustitie exhiberi. Quod autem fieri contigerit in hac parte, nobis per tuas litteras harum seriem continentes studeas plenius explicare. Datum ut supra.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

10000100

10000100

911. Di Re Berengario che donava ai Vescovi di Trieste i due castelli di Varmo nell' estremità della Diocesi di Parenzo verso Pisino.

929. Di Re Ugo che donava alli Vescovi di Trieste Umago, Sipar, l' isola Paciana, che è il distretto più prossimo a Monfalcone.

948. Di Re Lottario che donava ai Vescovi la città di Trieste con tre miglia all' ingiro.

1040. Di Re Enrico che senza enumerarle conferma le donazioni fatte dai suoi antecessori.

1230. Di Imperator Federico II che conferma ai Vescovi le donazioni degli antecessori.

1352. Di Re Carlo della Casa di Luzemburg che conferma ai Vescovi di Trieste, la città, Umago, Sipar, Fontana Georgica, Vermo, Monfalcone ed il castello di Montecavo.

Mancherebbero secondo le indicazioni preposte, del primo Ottone che potrebbe essere intorno il 961, di Ottone secondo che potrebbe essere del 974, di Corrado che potrebbe essere del 1030, di Barbarossa che potrebbe essere del 1177, di Karlo del 879, di Lodovico del 850.

Sospettiamo che parecchi di questi diplomi mancanti non fossero rilasciati, specialmente per Trieste, ma fossero generali o pei Patriarchi o per altri contatti.

La donazione di Calisedo che avrebbe fatto la Contessa Azzica, non è nota per altre Carte; il nome di questa Contessa è ripetuto in Carte parentine, ed ebbe sepoltura nell' agro parentino verso il Leme, in sito noto, ed ivi presso è anche sepolta sua madre Wilpurga. Di lei è noto che fosse figlia di un Conte Wecellino, e madre di un Vodolrico, e si intitolasse Conte d' Istria. Temiamo viziatura di lettere, e che il padre di lei fosse il Conte Weribent o Variento, figlio suo fosse il Volrico, cui Enrico donò venti masserie intorno Pinguente, che pare morto senza figli nel 1070, liberale verso la Chiesa di Aquileja.

Le ragioni di alto dominio dei Patriarchi di Aquileja si accennano in Carta del 1342 del Patriarca Bertrando scritta al Capitolo di Trieste: *Nobis mandavit Sanctissimus Dominus Clemens Divina Providentia Papa VI ut in ampliandis et conservandis juribus dicti electi* (Vescovo Francesco Amerino) *et dictae Ecclesiae Tergestine nostrum impendamus auxilium et favorem. Et licet ad ampliationem praedictorum jurium, tanquam Metropolitanus, et a quo ipsa Tergestina Ecclesia, quidquid temporalitatis obtinet, habere dignoscetur, teneamur, tamen etiam ob reverentiam* ecc.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Tergestum cum curribus et asinis multis deferentibus victualia. Et ita euntibus ipsis per stratam, quae vadit versus Tergestum, faciebant strepitum et rumorem ultra modum, et in nocte ignes copiosos per montes, quia frigus erat: Veneti, qui erant in civitate illa quae erat ante Tergestum, cui imposuerant nomen Romagna, audierunt rumorem magnum et strepitum a longe, quem exercitus faciebat; timuerunt timore magno, credendo quod exercitus esset major quam fuerat prius, et erat satis minor. Omnes naves intraverunt qui potuerunt, et multi in aqua submersi fuerunt per nimiam festinationem et sollicitudinem, quia nec pater filium, nec filius patrem expectabat. Et ita die decimaseptima intrante Junio fugerunt, dimissis illic multis bonis, quae omnia quasi Tergestini acceperunt, quia nostri multum distabant quando illi fugerunt.

Questa reiterata spedizione di Patriarca Raimondo doveva operare la liberazione di Trieste dall' assedio dei Veneti che la stringevano; dalla narrazione presente l' accampamento nella contrada che ebbe e conserva nome di Romagna, sarebbe stata una quasi borgata o città, intendiamo per la cinta che aveva, per le baracche dei soldati, dei vivandieri e della ciurma che seguita i soldati. La città fu veramente liberata nella seconda spedizione, la quale sarebbe stata di 50,000 pedoni e di 5000 cavalli. — Corse voce che i Veneziani avessero distolto con danaro il Conte Alberto dall' impresa che in fatti abbandonò; dicevano che i Veneziani l'avessero pagato con moneta falsa, di che indignato si fosse riunito al Patriarca e seco lui avesse sostenuto aspra e mortale battaglia con morte di un suo giovane figlio.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

dominio dictarum Civitatum, terrarum, et Castrorum, quam super destructione Castri Sancti Georgii, nec non omnibus damnis, et injuriis datis hinc inde, tam super predictis omnibus, et singulis diffiniat, arbitretur, sententiet, ordinet, et declaret tam amicabiliter, quam de jure, et alte ac basse pro sue beneplacito voluntatis. Item super restitutione bonorum mobilium, que ablata fuisse dicuntur hominibus de Venetiis, seu subiectis ipsius, quam per homines de Tergesto, et super processu habito super illis per arbitros ad hoc assumptos, secundum formam pacis facte per dominum Episcopum Concordiensem, placet ipsi domino Patriarche, quod R. Pater, et dominus B. Episcopus Tripolitanus diffiniat secundum quod postulat ordo juris. Hoc dicit dominus Patriarcha in scriptis prefato domino Episcopo Tripolitano, sicut ei dixit hodie oraculo vive vocis.

Hoc est scriptum, quod Tractatores predicti domini Ducis dederunt domino Episcopo Tripolitano.

Intendunt Ambasciatores domini Ducis, et Communis Venetorum, quod permanentibus firmis pactis dudum initis inter dominum Raynerium Geno tunc Ducem, et Commune Venetiarum ex una parte, et dominum G. tunc electum Aquilej. Ecclesie ex altera, et confirmatione, et approbatione ipsorum pactorum cum quibusdam additionibus factis inter dominum R. Patriarcham Aquilej. ex una parte, et dominum L. Teupolum tunc Ducem, et Commune Venetiarum ex altera, et pactis factis inter dominum Joannem Dandulum Ducem et Commune Venetiarum ex una parte, et predictum dominum R. Patriarcham, et Ecclesiam Aquilejensem ex altera, et sententiis, seu definitionibus factis per sapientes de Venetiis ex forma ipsorum pactorum, que per ipsum dominum Patriarcham debeant compleri, et quod dictus dominus Patriarcha restituat ea, que ipse abstulit, seu fecit auferri Venetis, vel aliis debitoribus eorum infra terminum eis concessum ex forma pactorum compromittatur per dominum Ducem, et Commune Venetiarum in Sanctissimum Patrem dominum Nicolaum Papam quartum de questionibus, controversiis, et discordiis, que vertuntur inter ipsum dominum Ducem, et Commune Venetiarum ex una parte et dictum dominum Patriarcham, et Ecclesiam Aquilej. ex altera super proprietate et possessione vel quasi, jurisdictionis, et aliorum jurium Terrarum Istrie, ita quod simul et semel cognoscatur, et definiatur per dictum dominum Papam tam de proprietate, quam de possessionibus dicte jurisdictionis, et aliorum jurium predictorum per arbitrationem, arbitrium, per rationem, laudationem, ordinationem, et amicabilem compositionem, alte et basse sicut sibi videbitur.

Hoc est aliud scriptum datum per Tractatores domini Ducis domino Episcopo Tripolitano.

Compromittatur per dominum Ducem, et Commune Venetiarum in sanctissimum Patrem dominum Nicolaum Papam quartum super restitutione mercationum, et rerum mobilium acceptarum, vel intromissarum, seu impeditarum ante pacem factam per dominum Episcopum Concordiensem, cognoscatur per dictum dominum Episcopum Tripolitanum de plano, et sine strepitu judiciorum, et si rite processum est per sapientes de Venetiis juxta tenorem pacis predicte debeat fieri restitutio, et satisfactio secundum tenorem sententiarum datarum per sapientes predictos, alioquin predictus dominus Episcopus Tripolitanus debeat cognoscere, et diffinire de plano, et sine strepitu judiciorum de sententiis supradictis, et debeat tanquam arbiter, et amicabilis compositor diffinire.

Item quod pacta dudum inita inter dominum Gregorium tunc electum Aquilej. ex una parte, et dominum Raynerium Geno tunc Ducem, et Commune Venetiarum ex altera, et confirmatio et approbatio facta cum quibusdam additionibus factis inter dictum dominum R. Patriarcham Aquilej. ex una parte, et dominum L. Teupolo tunc Ducem, et Commune Venetiarum ex altera,

10000100

iutores eorum. Et quod Carcerati relaxentur hinc inde omnes, et quod omnes fautores, subiecti, et adiutores dictorum dominorum ejecti de Civitatibus, seu locis suis, sive qui exiverunt proprio motu, gaudere et uti debeant libere omnibus possessionibus, et aliis bonis suis intus et extra, donec hujusmodi arbitrium fuerit promulgatum.

Die sabbati XXII Octobris.

Venerabilis Pater dominus B. Episcopus Tripolitanus dedit dominis Tractatoribus domini Ducis Venetiarum aliquam cedulam hujus tenoris videlicet. Cum Reverendus in Christo Pater dominus B. Episcopus Tripolitanus pro parte Sanctissimi patris, et domini domini Nicolai Pape quarti, requisivisset venerabilem patrem domiuum R. Patriarcham Aquilejensem, quod faceret domino Duci, et Communi Venetiarum treguas ad duos annos, prefatus dominus Patriarcha respondit, se ob reverentiam Apostolice sedis, et ipsius domini Episcopi, et in favorem Terre Sancte paratum fore facere treguas hujusmodi ad dictum tempus, et amplius ad beneplacitum ipsius domini Episcopi, ita quod ipse restituatur ad possessionem Civitatum, et Castrorum Istrie, quibus tempore suo spoliatus est, scilicet Justinopolitana, Emonensi Civitatum, et Montone, et Mucho, Grisignane, et Vicinatus Sancti Petri, et Antignane Castrorum, et Terrarum Rubini, Insule, Pirani, et Humaghi, et Castri et Burghi Mugle, et juris et jurisdictionis, et dominii dictarum Civitatum, et Castrorum; vel quod dicte Civitates, Terre, et Castra ponantur ex nunc in manu Apostolice sedis; et idem dominus Patriarcha paratus est prebere coram domino Papa possessiones, et spoliationem predictarum Civitatum, Terrarum, et Castrorum, juris, jurisdictionis, et dominii predictorum, placet et domino Patriarche, quod si fieri contigerit treguas hujusmodi relaxari debeant libere carcerati hinc inde, vel saltem sub cautionibus, et ejecti de Civitatibus, et terris, seu locis suis gaudere, et uti debeant possessionibus, et aliis bonis suis intus et extra.

Die predicto Tarvisii in domibus Ecclesie Sancte Marie majoris, ubi hospitatur dictus dominus Episcopus Tripolitanus, presentibus domino Bernardo de Brugeriis Priore de Pilizana, et domino Bernardo de Brugeriis Monacho Sannodiensi Capellani dicti domini Episcopi, domino Simeone Manno Primicerio Sancti Marci Venetiarum, Rustichino Benintendi notario. Coram presentia Venerabilis Patris domini B. dei gratia Episcopi Tripolitani Apostolice sedis Legati ad exequendum, et complendum cum domino Duce, et Communi Venetiarum sibi commissa per summum Pontificem in subsidium Terre Sancte nobiles viri domini Andreas Dandulo filius domini Ducis, Hermolaus Justo, Joannes Cornarius Procurator S. Marci, Nicolaus Querinus, et Rogerius Maurocenus Tractatores, et ambaxiatores domini Ducis, et Communis Venetorum fecerunt legi quandam cedulam, cujus tenor talis est: Super questionibus, controversiis, et discordiis, que sunt et esse possunt inter Venerabilem Patrem dominum R. Patriarcham, et ecclesiam Aquilej. ex parte una, et dominum Ducem, et Commune Venetiarum ex altera, super jurisdictione etc. Et predicta cedula perlecta, et intellecta, talem protestationem fecerunt coram ipso domino Episcopo, sic dicentes, dicimus et protestamur: Nos Andreas Dandulo filius domini Ducis, et socii ut supra tractatores etc. coram vobis etc. nomine ipsius domini Ducis, et Communis prefati, spe ratihabitionis ipsorum, seu ab eis qui parati sumus exequi et complere totaliter intuitu Dei, et ne succursus Terre Sancte impediatur, quod lectum est coram vobis, et continetur in cedula antedicta, et modo et ordine supradicto dicimus, et protestamur spe ratihabitionis predicti domini Ducis, et Communis, seu ab eis de tregua facienda usque ad duos annos, et complenda cum Venerabili patre domino R. Patriarcha Aquilejensi, nunciata nobis per vos venerabilem patrem predictum dominum Episcopum Tripolitanum Apostolice Sedis legatum. Et Gusmerius de Madonio interfuit, et rogatus fuit inde conficere publicum instrumentum.

10000100

Tractatores domini Ducis dederunt dicto domino Episcopo Tripolitano unam aliam cedulam hujus tenoris.

Respondetur per Tractatores domini Ducis, et Communis Venetiarum domino Episcopo Tripolitano, quod dominus Dux et Commune Venetiarum recepit Burgum Mugle cum his pactis, quod facta concordia de guerra presenti burgus Mugle debeat dimitti, et paratus est dominus Dux, et Commune Venetiarum dimittere ipsum facta diffinitione inter ipsum dominum Ducem, Commune et homines Venetiarum, et Commune et homines de Tergesto, de his de quibus debet fieri compromissum in dicto domino Episcopo, dummodo indulgeat hominibus dicti Burgi, et fiat remissio per dictum dominum Patriarcham de eo, quod se dederunt domino Duci, et fuerunt cum eo in presenti guerra, salvis pactis, et fidelitate, in quibus homines dicti burgi tenentur domino Duci, et Communi Venetiarum. Castrum vero Mugle reddatur domino Patriarche facto compromisso secundum formam tractatus in dominum Papam, et eo compromisso acceptato per ipsum, salvis pactis et fidelitate, quibus homines dicti Castri tenentur domino Duci, et Communi Venetiarum, dummodo indulgeat hominibus dicti Castri, et fiat remissio per dominum Patriarcham de eo quod se dederunt domino Duci, et fuerunt cum eo in presenti guerra.

De Castro Mucho respondetur dicto domino Episcopo, quod hominibus de Tergesto, qui tenent dictum Castrum de Mucho reductis per pacem in Tergestum, et super bonis eorum cum ea securitate, que videbitur dicto domino Episcopo, et Ecclesie Tergestine, quod si facere nollent, dominus Dux non intromittet se de eis.

De Grisignano respondetur, quod Vicardus coadiutor domini Ducis, et Venetorum tenet ipsum Castrum sicut rem suam, et quod dominus Dux intendit, quod ipse Vicarius de dicto Castro stabit sententie Curie Vassallorum dicti domini Patriarche Aquilejensis, quod si dictus Vicardus facere noluerit, dominus Dux non intromittef se de eo.

De Vicinatu Sancti Petri respondetur quod facto compromisso in dictum Papam secundum formam Tractatus, et eo acceptato per ipsum reddetur, Vicinatus S. Petri cum tali conditione, quod aliqua fortilitia non fiant in eo, nisi prius diffinitum fuerit per dominum Papam de his, de quibus fuerit compromissum in eo.

De Antignano respondetur, quod Antignanum est de districtu Justinopolis, que dicitur Capistria, et cadit in compromissum sicut Justinopolis, propter quod non videtur, quod inde debeat fieri restitutio.

Item quod pro pace servanda apponatur pena mille marcharum auri, medietas cujus pene cedat dicte Ecclesie Romane, et altera medietas parti servanti pacem. In compromisso autem faciendo in dictum Papam similis pena apponatur, ut jus pene medietas cedit dicte Ecclesie Romane, et altera medietas parti servanti pacem. In compromisso autem fiendo in dominum Episcopum Tripolitanum secundum formam tractatus apponatur pena quingentarum marcharum auri, cujus medietas cedat, ut supra. Item sicut juratum fuit in pace per dictum dominum Episcopum Concordiensem facta, ita juretur in pace modo fienda. Item quod apponatur pena, que videbitur domino Episcopo Tripolitano in omnibus et singulis capiendis tractatis, super quibus non caderent pene supra expresse. † *crux secunda.*

In Dei nomine amen. A nativitate ipsius millesimo ducentesimo octuagesimo nono, die secundo mensis novembris, secunde indictionis, nobiles viri domini Hermolaus Justo, Joanne Cornarius Procurator Sancti Marci, Nicolaus Querinus, et Rogerius Maurocenus Tractatores sindici et procuratores illustris domini Joannis Dandulo dei gratia Venetiarum, Dalmatie, atq. Croatie Ducis, domini quarte partis ac dimidie totius Imperii Romanie, et Communis Venetiarum existentes coram presentia Venerabilis patris domini B. dei gratia Episcopi Tripolitani Apostolice sedis Legati ad

10000100

Item de Castro Grisignani stabit Vicardus, qui illud tenet, sententie Curie Vassallorum dicti domini Patriarche, quod si facere noluerit, dominus Dux, et Commune Venetiarum non debeat intromittere se de ipso.

Item Vicinatus S. Petri facto compromisso in dominum Papam secundum formam Tractatus, et eo acceptato per ipsum restituatur tali conditione, quod nulla fortilitia fiant in eo, nisi diffinitum fuerit per dominum Papam de his de quibus in eum fuerit compromissum.

Item Antignanum vadat in compromissum sicut Justinopolis.

Item quod pacta inita inter felicis recordationis dominum Gregorium Patriarcham Aquilej. ex parte una, et dominum Raynerium Geno tunc Ducem Venetiarum cum reformatione super illis facta inter dominum Laurentium Teupolum tunc ducem Venetiarum, et ipsum R. Patriarcham serventur cum conditionibus appositis in pactis eisdem, hoc salvo quod hinc inde satisfiat de subtractis medio tempore.

Item quod Commune et homines de Tergesto observare debeant pacem factam per dominum Episcopum Concordiensem secundum formam promissionis eis facte per ipsum dominum Episcopum Concordiensem per instrumentum publicum sigillo dicti domini Episcopi communitum, hoc salvo quod si que de his, que in dicta pace continentur, facta sunt, seu exequtioni mandata, pro completis habentur, et factis, et si quod forte erectum faciendum compleatur per eos, ita quod super restitutione rerum mobilium ablatarum per eos ante pacem factam per dictum dominum Episcopum Concordiensem, cognoscatur per venerabilem patrem dominum Episcopum Tripolitanum.

Item quod pax et pacta facta per dictum dominum Episcopum Concordiensem inter dominum Ducem et Commune Venetiarum ex parte una, et dominum Comitem Goricie ex altera, penitus observetur, dummodo alia negocia precedant.

Item quod facto compromisso in dominum Papam, ut dictum est, et eo acceptato per ipsum, cessent omnes offense hinc inde inter predictos dominos, et vassallos, subditos, et fautores, et coadiutores eorum, et quod carcerati omnes relaxentur hinc inde, et quod omnes fautores, et adiutores eorundem dominorum ejecti de Civitatibus, seu locis suis, sive qui exiverunt proprio motu, gaudere, et uti debeant libere omnibus possessionibus, et aliis bonis suis intus et extra, donec hujusmodi arbitrium fuerit promulgatum.

Hec est intentio domini Episcopi Tripolitani, quam ipse dixit, et aperuit domino Duci, et Consiliariis ejus, et Capitibus de XL, et domino Hermolao Justo in secreto, videlicet, quod diffinietur, quod Commune et homines de Tergesto destruant, et tollant omnes muros, et fortilitias Tergesti factos, et factas ex parte maris, seu versus mare ab initio prime guerre hucusque infra octo dies post ordinationem, sententiam, seu arbitrium ferendum per dictum dominum Episcopum, purpurarias vero et fortilitias factas in mari ab initio dicte prime guerre hucusque destruant, et tollant infra duos menses post ordinationem, sententiam, seu arbitrium, et quod nullo tempore ea reedificabunt, nec facient ibi alia.

Et quod utriusque partis forbanniti, et ejecti, seu qui motu proprio exiverunt tam de Justinopoli, quam de aliis locis, debeant redire ad possessiones suas, sicut ipse possessiones sunt, scilicet in statu, in quo sunt, ita quod per procuratores suos, vel familium eas tenere, et habere, et eis frui postquam dicti exbanniti, et ejecti, atque motu proprio exiverunt, venerint ad dominum Ducem, et fecerint ei honorem debitum, jurando stare mandato domini Ducis, sicut domini sui. Additio, quod intelligitur de ejectis, et exbannitis, et motu proprio exeuntibus, qui ante guerram habitam cum domino Patriarcha jurabant domino Duci, illi vero exbanniti, et alii predicti, qui non venirent infra unum mensem, et non jurarent stare preceptis domini, vel recedent a preceptis ipsius domini Ducis, et illi non exbanniti, qui in futurum recederent pro commissis forefactis,

10000100

Tripolitanum, et ad faciendum cum dicto Domino Patriarca, et Ecclesia Aquilejensi pacem, vel treguam, et ad promittendum, vel stipulandum poenam, et poens, et ad obligandum bona Communis Venet. et ad recipiendum renuncias, securitates, et juramenta, et ad omnia alia, et singula facienda, et recipienda, quae in praedictis, et circa ea, vel aliquod eorum, seu praedictorum occasione necessaria, seu utilia videbuntur, et si mandatum exigeret speciale promittentes se firmum, et ratum habere, et tenere quicquid dicti Sindici, seu Procuratores simul vel quatuor, vel tres, vel duo, vel unus eorum fecerint de praedictis, et circa ea, vel aliquid eorum, et non contravenire sub obligatione bonorum Communis Venet.

Actum Venetiis in Ducali Palatio praesentibus magistro Tanto Cancellario, Rustichino Benintendi, Marco Siboto, Donato Lambardo Notariis, et scribis Venet. Ducatus testibus ad haec vocatis, et rogatis.

Item eodem die Venetiis in Camera dicti Domini Ducis praesentibus testibus suprascriptis. Idem Illustris Dominus Joannes Dandulus Dux laudavit, acceptavit, et rata, et grata habuit omnia, et singula suprascripta, et eodem modo fecit, constituit, et ordinavit supradictos D. D. Andream Dandulum, Ermoraum Justum, Joannem Cornarium, Nicolaum Querinum, et Rogerium Maurocenum suos Nuncios, et Procuratores, et quemlibet eorum in solidum, ut superius est expressum, promittentes nomine suo, et Communis Venet. se firmum, et ratum habere, et tenere quicquid dicti Procuratores vel unus eorum, ut dictum est, fecerit de praedictis, et non contravenire sub obligatione bonorum Communis Venetiarum.

Ego Gusmerius de Mandonio Imperiali autoritate Notarius Publicus, et Ducis Venet. scriba praedictis interfui, et ex rogatu dictorum Consiliariorum, Consilii, et mandato Domini Ducis scripsi, et publicavi.

Super quaestionibus, controversiis, et discordiis, quae sunt, et esse possunt inter Venerabilem Patriarcham, et Ecclesiam ex una parte, et Dominum Ducem, et Commune Venetiarum ex altera super Jurisdictione, et Juribus totius Provinciae Istriae compromittatur in Sanctissimum Patrem D. Nicolaum Papam Quartum, ita quod simul, et semel cognoscatur, et diffiniatur per praedictum D. Papam tam de proprietate, quam de possessione dictae Jurisdictionis, et aliorum dictorum jurium per arbitrationem, per arbitrium, per rationem, laudationem, ordinationem, et amicabilem compositionem, alte et basse, sicut videbitur sub poena mille Marcarum auri, medietas cujus poenae cedat Romanae Ecclesiae, et alia medietas parti servanti praedicta, et acceptato ipso compromisso per Dominum Papam, ut dictum est relaxentur captivi.

Sed si dictus Papa moreretur antequam ferret arbitrium, sit pax, et tregua inter partes, donec creetur alius Papa, et post sex menses, et tantum plus, quantum placuerit partibus, denunciando una pars alteri per tres menses ante, quae nolit eam sub simili poena quae cedat, ut supra. De damnis vero datis hinc inde, vadat damnum pro damnis.

Super restitutione vero, seu satisfactione mercationis, et rerum mobilium acceptarum, vel intromissarum, seu impeditarum ante pacem factum per Dominum Episcopum Concordiensem compromittatur per supradictas partes in Venerabilem Patrem D. Episcopum Tripolitanum, per quem cognoscatur, et deffiniatur de plano sine strepitu judiciorum, et si rite processum est per sapientes de Venetiis juxta tenorem pacis praedictae, debeat fieri restitutio, et satisfactio secundum tenorem sententiarum datarum per sapientes viros praedictos, alioquin praedictus Dominus Episcopus Tripolitanus debeat cognoscere, et deffinire de plano, et sine strepitu judiciorum de sententiis supradictis, et debeat tamquam Arbiter, et amicabilis Compositor deffinire.

Sed si Dominus Episcopus Tripolitanus antequam discedat de Venetiis ex quacumque causa superveniente non deffiniret, Dominus Dux Venet. possit eligere tres sapientes de Venetiis, qui cognoscant, et deffiniant de restitutione, et satisfactione praedictis secundum formam pacis, et

10000100

apponatur poena duarum millium Marcharum argenti, medietas cujus cedat Romanae Ecclesiae, et alia medietas cedat servanti praedicta.

Et quod si Commune, et homines Tergesti non observarent arbitrium, vel ordinationem dicti Domini Episcopi super praedictis, quod Dominus Patriarcha, seu fautores, et sequaces, et Comes Goriciae non juvent eos sub poena duarum millium Marcharum argenti pro Patriarcha et Ecclesie Aquilejensi, quae cedat ut supra.

Item accepto compromisso fiendo in Dominum Papam, ut dictum est, per ipsum Dominum Papam relaxentur captivi.

Item quod restitutio de facto Castri de Mucho, sicut continetur in Capitulo de Mucho inferius scripto suspendatur, donec ipse Dominus Episcopus Tripolitanus suum arbitrium promulgaverit super praedictis.

Item quod facto compromisso in dictum Dominum Papam, ut dictum est, sit pax, et fiat inter Dominos suprascriptos, et eorum vassallos, subditos, coadjutores, et fautores.

Et Dominus Dux aquiescit, quod illi de Tergesto, qui debent venire ad praecepta ejus, possint stare Venetiis, et circa Venetias in districtu Venetiarum secundum formam praedictorum pactorum, et teneantur venire infra unum mensem, postquam Dominus Episcopus Tripolitanus praedictus suum arbitrium duxerit promulgandum sub poena mille Marcharum argenti, quae cedat ut supra.

Item quod Dominus Dux, et Commune Venet. recepit Burgum Muglae cum his pactis, quod facta concordia de praesenti guerra, Burgus Muglae debeat dimitti, et paratus est Dominus Dux, et Commune Venet. dimittere ipsum hominibus dicti Burghi, et relaxentur libere confinati facta deffinitione inter ipsum Dominum Ducem, Commune, et homines Venet., et Commune, et homines de Tergesto de his, de quibus debeat fieri compromissum in dicto Domino Episcopo, dummodo indulgeatur hominibus dicti Burghi, et fiat remissio per dictum Dominum Patriarcham de eo quod se dederunt Domino Duci, et fuerunt cum eo in praesenti guerra, salvis pactis, et fidelitate, in quibus homines dicti Burghi tenentur Domino Duci, et Communi Venet. et salvo omni jure Aquilejensis Ecclesiae, ita etiam quod si forte dicti homines noluerint intendere, et obedire ipsi Domino Patriarchae, non teneat indulgentia, et remissio supradicta, nec Dominus Dux, et Commune Venet. dabunt eis auxilium, consilium, vel favorem publice vel occulte.

Castrum vero Muglae reddatur Domino Patriarchae facto compromisso secundum formam tractatus in Dominum Papam, et eo compromisso acceptato per ipsum salvis pactis, et fidelitate, quibus homines dicti Castri tenentur Domino Duci, et Communi Venet. dummodo indulgeatur dicti Castri hominibus, et fiat remissio per D. Patriarcham de eo, quod se dederunt Domino Duci, et fuerunt cum eo in praesenti guerra, et salvo omni jure Aquileje. Ecclesiae, et relaxentur libere a confinibus confinati homines dicti Castri, ita quod si homines forte ejusdem Castri noluerint intendere, ac obedire ipsi Domino Patriarchae, indulgentia, et remissio supradicta non teneat, nec Dominus Dux, et Commune, et homines Venet. dent eis auxilium, consilium, vel favorem publice, vel occulte.

De Castro Mucho respondetur, quod hominibus de Tergesto, qui tenent dictum Castrum de Mucho reductis per pacem in Tergesto, et super bonis eorum cum ea securitate, quae videbitur dicto Domino Episcopo Tripolitano, ipsi debeant restituere dictum Castrum Domino Episcopo, et Ecclesiae Tergestinae, quod si facere nollent, Dominus Dux non intromittat se de eis, nec per ipsum, nec per Commune, ac homines Venet. eis praestabitur auxilium, consilium, vel favorem publice, vel occulte, nec etiam debeant reduci in Tergestum, nec super bonis eorum, salvo quod dictum est supra de suspensione restitutionis dicti Castri.

De Grisignano respondetur, quod Vicardus coadjutor Domini Ducis, et Venet. tenet ipsum

10000100

1279. I veneziani vengono all'assalto di Trieste. il Patriarca la soccorre.

—— L' Istria vuol darsi ai veneziani, Conte Alberto restituisce a questi S. Lorenzo (per breve) e fa pace.

1280. Guerra fra Patriarca e veneziani per l'Istria.

1281. Scomunica del Patriarca contro gli occupatori delle terre patriarchine.

—— Isola e S. Lorenzo si danno ai veneziani.

—— Discordie fra Patriarca e Conte Alberto, composte da Mainardo di Gorizia e da Gherardo da Cumino.

—— I veneziani assaltano Trieste.

—— Pace tra veneziani, Patriarca, Conte d'Istria e Trieste.

1282. Trieste consegna al Vescovo Ulvino il Castello di Montecavo, il Vescovo promette di consegnarlo al Capitolo.

1283. Pirano si dà ai veneziani.

—— Patriarca Raimondo fa lega col Conte d'Istria, con Trieste, coi padovani, coi trevisani contro i veneziani. Il Conte d'Istria è capitano generale. Capodistria è presa.

—— Trieste è presa dai veneziani, fa pace umiliante, atterra le mura verso mare, dà ostaggi, paga i danni, consegna le macchine di guerra per venire abbruciate sulla piazza di S. Marco.

1284. I veneziani pigliano l'isola alla foce del Timavo che era bocca del porto, costruiscono fortilizio cogli avanzi di antica lanterna, ne cangiano il nome da Belguardo in Belforte.

1285. Il Patriarca, i veneziani, il Conte d'Istria e Trieste fanno pace, che non dura, ed è causa di nuove questioni.

1286. Nuove trattative di pace. Compromesso in giudici arbitri.

1287. Istriani e triestini ribellano ai veneziani, ritornano al Patriarca. I veneziani ripigliano Capodistria. L'esercito del Patriarca muove verso Trieste, poi verso Capodistria, e verso Montecavo che è preso; manca di viveri, retrocede. I veneziani ripigliano l'offesa, pigliano Montecavo, battono i patriarchini. Trieste resiste all'assedio dei veneti, Muggia è presa.

1288. Muggia presa dai veneziani, si dedica loro, ripudiando il Patriarca.

—— Papa Nicolò IV esorta i veneziani a non molestare il Patriarca per le sue ragioni in Istria.

1289. Il Patriarca torna a tentare la sorte delle armi, in colleganza al Conte d'Istria, raduna in Monfalcone 50,000 pedoni e 5000 cavalli, e viene all'impresa del forte di Romagna, dal cui i veneziani assediano Trieste. Il Conte abbandona il Patriarca, il Patriarca si ritira. Torna all'assalto, i veneziani sono costretti di abbandonare il castello loro, Trieste è liberata.

—— Tregua fra Patriarca, triestini e veneziani. Compromesso in Papa Nicolò IV. Trattative, contenute nella presente Carta.

1290. Altre trattative, cui partecipa il Conte d'Istria.

—— Nuove rotture, i veneziani sono battuti dal Patriarca, dal Conte d'Istria e dai triestini, capitanati dal Conte d'Istria.

1291. Pace tra veneziani e Patriarca, i veneziani promettono annui 10,065 ducati per le terre dell'Istria da loro occupate.

—— Trieste si emancipa, ed instituisce Consiglio di 180 a reggere il Comune; viene a lei restituito Montecavo per darlo ai Vescovi.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

S. Viti quilibet qui habet unum quarnarium de Pecoribus solvat etiam praedicto Epo. et eius successoribus unum Castratum unius anni, et qui plus habeat non solvant nisi illum, et qui medium quarnarium habet solvat medium Castratum. Item sententiamus quod omnes Clerici Civitatis Parentii et tota eorum familia non solvant alicui Personae collectam nisi D. Epo. et etiam quod non vocentur neque compellentur pro aliqua re respondere in iure coram placito nostro neque coram aliqua saeculari Potestate nisi coram Epo. vel eius Vicario. Item sententiamus quod dictum Comune sit absolutum ab omnibus quartis usque nunc retentis si aliquas retinuerint et etiam ab omnibus poenis quibus incurissent dicto D. Petro Epo. vel eius Successoribus. Quam sententiam et universa superius nominata Almerico Gastaldioni, Joanni de Bertoldo, Tolomerio Joanni Maleosse Rectoribus et Gubernatoribus Procuratoribus Comunis Parentii, nec non praedicto Comuni sub poena ducentarum Marcharum Argenti de caetero praecipimus observari; medietas dictae poenae Nobis, alia vero medietas persolvatur Epo. Parentino. Quam quidem sententiam nominatus Epus. pro se et sua Ecclesia et praedictum Comune acceptaverunt et laudaverunt.

Ego quidem Jacobus Capellanus dicti D. Bertoldi Marchionis et Ser. Imperatoris Henrici Notarius interfui et ut superius continetur rogatus a praedictis Epo. et Comuni bona fide scripsi. Ego Adam Diaconus et Tabellio de Civitate Parentii interfui rogatus manu mea scripsi et roboravi. = Laudare et confirmare dignaremur de Nostrae plenitudine petestatis; Nos suis devotis supplicationibus misericorditer inclinati ipsam sententiam ex certa scientia cum omnibus et singulis suis clausulis et articulis de Nostra Regia potestate et ex innata Nobis clementia laudamus, approbamus, confirmamus et ratificamus, addentes autem et declarantes decernimus et inhibemus plenitudine Regiae Potestatis, quod nullus hominum qui dictum Territorium vel partem ipsius possidet, vendere valeat et donare vel aliquo modo alienare, sed in ius et proprietatem Ecclesiae Parentinae illibatum et integrum perpetuo conservetur; Decernentes ex nunc irritum et inane quidquid contra huiusmodi prohibitionem et declarationem seu additionem nostram fuerit attentatum. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostrae confirmationis, declarationis et additionis infringere vel ei aliquo ausu temerario contraire, quod qui fecerit, gravem Nostrae Majestatis offensam se noverit incursurum; In cuius rei testimonium praesens Privilegium exemplatum conscribi, et Majestatis Nostrae sigillo iussimus comuniri.

Signum Ser.mi D. Rodulphi Romanorum Regis invictissimi.

Testes hujus rei fuerunt Venerabiles Rodolphus Constantiensis Epus., Conradus Abbas S. Galli Principes Nostri carissimi, Nobiles viri Heberhardus de Catzenelenbogen, Ludovicus de Octingen, Rodulphus de Monteforti Comites, et strenuus vir Hertemandus de Baldocho et alii quamplures testes fide digni.

Datum Constantiae 4 Kal. Februarii, Indictione IV, anno Domini MCCXCI Regni vero Nostri anno XVIII.

Marchese G. P. dei Polesini.

Strana comparsa fa tra le Carte istriane questo Diploma di Rodolfo Imperatore, dacchè dopo la morte di Corrado nel 1254 nessun Imperatore comparisce più, ed anche in precedenza si trova in qualche Carta ricusata la loro autorità = *nullo in Italia Imperatore existente.* = In Carta del 1292 Vescovo Bonifacio manifesta al Papa di aver chiesta questa conferma da Imperatore Rodolfo, per valersene contro il Patriarca, contro i Veneziani e contro il Comune di Parenzo, così che fu per opportunità di questione nelle contese per conservarsi in possesso di sue giurisdizioni laiche.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

10000100

10000100

nonagesimo primo, Indictione quinta die decimo quarto intrante Octobrio. Venetiis in Ducali Palatio per Marcum Sibotto notarium, et Ducalis aulae Venetiarum scribam inde confecto, et ipsius domini Ducis bulla plumbea pendenti munito plenius continetur ex parte una, et discreti viri domini Bernardus Decanus civitatensis, Jacobus Ottonelli canonicus Aquilegiensis, et vir nobilis dominus Nicolaus de Butrerio procuratores, et syndici dicti domini Patriarchae plenum ad subscripta mandatum habentes pro ut continetur in publico instrumento per me Walterum notarium infrascriptum sub anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo primo, indictione quarta, die secunda intrante Octobri in castro Vtini in Patriarchali Palatio exinde confecto, et ipsius Domini Patriarchae pendenti sigillo munito, quorum procuratorio nomine Venerabiles viri domini R. Decanus, et Capitulum Aquilegiensis Ecclesiae suum praebuerunt consensum, pro ut per eorum patentes litteras datas Aquilegiae sub anno, et Indictione proxime suprascriptis die tertio intrante Octubri, et munitas pendenti sigillo ipsius Capituli plene patet, ac discretus vir dominus Ottolinus de Justinopoli procuratores, et syndici domini Comitis memorati habens ad ea, quae continentur inferius plenariam potestatem, pro ut in instrumento publico per Omnebonum notarium sub proximo dictis anno, et indictione, die octavo intrante Novembri in Venzono in via publica ante domum Nicolai confecto exinde, et ipsius Comitis sigillo pendenti munito plenius continetur: nec non discreti viri domini Matthaeus Baiardus, et Zufredus de Aurelia procuratores, et syndici praedictorum communis, et hominum de Tergesto habentes ad contenta inferius plenariam potestatem pro ut continetur in instrumento publico confecto exinde per Henricum notarium sub anno, et indictione praedictis die ultimo Septembris Tergesti in Palatio communis ex altera parte procuratorio, et syndicario nomine omnium praedictorum, quorum syndici, et procuratores existunt pro ipsis, et omnibus, et singulis subiectis fidelibus, fautoribus, et coadiutoribus eorumdem sibi invicem de omnibus iniuriis, offensionibus, et dampnis tam realibus, quam personalibus illatis hinc inde finem, et remissionem plenariam, salvis, quae continentur inferius facientes ad talem inter se pacem, et concordiam devenerunt, pro ut seriatim inferius annotatur.

In primis siquidem, quod super quaestionibus, controversiis, et discordiis, quae sunt, et esse possunt inter Venerabilem Patrem dominum Raymundum Patriarcham, et Ecclesiam Aquilegiensem ex una parte, et dominum Ducem, et commune Venetiarum ex altera super iurisdictione, et iuribus totius Provinciae Ystriae compromittatur in sanctissimum Patrem dominum Nicholaum Papam Quartum, ita quod cognoscatur, et simul, et semel diffiniatur per dictum dominum Papam tam de proprietate, quam de possessione dictae iurisdictionis, et aliorum dictorum iurium per arbitrationem, per arbitrium, per rationem, laudationem, ordinationem, et amicabilem compositionem alte, et basse, sicut ei videbitur sub poena mille marcharum auri, medietas cuius penae cedat Romanae Ecclesiae, et alia medietas cedat parti servanti praedicta. Sed si dominus Papa non diffiniret, nihilominus sit pax, et treugua inter partes donec creetur alius Papa, et post per sex menses, et tantum plus, quantum placuerit partibus. Si qua vero partium ex tunc eam nollet forsitan observare, teneatur denuntiare alteri per tres menses antequam illam infringat se nolle illam servare sub simili poena, quae cedat, ut supra; et elapso dicto termino trium mensium neutra partium teneatur ad Sacramentum, nec ad poenas.

Item super restitutione, seu satisfactione mercationum, et rerum mobilium acceptarum, et intromissarum, seu impeditarum ante pacem factam per dominum..... Episcopum Concordiensem compromittatur per supradictas partes in venerabiles Patres dominos..... Castellanum et..... Paduae Episcopos, per quos cognoscatur, et diffiniatur per Sacramentum de plano sine strepitu iudiciorum infra quindecim dies post quam convenerint. Et debeant convenire infra quindecim dies postquam pax fuerit publicata. Et si rite processum est per sapientes de Venetiis iuxta tenorem pacis praedictae debeat fieri restitutio, et satisfactio secundum tenorem sententiarum datarum per sapientes praedictos in tribus annis proxime secuturis ab huiusmodi cognitione, et diffinitione factis

10000100

Item quod utriusque partis exbanniti, et eiecti, seu qui motu proprio exiverunt tam de Justinopoli, quam de aliis locis debeant redire ad possessiones suas, sicut ipsae possessiones sunt, scilicet in statu, in quo sunt. Ita quod per procuratores suos, et familias possint eas tenere et habere, ac eis frui, postquam ipsi exbanniti, vel eiecti, et qui motu proprio exiverunt, venerint ad dominum Ducem, et fecerint ei honorem debitum iurando stare mandatis ipsius Domini Ducis sicut domini sui, quod intelligitur de exbannitis, et eiectis, et motu proprio exeuntibus, qui ante guerram habitam cum domino Patriarcha iurabant domino Duci. Illi vero exbanniti, et alii eiecti, non venirent infra unum mensem, et non iurarent stare praeceptis domini Ducis, vel recederent a praeceptis ipsius non recipiantur, nec permittantur stare in Tergesto, vel eius districtu, nec in Istria, nec super Carsium, nec a monte Falcone versus Istriam sub poena quingentarum marcarum argenti, quae cedat ut supra.

Item quod postquam pax clamata fuerit, si qui recederent de terris, quas dominus Dux, et commune Venetiarum tenent in Istria, dominus Patriarcha non recipiet eos, nec permittet stare in districto suo. Et e converso fiat per dominum Ducem, et commune Venetiarum domino Patriarchae, si qui recederint de terris, quas tenet in Istria, sub poena quingentarum marcharum argenti, quae simili modo cedat ut supra.

Item quod Pons factus apud Belforte non protendatur aliquo tempore, item quod attingat terram domini Patriarchae, vel comitis Goritiae per decem passus sub poena quingentarum marcharum argenti, quae simili modo cedat.

Item, quod carcerati occasione huius guerrae quincumque sint, et undecumque sint, sive de Justinopoli, sive aliunde libere relaxentur hincinde destructis muris, et extractis, et destructis purpuraliis Tergesti, et aliis fortiliciis, sicut dictum est in capitulo Burgi Muglae. Et non intelligatur de exbannitis per dominum Ducem.

Item quod pax praesens servetur per partes, et sit firma pro ipsis, et pro omnibus, et singulis fidelibus habitatoribus, subiectis, et fautoribus earumdem quicumque, et undecumque sint secundum conditiones praescriptas, et infrascriptas. Non intelligatur de Venetis exbannitis per Dominum Ducem. Nec intelligantur Veneti, qui fuerunt incolae alicuius alterius terrae decem annis, seu amplius, nec sint amplius Veneti sub poena quatuor millium marcharum argenti, quae cedat ut supra.

Item si quae terrarum, quas dominus Dux, et commune Venetiarum tenent in Istria rebellaret, quod altera pars non debeat eam recipere, nec dare auxilium, consilium, vel favorem publice, vel occulte. Et e converso fiat per dominum Ducem, et Venetos, si qua terrarum, quas dominus Patriarcha tenet in Istria rebellaret sub poena quatuor millium marcharum argenti, quae cedat ut supra. Et nihilominus pars altera procurabit bona fide, quod terra rebellans restituatur illi parti, in cuius praeiudicium rebellaret. Et si domino Duci, et communi Venetiarum placuerit habere de gente domini Patriarchae ad recuperationem dictae terrae rebellantis, dominus Patriarcha teneatur dare de gente sua ad expensas communis Venetiarum. Et e converso fiat per dominum Ducem domino Patriarchae. Et si dicta terra rebellans venerit ad manus alterius partis, sive in ipsius fortiam, seu potestatem teneatur ipsa pars eam restituere illi parti, in cuius praeiudicium rebellasset, sub simili poena, quae cedat ut supra.

Item, quod si commune, et homines Tergesti non observarent praesentem pacem, et concordiam, dominus Patriarcha, et fautores, et sequaces eius non iuvabunt eos, nec dabunt eis auxilium, consilium, vel favorem publice, vel occulte, sub poena quatuor millium marcharum argenti, quae cedat, ut supra.

Item quod clamata, sive publicata pace omnia ligna currentia de Foroiulio debeant vendi domino Duci, et communi Venetiarum pro pretio competenti. Et si qui nollent vendere ligna sua, debeant illa deponere in commendaria apud dominum..... Episcopum concordiae usque

10000100

argenti, quae cedat ut supra. Sed si non diffiniretur aliqua supervenienti causa, dicta ligna, quae forent in commendaria, ut dictum est restituantur illis, quorum fuerint.

Item quod pax, et pacta facta inter dominum Ducem, et commune Venetiarum ex una parte, et dominum comitem Goritiae ex altera penitus observentur sub poena mille marcharum argenti, pro quolibet capitulo, quae cedat, ut supra.

Item quod si commune et homines Tergesti non observarent praesentem pacem, et concordiam, dominus Comes, et sequaces, et fautores eius, non iuvabunt eos, nec dabunt eis consilium, auxilium, vel favorem publice vel occulte sub poena quatuor millium marcharum argenti, quae cedat ut supra.

Item quod exbanniti, et eiecti, seu qui motu proprio exiverunt tam de Justinopoli, quam de aliis locis, qui non venirent infra unum mensem, et non iurarent praeceptis domini Ducis stare, vel recederent a praeceptis ipsius, non recipiantur, nec permittantur stare in districtu domini Comitis Goritiae, videlicet a Montefalcone versus Istriam, nec in Istria, nec super Carseum sub poena quingentarum marcharum argenti, quae cedat, ut supra.

Item quod postquam proclamata, et publicata fuerit pax, si qui recederent de terris, quas dominus Dux, et Commune Venetiarum tenent in Istria, dominus comes Goritiae non recipiet eos, nec permittet stare in suo districtu. Et e converso fiet per dominum Ducem, et Commune Venetiarum domino Comiti, si qui recederent de terris, quas ipse, ac sequaces eius tenent in Istria sub poena quingentarum marcharum argenti, quae cedat, ut supra. Quae omnia, et singula suprascripta omnes praefati procuratores, et syndici procuratorio, et syndicario nomine omnium praedictorum, quorum syndici, et procuratores existunt sibi invicem hinc, et inde stipulatione solempni, sub poenis praescriptis, prout in singulis capitulis scriptae sunt promiserunt firmiter attendere, ac inviolabiliter observare, et attendi, et observari facere per suos, et non contra facere, vel venire ratione aliqua, dolo, ingenio, sive causa cum obligatione bonorum praedictorum omnium, quorum syndici, et procuratores existunt.

Ego *Donatus Lambardus* Imperiali auctoritate notarius publicus, et Ducatus Venetiarum Scriba praedictis omnibus interfui, et rogatus me subscripsi.

Ego *Walterius* Civitatensis Apostolica, et imperiali auctoritate notarius praedictis interfui, et rogatus scripsi.

Ego *Henricus* Imperiali auctoritate notarius his interfui, et rogatus me subscripsi.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

0000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

detis, vel possidere debeat de jure, vel de cetero possidebitis in futurum, nec aliquod impedimentum faciam in rebus, vel juribus vestris, nec procurabo impedimentum vel damnum fieri per alium in rebus, vel juribus vestris, et si scivero de aliquo, qui faciat, vel velit facere aliquod istorum contra vos, pro posse meo praestabo ei impedimentum, ut non fiat; et si impedire non potero, vobis per me, vel alium denuntiabo quam citius potero, vel manifestabo, et contra eum, prout potero, bona fide auxilium vobis dabo. Et si contingerit vos rem aliquam, quam habetis vel habere debeatis, vel habeatis injuste, vel fortuitu casu amittere, eam vos recuperare curabo et recuperatam omni tempore retinere. Et si sciverò vos contra aliquem juste velle facere et inde spetialiter vel generaliter fuero requisitus, meum vobis, sicut potero, praestabo et dabo auxilium et consilium. Et si aliquid mihi in secreto manifestaveritis, sine vestra licentia non manifestabo, nec procurabo quod manifestetur. Et si consilium a me super aliquo facto postulaveritis, illud consilium, quod magis justum et utile mihi videbitur vobis dabo. Ad curiam vestram vocatus veniam, nisi de licentia vestra remaneam; et in curia requisitus, justam, secundum meam coscientiam, dabo sententiam, et datam sententiam per curiam servabo, et servari faciam pro posse meo; et cetera faciam quae fidelis vassalus debet facere Domino suo, salvo etiam juramento per me facto D. Duci et comuni Venetiarum.

Ego *Beltramus* filius quondam Petri Papae Civitatis Mediolani publicus imperiali auctoritate Notarius praedictis omnibus interfui scripsi et publicavi meoque consueto signo signavi rogatus.

Auscultatum per me fuerunt *Johannem Evangelistam Mongolum* Not. Ravennae.

Marchese G. P. dei Polesini.

ipografia del Lloyd Austriaco

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

Arcuje, veniendo superius recto tramite per callem carrariam, usque ad supradictam viam Turris. Cujus autem petitionis copiam praedictis Fratribus dari fecimus, responsuris super ipsa terra termino prefato Episcopo Parentino; qui comparentes in termino secundum Legem et consuetudinem Civitatis Parentii, petierunt, quod praedictum territorium visibiliter ostenderent eisdem, ut quam citius indagarent utrum cedere vel contendere vellent, quibus opportuit nos de jure dilationem statuere, infra quam dictus D. Episcopus ostenderet eis territorium supradictum, que ostensio eis, per eumdem D. Episcopum, coram nobis, constituto termino, redierunt negantes omnino dictum territorium ad ipsum Episcopum, seu ad ipsam Parentinam Ecclesiam pertinere, Episcopatui Parentino, imo ad ipsos pertinet pleno jure, et ipsius territorii sunt legitimi possessores; propter quod dicto D. Episcopo ad producendum jura et instrumenta sua super praedictis, dierum octo terminum statuimus, infra quem produxerunt unum instrumentum, sive sententiam, quod scriptum videtur fuisse per Henricum notarium, cujus instrumentum sententiae in hac sententia mandavimus fore scriptum, cujus tenor talis est.

(*Sta inserito il Diploma 1203, 4 Novembre.*)

Et quaedam alia istrumentorum exempla, ut asserebant, quorum autentica non vidimus nec ostendere voluit, producebat, quae non admisimus, cum nulla fides esset eis ullatenus adhibenda. Copiam autem praedicti instrumenti praedictis fratribus jussimus exhiberi; praecipientes eis, ut infra dies octo contra ipsum obycerent et opponerent quid vellent.

In dicto vero termino utraque pars comparuit coram nobis et exceptiones et allegationes ipsorum fratrum inseri praecipimus, ut causa, qua movetur noster animus ad hujusmodi Sententiam promulgandam, innotescat praesentibus et futuris, quorum tenor talis est:

Coram vobis D. Jacobo Quirino honorabile Potestate Parentii, excipiendo, dicunt Orthelippus et Mengosius fratres contra instrumentum productum contra ipsos, occasione Terreni et territori Cervarie per D. Episcopum Parentinum et contra petitionem productam, et jura producta per ipsum contra ipsos, quod dictum instrumentum non potest dici sententia, nisi sententia detur respectu quaestionis praemisse; nam primo opportet quaestionem ventilari coram judice habente jurisdictionem cognoscendi, et quod intersit actor et Reus; et ventilata et cognita quaestione, debet tertia persona, scilicet judex, sententiare partes judicii, et ex productis per actorem et Reum; et illa taliter potest vocari sententia: nam judicium opportet esse trium personarum, scilicet judicis, actoris et Rei, ex quo juditio postea oritur sententia. Nam in hoc instrumento producto non apparet, quod aliquis fuerit citatus, nec conventus ab illo, qui dicitur fuisse Marchio Istriae; nec D. Episcopus, qui tunc fuit, conquerebatur de aliquo, nec contra aliquem fecit proferi sententiam nominatim, nam saltem commune Parentii debebat citari, vel illi qui possidebant, prope dicta confinia, ad videndum terminari in ipso instrumento contenta, quod si factum fuisset, numquam talis sententia fuisset prolata, nam absurdum esset credere quod comunc et civitas Parentina non haberet certum territorium et districtum sicut habent caetere civitates. Quod si dicta sententia, posset dici sententia, et juste prolata, nihil proprietatis haberet Civitas Parentina cum totum territorium, quod nunc habet et possidet Civitas praedicta contineatur infra confinia contenta in dicto instrumento. Propterea non est credendum, quod dictum instrumentum possit dici sententia et fuisset juste prolata, quod sapientissimi et honesti viri Episcopi et Praelati qui hactenus interfuerunt rectores et Gubernatores Episcopatus et Ecclesiae Parentinae praetermisissent sub silentio tam longissimo tempore dictum instrumentum, si instrumentum vel sententia foret, qui non produxerunt in jure contra possessores Bonorum contentorum infra confinia dicti instrumenti; nam pauci reperientur in civitate Parentii, qui nunc possident jure proprii campos, terras, vineas infra confinia in dicto instrumento contenta, quibus numquam occasione dicti instrumenti, quaestio fuit mota. Item excipiendo dicunt, quod praedictus Episcopus nullum jus habet in dicto territorio et loco

10000100

Lata fuit haec sententia per supradictum D. Jacobum Quirinum honorabilem Potestatem Parentii, sedendo in jure cum suis judicibus supradictis in civitate Parentina sub Lobia amporis, praesentibus testibus ad haec vocatis et rogatis D. Ambrosio Archidiacono Parentino, Presbytero Ipolito Canonico Parentino, dominis Antonio Piglo notario, Mauro quondam D. Henrici de Johanne Carello, magistro Zordano notario, Mengosio de Emona advocatoribus comunis, Pagano notario, et cancellario comunis Parentii, et aliis multis.

Ego *Marquardus* notarius publicus praedictis omnibus interfui, et de mandato et voluntate praedictorum D. Potestatis et judicum, rogatus etiam, praedictam sententiam, ut superius continetur, scripsi complevi et roboravi et meo signo solito communivi.

Auditum per me *Julium Brusamolinum* notarium Ravenae.

Marchese G. P. dei Polesini.

Questa voce *Mata* che incontrasi nella Carta presente, ed applicata anche ad altre località, con varianti nella maniera di scriverla, p. e. S. Pietro della Mata, della Matta e dell' Amata alla confluenza della Valderniga e della Val Dragogna nel Piranese, spiega veramente certa quantità di terreno rustico, e la si incontra anche in Carte di altre e remote regioni. La Carta presente spiega come *Mata* fosse corpo rustico che abbracciava bosco, pascolo, e terre da aratro. La descrizione data nel documento dà certezza che fosse una parte soltanto del distretto del *Castello di Cervera* assai più amplo, e che indubbiamente era giurisdizionale dei Vescovi di Parenzo, e di lor diretto dominio, ed era in quella parte del distretto di Cervara che guarda verso settentrione nella parte che è oggidì territorio comunale di Abrega, e questa *Mata* non era certamente misura piccola di terreno, ed è possibile riconoscerne con esattezza la quantità. È memorabile questa Carta perchè contiene tutta intera la eccezione data al libello, la quale mostra come il gius romano fosse interamente seguito, ed il Podestà nel pronunciare ascoltasse i suoi Giudici e le Consultazioni dei sapienti in jure.

E nei cento e qualche anni dacchè il gius romano colla emancipazione dei Comuni si era emancipato dal gius feudale, era questo sì dimenticato, come da altre carte è manifesto, che l' attacco dell' Attore che pur aveva ragione, era sì debole da vederlosi abbandonato, vedesi proclamato il canone che la terra presumevasi libera, contro il canone opposto che ogni terra doveva essere di un barone, ed il Podestà non esitava a pronunciare sulla proprietà anzi che sul possesso, e di aggiudicarla a titolo di proprio e libero.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

est verum: Si dicitis Domine Potestas quod molesto aliquos singulares homines, dico similiter quod non molesto, quia non facit injuriam qui utitur jure suo. Verum est quod habui quaestionem cum aliquibus coram vobis, petendo jura Ecclesiae et dedistis sententias, quales vos scitis. Ad hoc quod dicitis, quod misistis per notarium vestrum, quod quaestionem Doncii dimitterem in sapientibus, respondeo vobis quod non dixit hoc nuntius vester; sed quod dimitterem Feudum illud Doncio; et si de sapientibus dixisset mihi, libenter fecissem; quod quia, quando venistis ad Regimen istius civitatis, praesente alio Potestate, qui debebat recedere, et vobis praesentibus et multis de terra ista. Ego dixi, quod de quaestione Doncii, et de qualibet alia quaestione, quam habebam, vel habuimus cum aliquo cive Parentino, eram paratus dimittere in sapientibus; et si injustitia erat ex parte mea, volebem quiescere; et de hoc, factum fuit publicum instrumentum. De hoc quod dicitis, quod Sclusa portetur Parentium, respondeo vobis quod volo, quod portetur Parentium in manu Communis, nec alterius personae, quia collecta est in Ecclesia et habeo claves Ecclesiae, et sum in tenuta dictae Sclusae. Si quaestio est de Sclusa inter Doncium et Florimontem, cum hoc sit Feudum, et Ego principalis dominus Feudi, dico et protestor quod sum paratus audire quaestionem, secundum quod jus vult; quod quando quaestio est de Feudo inter vassalum et vassalum Dominus Feudi debet eam terminare; et si est inter vassalum et Dominum curia Vassalorum debet sententiare. Et hanc gratiam facio Florimonto et Doncio, si aliquis eorum vult movere quaestionem contra me, paratus sum dimittere in sapientibus: sed in hoc negotio Feudi nollo vos per judicem et dico vobis, quod de hoc negotio non intromittatis vos, quia bene paratus sum dimittere in sapientibus, et peto et rogo, quod super hoc non dimittatis, nec fieri faciatis mihi, et Ecclesiae meae hanc injuriam seu violentiam, quam accipi non potest, nisi frangatur Ecclesia. Et de his verbis rogo quemlibet notarium qui est hic, quod faciat inde publicum instrumentum, et videbo si quis franget Ecclesiam ad accipiendum aliquid, quod sit ibi intus. Et post ista verba surrexit et recessit Episcopus.

Ego *Beltramus* filius quondam Petri Papae Civitatis mediolani publicus imperiali auctoritate notarius praedictis omnibus interfui scripsi et publicavi meoque signo consueto signavi rogatus.

Auscultatum per me *Julium Brusamolinum* notarium Ravennae.

Marchese G. P. dei Polesini.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

dentibus et prohibentibus eisdem Gastaldione, et Rusticis dictae villae ex parte nostra et D. Comitis Goritiae, ne ipsam Ecclesiam frangeret vel aprireet. Idem Doncius coram omnibus dixit, quod praeceperatis Ecclesiam frangi et frumentum et ordeum Parentium asportari; quo audita Rustici innuerunt et dimiserunt: et idem Doncius cum suis complicibus ipsa Ecclesia fracta, frumentum et ordeum ad dictum Priorem, et conventum spectantia, et per nos repositum, asportavit, seu asportari fecit et in domo Communis Parentii reponi. Quapropter cum Ego coram vobis fuerim protestatus, quod dictum frumentum et ordeum habebam in Ecclesia repositum, et si Doncius vel alius civis vester habebat adversum me aliquam quaestionem, quod paratum eram quaestionem dimittere et terminari per aliquos sapientes, et quod volebam vos esse judicem super me quia dicebatis vos velle, quod dictum frumentum et ordeum deponeretur in manu Communis vel fratrum minorum, quousque cognosceretur cui deberet dari; et vos rogavi quod non permitteretis mihi, et Ecclesiae fieri violentiam, secundum quod in instrumento inde confecto plenius continetur. Peto Ego Parentinus Episcopus quatenus de damno, et injuria mihi, et Ecclesiae factis et illatis vindictam et satisfactionem faciatis debitam et satisfieri faciatis secundum quod postulat ordo juris; et dictum frumentum et ordeum in Ecclesia restitui supradicta. Et haec omnia do vobis in scriptis ut super his deliberare possitis, et ipse Potestas voluit recipere praedictam scripturam et Episcopus eam dimisit juxta dictum Jacobum Potestatem. Qui Potestas respondit quod nunquam praecepit praedicto Doncio quod frangeret Ecclesiam, sed bene ordinavit, quod ipse Doncius et Florimons concorditer et sine bello et pugna irent accipere dictum ordeum et frumentum et portarent Parentium, quousque cognosceret cui deberet dari; unde bonum est quod vos Episcope detis rationes vestras in sapientibus et ipsi dent suas; et habito consilio detur cui dari debet. Cui respondit Episcopus: Domine Potestas, ego sum spoliatus, faciatis primo restitui res ablatas, et postea cognoscatis cujus esse debeant, et protestor quod facta restitutione, superponam me ipsum dictis et sententiae Persone ecclesiasticae sapientis, vel sapientum, et volo vos habere judicem in factis meis. Tunc Potestas iratus dixit: Ego promitto vobis, quod quando ero extra Regimen hujus civitatis quidquid mali potero vobis facere, et tractare privatim et publice, faciam et tractabo; et rogo Deum et sanctos ejus quod permittant me tantum vivere, quod oculis meis videam completas Prophetias, quae dictae sunt de destructione Romanae Ecclesiae; et bene videtur tempus appropinquasse. Et publice cepit trumbare super scripta nostra et tunc surrexit et recessit: et Episcopus similiter.

Ego *Beltramus* filius quondam Petri Papae Cvitatis Mediolanis publicus i. a. Notarius praedictis omnibus interfui scripsi et publicavi meoque signo consueto signavi rogatus.

Auscultatum pro me *Julium Brusamolinum* Notarium Ravennae.

Marchese G. P. dei Polesini.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

Praeterea ipse Doncius, cum jamdudum in anno praeterito peteret a me quaedam, quod facere de jure non poterem, ipse iratus et malo modo et ordine, etiam injuriando et minando, dixit mihi coram multis testibus haec verba: Si ego diebus praeteritis cognovissem voluntatem vestram, sicut modo cognosco, ego cepissem vos in persona et portassem ad Patriarcham, et fecissem vos plantare capite deorsum in terram.

Praeterea praeter festum S. Michaelis nuper praeteritum, quidam homo veniens ad poenitentiam, dixit cuidam Sacerdoti in poenitentia, quod deberet mihi dicere, tacendo nomen suum, quod mors mea tractabatur per quosdam cives Parentinus; et quod de nocte aliqui intraverant in cameram meam per quandam finestram, quae est superius respiciens culmum Palatii, et quod bis intraverant temptando, qualiter possent me sine rumore occidere, vel capere in lecto; et dixit totam viam per quam ascendebant.

Et item cum essem Rubini de mense octobris proxime praeteriti alius venit ad me Episcopum et per omnia narravit, sicut ille narraverat sacerdoti, dicens, quod super hoc appellatus fuerat, et inductus, ut cum aliis, ad hoc ordinatis, hoc scelus et maleficium faceret ad petitionem dicti Doncii; et me movit, quod caverem. Et ego feceram investigari, et videre de fenestra illa, per quam intrare temptaverant, et bene inveni ostium fenestrae motum de loco suo; et feci firmari. Ideoque Ego Bonifacius, licet indignus Episcopus Parentinus, attendens, quod dissimulare hujusmodi malitiosos et violentos excessus, est dare malitiosis audaciam et licentiam delinquendi, et quod in talibus culpis, culpa est relaxare vindictam; et quia jam quatuor annis jura, et redditus meos tenuit violenter; et quod in praejuditium nostrum et Ecclesiae, quaestionem Feudi nostri posuit sub Potestate Parentii, nec requirere voluit vel me vel curiam vassalorum, nec subire juditium sapientium, sed omnia per violentiam capere: attendens et sententiam latam in curia vassalorum Rubini, de qua supra facta est mentio; et fractionem Ecclesiae ex qua carere debet omni Ecclesiae beneficio: attendens etiam, quod post fractionem Ecclesiae et meam spoliationem, obtuli me, secundum juris ordinem, subiturum judicium sapientium, quod probatur per publica instrumenta inde facta sedens per tribunali, praesente Curia vassalorum vocata Parentii in Episcopali Palatio, in his scriptis sententiando pronuncio et pronunciando sententio et condamno ipsum Doncium ad perdendum et non habendo aliquod feudum vel possessionem ab Episcopo, vel Ecclesiam Parentinam et ipsum sententiando pronuncio omni feudo et possessione, jure, beneficio quod, vel quas, et quae hactenus tenuit, vel habuit a me, vel a meis praedecessoribus Episcopis Parentinis, seu Ecclesia Parentina, vel ab aliis, per dictam Ecclesiam et ipsum sententio et pronuncio omnibus praedictis esse privatum.

Actum Parentii in Episcopali Palatio, praesentibus D. D. Longaro Archipresbytero, Ambrosio Archidiacono Parentino, Georgio Preposito Rubini, D. D. Gabriele Minio Potestate S. Laurentii, Othone de Sovignaco, Castema modo Capitaneo D. Comitis Goritiae in Pisino, magistro Cordano notario testibus, et aliis.

Ego *Branchaleon de Petrobello* imp. auct. not. his omnibus interfui, et de mandato supradicti D. Episcopi publicavi, scripsi et roboravi.

Auscultatum per me *Julium Brusamolinum* notarium Ravennae.

Marchese G. P. dei Polesini.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

etiam post de gratia expectatus diutius minime comparente eodemque Leupoldo ipsi accusante contumaciam, et contra eum petente tanquam contumacem procedi, ac ipsum in expensis legitimis condempnari. Nos mediante justitia ipsum pronunciavimus sententialiter contumacem. Nichilominus eidem peremptorie nostris litteris mandantes denuo ut certis die ac loco in nostra compareret presentia suam super hujusmodi purgaturus contumaciam et prefacto Leupoldo in premissis mediante justitia responsurus. Alioquin ipsi ex tunc ingressum Ecclesie interdiximus ipso facto. Cum igitur idem Episcopus seu procurator eius non curaverit similiter in ipsis terminis comparere, procurator dicti Leupoldi suam iterum contumaciam accusavit petens tanquam contra contumacem procedi contra eum. Nos quoq. iterum pronunciavimus contumacem, et sibi fore ingressus Ecclesie interdictus. Quare Fraternitati vestre per presentes mandamus quatenus in Ecclesiis vestris Cathedralibus vel in aliis in quibus expedire videritis diebus festivis et dominicis in missarum solempniis denuncietis publice per vos, vel alios ipsum Episcopum contumacem et ab ingressu Ecclesie sic suspensum.

Recepta vero copia presentium eas reddatis latori earum ut ipsas valeat aliis postea presentare.

Dat. Utini tertio intrante Januario.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

manutenere debeant dictum Dominum Episcopum bona fide in manutenendis villis et juribus suis. Et e contra dictus Dominus Episcopus eis similiter facere teneatur. Completis autem dictis decem annis Commune et homines de Tergesto dictum Castrum dare, et restituere teneantur libere et absque ullo praetio, vel satisfactione custodiae fatuminum, vel aliarum aliquarum expensarum factarum Domino Episcopo memorato, promittens dictus Dominus Episcopus per se et suos successores, et dictus Sindicus et Procurator, sindacario et procuratorio nomine supradicto, stipulatione solemni interveniente ad invicem supradicta omnia et singula rata et firma habere et tenere, attendere et observare, et non contravenire vel facere per se, nec per aliquam personam interpositam aliquibus ratione, exceptione, vel modo, ingenio, sive causa sub poena tercentarum Marcharum denariorum novorum, Aquileg. vel Tergestinae monetae, quae toties peti possit et exigi cum effectu, quoties committetur in eam cum refectione damnorum, interesse, ac expensarum exinde competitorum, ac dictus Sindicus et Procurator in animas praedictorum Consulum Consilii et Communis, ac suam, tactis Evangeliis Sacrosanctis praedicta omnia et singula rata, et firma habere et tenere stipulatione solemni ad invicem. Obligantes ad haec dictus Dominus Episcopus bona Episcopatus sui, ac Dominus Sindicus et Procurator, sindacario et procuratorio nomine supradicto, ad invicem bona omnia dicti Communis poenaque solutione damnorum et expensarum refectione, praesens Instrumentum nihilominus in sua permaneat firmitate. Supradictis interfuerunt Domini Henricus Decanus, Jacubus Archidiaconus, Odorlicus Scolasticus, Almericus Sacrista, Gregorius, Carottus, Andreas, Thomas, Pertoldus, Florauantius, Marsilius, et Bernardus Canonici Ecclesiae memoratae, suumque adhibentes assensum. Ad majorem autem praedictorum omnium firmitatem, Dominus Episcopus memoratus, ac dicti Domini Decanus et Capitulum, Consules et Consilium et Commune Tergesti fecerunt praesens Instrumentum eorum singulorum sigillorum pendentium appensione muniri.

Ego *Henricus* Imperiali auctoritate Notarius his interfui et rogatus scripsi.

Questo Castello di Montecavo, spianato dai triestini condotti dal Vescovo Pietro Bonomo sui veneziani nel 1511, era per così dire il capo della Contea di Trieste, nel quale i Vescovi facevano stazione, e tenevano anche Corte di pari; era presso all' attuale Finfenberg, del Marchese Montucioli. Le lamentazioni di Vescovo Brisa, sulle guerre e devastazioni di quella regione, sono veritiere. Nel 1291 i veneti l'avevano consegnato ai triestini perchè lo dassero al Vescovo; nel 1287 era caduto in mano dei patriarchini sopra i veneti, e lo stesso anno ricadde loro; nel 1282 era in mano dei triestini che lo diedero al Vescovo Ulvino, a patto che lo consegnasse al Capitolo; nel 1268 i giustinopolitani l'avevano preso e diroccato, i patriarchini lo riedificano, e lo consegnano ai triestini a patto lo restituissero al Patriarca che verrà eletto.

Queste dazioni in custodia erano modo frequente di appropriarsi beni dei Vescovi; i triestini non lo restituirono più, però da Carta del 1308 dovrebbe inferirsi che tale non fosse in origine la loro volontà. I Vescovi davano al Comune la custodia del Castello per dieci anni, coi redditi di giudicatura civile inerenti alla Castellania; però le penalità per delitti che portano multe erano del Vescovo, e durarono lungamente, ciò che dava bel reddito, pochissimi delitti venendo puniti altrimenti che con multe.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Alteram vero medietatem a festo Sancti Georgii proxime venturi ad unum annum immediate sequentem in dictum terminum dicto Domino Episcopo, vel cui commiserit sub poena tertii plus in denariis, ut sors pro quolibet denario pro rata.

Ita etiam quod si idem Dominus Episcopus aliqua jura habet contra Commune et homines Tergesti in Civitate et districtu Tergestino, quae jura Commune et homines de Tergesto non vident nec credunt, nec recordantur; idem Dominus Episcopus quiescet, et tacebit de ipsis petendis, vel requirendis in vita sua.

Salva sibi semper muta, moneta, decimis, feudis et jure feudorum.

Et si aliquae speciales personae eidem Domino Episcopo detinerent vel occuparent possessiones, vineas, campos, prata, vel alia bona mobilia vel immobilia; idem Dominus Episcopus possit eas et ea petere et requirere coram Dominio Tergestino, confitens et assereus Dominus Episcopus memoratus, quod de jam dictis juribus superius nominatis nullam donationem vel alienationem, seu concessionem fecit alicui personae, aliquo ingenio, sive causa vel animo.

Quod si contrarium appareret, teneatur dictus Dominus Episcopus ad poenam infrascriptam et nihilominus suprascripta et infrascripta firma permaneant.

Revocavit insuper Dominus Episcopus memoratus omnes processus, quos fecit contra Capitulum, et Clerum, et Commune ac homines Tergestinae Civitatis et Dioecesis, et omnes et singulos eorum, cassans et irritans instrumenta, scripturas, et omnia jura quae apparerent exinde, promittens dictus Dominus Episcopus de consensu et voluntate Dominorum Henrici Decani, et Capituli Ecclesiae memoratae dicto Sindico et Procuratori, sindacario et procuratorio nomine supradicti, stipulanti et recipienti dictam locationem, concessionem, et consensum, et praedicta omnia et singula dictis Communi et hominibus de Tergesto rata et firma habere et tenere, attendere et observare, defendere et manutenere, et non contravenire vel facere, seu movere per se vel per aliquam aliam personam interpositam aliquibus nomine, exceptione, vel modo, ingenio, sive causa, sub poena tercentarum Marcharum denariorum novorum, Aquilejensis vel Tergestinae monetae, quod toties peti possit et exigi cum effectu, quoties contrafactum fuerit, poena quoque soluta vel non, suprascripta et infrascripta nihilominus in sua permaneant firmitate.

Juraverunt insuper dictus Dominus Episcopus, in suam animam sibi praepositis, ac Dominus Sindicus et Procurator in animas praedictorum Consulum Consilii et Communis, ac suam, tactis Evangeliis Sacrosanctis praedicta omnia et singula rata et firma habere et tenere, et non contravenire occasione aliqua vel exceptione.

Obligans dictus Dominus Episcopus jam dicto Sindico et Procuratori stipulanti et recipienti sindacario et procuratorio nomine supradicto, omnia bona et jura sua et Episcopatus sui, quae si contrafaceret, ipsi Commune et homines sua propria auctoritate intromittere, tenere, ac possidere valeant absque licentia, judicio, vel requisitione alicujus Dominii, seu Judicis Ecclesiastici, vel Saecularis, omnisque alterius personae contradictione remota, usque ad integram solutionem et satisfactionem omnium praedictorum, quae bona et jura dictus Dominus Episcopus praecario jure, se ipsorum nomine, possidere confessus est, si contra praedicta vel aliquod praedictorum faceret, vel veniret.

Renuntians dictus Dominus Episcopus exceptioni indebiti, sine causa vel ex injusta causa in factum actioni omnique juri et legum decretalium, seu decretorum auxilio, constitutionibus, consuetudinibus, litteris in Romana vel qualibet alia Curia impetratis vel impetrandis, vel cujuslibet alterius.

Ego *Henricus* Imperiali auctoritate Notarius his interfui et rogatus scripsi.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

et procuratorio nomine supradicto, medietatem solvere promisit usque ad festum Sancti Martini proxime venturi, Alteram vero medietatem a festo Sancti Georgii proxime venturi ad unum annum immediate sequentem in denariis tantum dicto Domino Episcopo, vel cui commiserit sub pena tertii plus in denariis ut sors pro quolibet termino pro rata.

Ita etiam quod si idem Dominus Episcopus aliqua alia jura haberet contra Commune et homines Tergestinos in Civitate et districtu Tergesti, quae jura Commune et homines de Tergesto non vident nec credunt, nec recordantur; idem Dominus Episcopus quiescet, et tacebit de ipsis petendis, vel requirendis in vita sua.

Salva sibi semper muta, moneta, decimis, feudis et jure feudorum.

Et si aliquae speciales personae eidem Domino Episcopo detinerent vel occuparent possessiones, vineas, campos, prata, vel alia bona mobilia vel immobilia; idem Dominus Episcopus possit eos et ea petere et requirere coram Dominio Tergestino, confitens et asserens Dominus Episcopus memoratus, quod de jam dictis juribus superius nominatis nullam donationem vel alienationem, seu concessionem fecit alicui personae, aliquo ingenio, sive causa vel modo.

Quod si contrarium appareret, teneatur dictus Dominus Episcopus ad poenam infrascriptam et nihilominus suprascripta et infrascripta firma permaneant.

Revocavit insuper Dominus Episcopus memoratus omnes processus, quos fecit contra Capitulum, et Clerum, et Commune ac homines Tergestinae Civitatis et Dioecesis, et omnes et singulos eorum, cassans et irritans instrumenta, scripturas, et omnia jura quae apparerent exinde, promittens dictus Dominus Episcopus de consensu et voluntate Dominorum Henrici Decani, et Capituli Ecclesiae memoratae dicto Sindico et Procuratori, sindacario et procuratorio nomine supradicto, stipulanti et recipienti dictam locationem, concessionem, et consensum, et praedicta omnia et singula dictis Communi et hominibus de Tergesto rata et firma habere et tenere, attendere et observare, defendere et manutenere, et non contravenire, vel facere, seu movere per se nec per aliquam aliam personam interpositam aliquibus nomine, exceptione, vel modo, ingenio, sive causa, sub poena tercentarum Marcharum denariorum novorum, Aquilejensis vel Tergestinae monetae, quod toties peti possit et exigi cum effectu, quoties contrafactum fuerit, poena quoque soluta vel non, suprascripta et infrascripta nihilominus in sua permaneant firmitate.

Juraverunt insuper dictus Dominus Episcopus, in suam animam sibi praepositis, ac Dominus Sindicus et Procurator in animas praedictorum Consulum Consilii et Communis, ac suam, tactis Evangeliis Sacrosanctis praedicta omnia et singula rata et firma habere et tenere, et non contravenire occasione aliqua vel exceptione.

Obligans dictus Dominus Episcopus jam dicto Sindico et Procuratori stipulanti et recipienti sindacario et procuratorio nomine supradicto, omnia bona et jura sua et Episcopatus sui, quae si contrafaceret, ipsi Commune et homines sua propria auctoritate intromittere, tenere, ac possidere valeant absque licentia, judicio, vel requisitione alicujus Dominii, seu Judicis Ecclesiastici, vel Saecularis, omnisque alterius personae contradictione remota, usque ad integram solutionem et satisfactionem omnium praedictorum, quae bona et jura dictus Dominus Episcopus praecario jure, se ipsorum nomine, possidere confessus est, si contra praedicta vel aliquod praedictorum faceret, vel veniret.

Renuntians dictus Dominus Episcopus exceptioni indebiti, sine causa vel ex injusta causa in factum actioni omnique juri et legum decretalium, seu decretorum auxilio, constitutionibus, consuetudinibus, litteris a Romana vel qualibet alia Curia impetratis vel impetrandis, et cujuslibet alterius juris et usus suffragio.

Supradictis interfuerunt Domini Henricus Decanus, Jacobus Archidiaconus, Odorlicus Scolasticus, Almericus Sacrista, Gregorius Karottus, Andreas, Tomas, Bertoldus, Floravancius, Marsilius et Bernardus Canonici Ecclesie memorate suum adhibentes assensum. Ad majorem autem

10000100

10000100

10000100

10000100

Quae siquidem temporalia dictae Ecclesiae Sancti Canciani, et dictas Mille ducentas libras venetorum parvorum idem Dominus Patriarcha de voluntate et consensu Dominorum Pagani della Turre Decani, et Capituli S. Dominorum Gilloni Archidiaconi Magistri Albutii Cantoris et Magistrorum Leonardi de Favignano, et Alberti de Gordon, Philipponi Castoni et Napi de la Turre Canonicorum ejusdem Ecclesiae propter hoc ibidem specialiter congregatorum per se suosque successores, suo ac Aquileg. Ecclesiae nomine, praefato Domino Episcopo, pro se ac suis successoribus et Ecclesia Tergestina stipulanti, et recipienti pro dicto usufructu et temporali jure decimae memoratae permutavit et in cambium dedit et tradidit, ad habendum, tenendum, et possidendum dicta temporalia praefatae Ecclesiae sancti Canciani, et quidquid dicto Domino Episcopo, et suis successoribus placuerit de ipsis perpetuo faciendum. Item etiam quod ipse Dominus Episcopus cum praedicta summa pecuniae possessiones pro Episcopatu Tergestino in proximos XII annos, quolibet scilicet anno, pro C libris venet. parv. emere teneatur. Promiserunt insuper dicti contrahentes sibi invicem alter per se suosque successores, alter pro se, suisque successoribus stipulanti cum obligatione omnium suorum bonorum et Ecclesiarum suarum, et omnium damnorum et expensarum litis, et extra, et interesse refectione nunquam per se vel alterum sibi de praedictis rebus taliter permutatis, vel aliquo jure ipsarum litem, quaestionem vel contraversiam ullam movere, sed ipsas ab omni homine universitate ecclesia et persona legiptime defendere, manutenere, auctorizare, et in solidum disbrigare, numquam per se vel interpositam personam contra praedicta, vel eorum aliquod dicere, facere, vel venire ratione aliqua, dolo, ingenio, sive causa sub poena dupli dictarum rerum permutatarum minus quinque solidis Veron. parvorum, ut pro tempore plus valuerint vel melioratae fuerint in singulis Capitulis stipulata et promissa, quae toties peti et exigi possit, quoties committetur in eam, et ipsa soluta vel non praesens tamen Contractus, et omnia in eo contenta obtineant plenum robur. Cujus usufructus et juris temporalis decimae supradictae possessionem auctoritate propria intrandi, apprehendendi, et retinendi dictus Dominus Episcopus eidem Domino Patriarchae licentiam dedit et plenariam potestatem.

Ego *Valerius* Civitatensis, Apostolica et Imperiali auctoritate, Notarius, praedictis interfui, et rogatus scripsi.

Il castello di Muggia (la vecchia) era stato dato dai Re Ugo e Lottario al Patriarca Orso di Aquileja nel 931. Muggia sembra venuta nei Vescovi di Trieste nel 1072 in forza di permuta col territorio prossimo a Monfalcone. I Vescovi conferirono ad altri in subfeudo le decime di Muggia; nel 1274 era infeudato Volrico de Reifenberg che in parte le diede a Volrico e Conone del fu Biaquino de Momiano, in parte erano dei Morosini di Venezia. Nel 1293 erano insorte novità, Pietro ed Astolfo dei Sacomari, Pasquale Vitali, Artuico d'Elia, eransi arrogati i sommi poteri. A tali cose, s'aggiungano le guerre coi veneziani che presero e ripresero Muggia. Gravissime erano le inimicizie fra Muggia e Trieste che accusavano i muggisani di ribellione.

Dall' Atto presente è manifesta l'insufficienza del Vescovo di resistere alle prepotenze dei vassalli vescovili e dei muggisani medesimi, estenuata come era la potenza loro in Trieste medesima. Col Patriarca era altra cosa, era Marchese d'Istria e coi poteri marchesali poteva far valere le ragioni di baronia minore. Il Vescovo teneva palazzo in Muggia, come poi lo tennero i Patriarchi; il redito da Muggia non era da poco, se il Patriarca dava 150 marche, ed i redditi temporali della non ristretta parocchia di S. Canciano all'Isonzo.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

10000100

10000100

unum Castratum unius anni; Et qui viginti habet Pecora, solvat medium Castratum. Verum, quia non tempore persolverunt aliqui duos modios pro pari Bovum; nihil de Vineis persolventes; et aliqui nihil de Frumento, vel de Vino, nec de Lacte, nec de Castratis solventibus, licet Instrumentis publicis suprascriptis eos debere praedicta solvere, ut Clarius, etiam plenius demonstratur.

Verum quia, secundum David Prophetam, vos Parentini iniquitates, quas habetis corde, operamini in Terra Ecclesiae S. Mauri, ipsam indebite occupando; injustitiae manus vestrae continuant, censum debitum retinendo; alienati estis a vulva Matris Ecclesia, quae peperit vos in fide; erravistis ab utero Jesu Christi, qui vos nutrivit; locuti estis falsa, dicendo, quod a tempore, cujus non est memoria censum quem requirimus pro Herbatiis, pro Nemoribus, pro Vineis, pro Terra quam seminastis, hactenus non solvistis; licet Predecessor noster quondam Otto Parentinus Episcopus in monitionibus, quas fecit millesimo ducentesimo septuagesimo quarto, dicit, quod solumodo a tribus annis retroactis ipsum praedictis censuribus spoliastis, sicut et nos vere dicere possumus, quod usque ad annum currentem MCCLXXXXVI Nobis pro Pascuis ad Festum S. Viti totum Lacticinium seu Caseum vestrorum pecorum persolvistis, et ab eodem anno citra solvere denegastis. Considerantes igitur omnia suprascripta, et diligentius attendentes, quod saepe in Praedicationibus Nostris, praesentibus illis, qui pro tempore se pro Potestate gerebant, praesentibus Consiliariis, et Rectoribus Civitatis Parentinae; praesentibus quoque Clero et Populo; nec non et familiaribus et privatis Locutionibus vos pro animarum vestrarum salute monuimus, quod deberetis supra praedictis concordare nobiscum; vel si creditis fovere Justitiam, quod in aliquibus Sapientibus compromitteretis nobiscum, qui discordias omnes secundum juris ordinem terminarent. Addidimus etiam, et vobis obtulimus, ut animas vestras possemus ad bonum allicere ac salvare, unde volebamus vos nec in Nunciis vestris, vel Advocatis, nec in dictis Sapientibus aliquid expendere, sed tota causa, usque in finem, expensis nostris, et Ecclesiae tentaretur; et ut nullam infirmitati vestrae et animarum periculis obmitteremus de contingentibus medicinam, vobis securitatem facere voluimus, et obtulimus nos facturos absolutionem et remissionem de omnibus retentis hactenus a vobis, vel a vestris antecessoribus, nobis et nostris Praedecessoribus Episcopis Parentinis, et abundantiori caritatis compassione vestrae miseriae miserando voluimus et vobis obtulimus, quod nolebamus vos aliquid persolvere tempore vitae nostrae; nisi sicut hactenus nobis voluntarie persolvistis, dum modo feceritis securitatem persolvendi Successoribus Nostris, secundum quod dictaret sententia Sapientum, in quibus fieret compromissum.

Et nos dum expectaremus, quod haec Nostra vinea, fossa Ligone comminationis aeternae, potata spirituali gladio verbi Dei, faceret Uvas, nec etiam Labruscas producere voluit; sed nos e contrario quartodecimo die septembris in Festo S. Crucis, ut Cruci affigeremur, ad praeceptum Johannis Sorancii Civis Veneti, qui se gerit per Potestatem Parentii, cum nullam habeat de jure Jurisdictionem, concurrente cum Armis Populo, ut nos interficerent, ad Domum Fratrum Minorum confugimus, ut de Civitate Parentina, nullo dato spatio Nostra Negotia ordinandi, nec etiam comedendi, turpiter ejecistis; Et tota illa die navigantes, quasi usque ad noctem, mortis timore perterriti fugientes, Piranum pervenimus.

Et quia Monitiones Nostri Praedecessoris, et Nostras, et Domini Papae Constitutiones Parentini contumacitor contempserunt: attendentes quod vulnus suum, et plaga tumens circumligata verbis praedicationis, et promissionum Nostrarum, fota oleo prolixae compassionis, lenioris medicinae appositione, non receperit sanitatem; ferro abscissionis, et igne, secundum modum Medicinae Cirurgicae, Nos in Potestatem, et Officiales, et Consiliarios Communis Civitatis Parentinae, et Margaritum, qui per Monitionem Nostram noluit et contempsit claves Sacristiae dare, et reddere Archidiacono Parentino, his Scriptis Excommunicationis Sententiam promulgamus, et Civitatem ipsam, et Cives omnes Ecclesiastico supponimus Interdicto auctoritate ordinaria. Denunciamus nihilominus praedictos Potestatem, Officiales, et Consiliarios Sententia, in dicta Constitu-

10000100

S. Domenica, Visignano, Mondellebotte, Sbaudati, Villanova, Dracevaz, Foscolino, Fontane, Monghebbo, Monsalice, Varvari, Parenzo; territorio che senz'altro è l'agro proprio dell'antico Municipio di Parenzo, smembrato poi dai Vescovi medesimi che ne staccarono alcune parti, incorporate poi per gius di proprietà con altro Comune; agro che mai più ritornò a formare un corpo solo suburbano di Parenzo.

Questo agro che può dirsi per le antiche origini *agro municipale dei Parentini*, era uno dei molti corpi che formavano il distretto giurisdizionale dei Parentini antichi, tuttor nel secolo VI, ancorchè gli altri corpi territoriali non fossero in eguale rango e potere fra loro; imperciocchè appartenevano al distretto giurisdizionale Parentino le nobili Castella di Montona, di Pisino, di S. Lorenzo.

I Vescovi di Parenzo pretendevano ed avevano in possesso il *dominio* dell'agro municipale; il che intendevano, prescindendo affatto dai diritti di pubblico governo che andavano congiunti al dominio, cioè alle basse giurisdizioni, ma per riguardo alla proprietà fondiaria di tutto intero l'agro, così del coltivato come dell'incolto, così dei boschi come dei pascoli, così degli improduttivi affatto, come dei pubblici luoghi, talmente che poteva proclamarsi il canone: chiunque ha terra nell'agro Parentino, la ha dalla Camera Episcopale. E quello che avevano, lo avevano jure possessorio, con tutti i gius di fruire, di dividere, di alienare, di donare, di disporre per cause pie *(pro anima judicandi)* con gius di proprietà e di ogni azione proprietaria contro terze persone, però senza usucapione contra il *domino*; e col canone terrenario perpetuo, anche di confronto a Chiese che per avventura venissero al possesso. Questa specie di proprietà era la *possessio romana*, ma può dubitarsi che avesse origine romana, ancorchè li *honorati possessores* istriani devono essere stati numerosi di confronto ai proprietarî, locchè anzi porta a credere che i colonisti venissero equiparati ai possessori.

I Vescovi poggiavano quel loro dominio alla Bolla Vescovile di Vescovo Eufrasio che abbiamo recato (anno 543); a donazione di Madonna Azzica che fu figlia del Conte d'Istria Eccelone, Carta che non peranco si vidde; ed a Giudicato solenne di Marchese Bertoldo d'Istria della Casa di Merano dell'anno 1194. Maravigliamo come non si citasse piuttosto la Costituzione di Stato, secondo la quale il dominio di ogni territorio apparteneva al Principe, che poi il conferiva o per officio o per beneficio ad altri. La Bolla di Eufrasio che ad onta di sospetti, non sappiamo ricusare, pare a noi che imponga la decima ecclesiastica a tutti gli abitanti della città di Parenzo, cioè dell'agro municipale, il che sarebbe indicazione che a' tempi romani fosse immune da imposizione prediale; e che oltre la decima pagassero il quartese quelli che avevano terre di proprietà civile privata della Chiesa venute da pie liberalità di fedeli, fra quali figura lo stesso Vescovo Eufrasio che aveva Saliere sull'Isola dei Brioni dinnanzi a Pola.

Comunque sia, le dazioni terrenarie sembrano esorbitanti per un agro municipale, ma non nuove nell'Istria. Avrebbero i possessori dovuto pagare: la decima dei prodotti, il quartese oltre la decima il che sarebbe il 14 per cento, poi una imposta su ogni pajo di bovi da aratro, poi la *scriptura* pei pascoli sotto nome di latte di pecore. Però nessun percento per transizione di proprietà da vivo a vivo o da morto a vivo. E questo può dirsi veramente: Costituzione agraria istriana, or sparita onninamente.

La così detta Pace di Costanza che diede occasione anzi che diritto, a rovesciare il gius pubblico baronale, portò desiderata credenza che il dominio territoriale degli agri municipali non dovesse essere di altri che del Corpo Municipale, che allor si pose a pari coi Baroni, e poco stante li soverchiò. Il Podestà, il Consiglio, il popolo ed il Comune ricusarono le dazioni terrenarie, come avevano ricusato le giurisdizioni altrui; il Principe veneto stava pel Municipalismo, il quale poi diede a lui Principato più fermo e solido, che non avessero il Re, il Marchese, i Conti ed i Baroni; i Comuni accettarono a proprie spese dalle mani del Principe veneto quei Podestà inflessibili e potenti, che ricusavano ricevere dalle mani dei Marchesi con poteri deboli ed incerti.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

constitutionis praedictae et universitatem suppositam Ecclesiastico interdicto. Et quia Parentini dicebant se non tangi constitutione praedicta, auctoritate ordinaria excommunicavit Potestatem et consilium et ceteros supposuit Ecclesiastico interdicto; et nihilominus mandavit fratribus minoribus et Parentinis canonicis, quod dictas sententias D. Papae, ac suas integraliter observarent, secundum quod in litteris praedicti Episcopi, ejus sigillo pendenti munitis, plenius continetur. Et cum dictae civitatis tunc Rector praeceperat, quod quicumque litteras praesentaret, deberet pedis vel manus abscissione puniri. Ideo nos Praepositus Ecclesiae de Pisino per dioecesim a festo Beati Martini citra suprascripta omnia publicari et denuntiari fecimus per Dioecesim Parentinam, ut tam Clerici, quam Laici non possent se sub nube ignorantiae excusare. Et quia clerici et canonici Parentini propter praedicta celebrare coram Populo divina offitia non dimittunt; nos auctoritate ab Episcopo Parentino commissa, dictos Potestatem et consilium excommunicatos auctoritate D. Papae et terram suppositam Ecclesiastico interdicto, iterum denuntiamus vobis et easdem sententias interdicti, et excommunicationis in Parentinos et potestatem per Episcopum latas, nos, auctoritate nobis commissa ab ipso, tam in canonicos, quam in alios Parentinos et praecepta D. Episcopi facta, in his scriptis iterum promulgamus et facimus de mandato dicti Episcopi Parentini, cum ipsi canonici eo ipso, quod scient, excommunicatis et interdictis, Divina offitia celebrent manifeste convincantur contra constitutionem D. Papae Parentinis dare favorem, cum sine aliqua tergiversatione cognoscant Parentinos Datium et collectas extorsisse ab aliquis eorum, et Res sacristiae hactenus acceptas per violentiam detinere et statuta fecisse contra Ecclesiam et dictam constitutionem, ecclesiasticam libertatem; et sacristam Laicum per violentiam instituisse super bonis sacratis, sacristiae rebus qui salarium suum pro dicto offitio accipit de altaris oblationibus et peccatis mortuorum pro suae libito voluntatis.

Praedicto die et loco coram praedicto Praeposito et populo et me notario infrascripto, D. Radovano Plebanus et D. Mathaeus Praesbyter de Gimino corporaliter praestito juramento ad Sancta Dei Evangelia, dixerunt, quod die dominico, quod festum Beati Martini nunc praeteritum proximo praecedebat, et ab eodem citra omnibus diebus Dominicis et festivis inter missarum solemnia coram populo denuntiaverunt dictum Potestatem et populum Parentinum dictae constitutionis sententiis subiacere.

Ego *Bertoldus* de Sancto Vito Imperiali auctoritate notarius praedictis omnibus interfui, et de mandato dicti Praepositi scripta sua verba in formam publicam reduxi et meo consueto signo roboravi.

Auscultatum per me *Julium Brusamolinum* notarium Ravennae.

Marchese G. P. dei Polesini.

La Villa di Pisino colla Chiesa di S. Michele crediamo non essere altra che il Monte Cavalieri che sovrastà a Pisino. Questa Chiesa che già era di Monaci Benedettini, col Monte, venne nel 1261 data da Vescovo Ottone di Parenzo ad Enrico da Pisino, non già dei Conti d' Istria, ma di famiglia di vassalli che erano signori di Pisino. Questo Enrico si obbligava di dare in ricognizione ogni anno alla Chiesa di Parenzo nel dì di S. Mauro, una libbra di incenso; la Chiesa e le terre furono date ad Enrico ed ai suoi discendenti maschi e femine per le benemerenze sue verso la Chiesa parentina, con diritto di nominare il sacerdote di quella Chiesa. Nella Carta presente figura già il Preposito di Pisino mentre in Carta del 1261 figura il Plebano. Nel 1266 veniva costrutta la Chiesa Prepositurale di S. Nicolò; cosicchè la instituzione della Prepositura può collocarsi intorno il 1265.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

Item sententiavit, mandavit, et dixit quod dictus Dominus Episcopus per se vel per alios non possit aliquid petere vel peti facere ab aliquo, vel aliquibus de Umago, nisi cum privilegio vel ydoneo Istrumento.

Item pronunciavit, sententiavit et dixit, quod dictus Dominus Episcopus per se vel per alios non debeat molestare seu inquietare Clericos seu Praesbiteros de Umago qui tempore discordiae inter ipsas partes habitae contra inhibitionem dicti Domini Episcopi divina offitia celebrassent.

Item pronunciavit, praecepit, et dixit, quod praedictum Commune de Umago tempore Generalis guerrae non teneatur aliquid dare vel solvere de praedicto frumento sibi superius judicato, salvis semper feudis et decimis ipsius Domini Episcopi contra speciales personas, et salvis duabus suis possessionibus.

Quam quidem sententiam, laudum, et arbitrium, omnia et singula suprascripta nominatus Judex, habens Compromissum praedictum in manibus, et virtute ipsius Compromissi praecepit a partibus inviolabiliter observari sub poena in Compromisso apposita, et poena soluta vel non, nihilominus praesens sententia, laudum, et arbitrium in singulis suis capitulis robur perpetuum obtineat firmitatis.

Actum in Palatio Communis Justinopolitani, praesente Nobile viro Domino Andrea honorando Potestate Justinopolis et Ystriae Capitaneo Generali, Domino Marino de Lavvazola ejus socio, Domino Johanne Belegno, Domino Sardio de Argento, Vidoto Belli, Guillelmo de Verona, Albertino Senescalco ipsius Domini Potestatis, et aliis testibus rogatis.

Ego Segafenus de Castellarano Notarius Sacri Palatii nuncque Scriba et Cancellarius ipsius Domini Potestatis et Communis Justinopolis, praedictis omnibus interfui et rogatus scripsi.

Et est judicatum quod dictum frumentum debet solvi et dari dicto Domino Episcopo vel suo nuntio specialiter in Umago.

Item hoc addito expresse inter dictum Dominum Rodulphum ex una parte, et praedictos Valexium et Peregrinum Sindicos nomine Sindicario supradicto, quod dictus Dominus Episcopus vel ejus certus nuntius annuatim in festo Sancti Michaelis, si venerit Umagum, vel per quindecim dies ante, vel per quindecim dies post, dictum Commune teneatur sibi dare duos solidos grossorum pro uno pasto pro honorantia. Ita tamen quod si nuntius praedicti Domini Episcopi vellet potius duodecim grossos, quam recipere pastum praedictum, teneatur dictum Commune dare sibi dictos duodecim grossos.

Quae omnia superius et inferius scripta, praedictus Dominus Rodulphus Episcopus Tergestinus pro se, Ecclesia, Episcopatu suo, et praedictus Valexius et Peregrinus Sindici dictorum Domini Potestatis, Judicum, Consilii et Communis Umagi, Sindicario nomine supradicto, rata et firma habere perpetualiter promiserunt, nec contrafacere per se vel per alios, modo aliquo, ratione, jure vel causa, sub poena Mille librarum denariorum Venetorum parvorum cum obligatione omnium bonorum dicti Episcopatus, et Communis praedicti. Renuncians dictus Dominus Episcopus ..... omni Clericali privilegio decretorum vel decretalium, factorum et faciendorum, et omni alio suo juri cum quo posset aut vellet se a praedictis defendere vel tueri. Et etiam supradicti Sindici, renunciantes omni juris et legum auxilio statutorum et reformationibus consiliorum consuetudinibus factis vel faciendis, omni alioque suo juri quo uti vellent vel possent contra praedicta vel aliquod praedictorum.

Ego *Johannes* filius quondam Miglorancae, auctoritate Imperiali Notarius, et Cancellarius Communis Umagi, his omnibus interfui, et rogatus scripsi et roboravi.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

FEBRUARIUS

habet dies XXVIII. Nox habet horas XIIII dies X.

1. S. Severi Ep. et Conf. Brigidae V.
Ignatii PP. e M.
2. **Purificacio S. Marie**
3. S. Blasii Ep. et M. Triphonii M.
4. S. Giliberti Conf.

Nonas 5. **S. Agathae V. et M.**

6. S. Madi Episcopi Conf. Dorothee V. M.
7. .....
8. .....
9. S. Apoloniae V. et M.
10. S. Scolastice V.
11. S. Saturnini M.
12. SS. Modesti et Amorii M.

Ydus 13. S. Fuscae V. M.

14. S. Valentini presb. et M.
15. .....
16. S. Juliane V. et M.
17. SS. Crisantiani et S. MM.
18. S. Symonis Presb. et M.
19. S. Sabini Presb. et M.
20. S. Victoris M.
21. .....
22. **Chatedra S. Petri Apli.**
23. Vig.
24. **Sci. Matthye Ap.**
25. S. Valpurge V.
26. S. Nastoris Ep. et M.
27. S. Gerardi Epi. et M.
28. S. Romani Abb.

MARTIUS

habet dies XXXI. Nox habet horas XII dies XII.

1. S. Albini Ep. Conf.
2. S. Arculani Ep. M.
3. S. Cunegundis V.
4. S. Lucii PP. M.
5. S. Eusebii M.
6. S. Juliani E. Conf.

Nonas 7. S. Thomae de Aquino. Perpet et Felicit. V. M.

8. S. Cipriani E. M.
9. S. XL M. (de Sebasti)
10. S. Alexandri M.
11. S. Agapp. V.
12. **S. Gregorii PP. e Conf.**
13. S. Eufrasie V.
14. S. Petri M.

Ydus 15. S. Longini M.

16. **SS. MM. Helari et Tatiani**
17. Sce. ..... Patricii Ep. M.
18. S. Anselmi Ep.
19. S. Josephi Sp. V. M.
20. S. Wolfranii E. C.
21. S. Benedicti Abb.
22. S. Pauli E. Conf.
23. S. Victoriani et S. M.
24. S. Pigmeni Ep. Conf.
25. **Annunciacio S. M. V.**
26. S. Castulli
27. S. Norberti Ep. Conf.
28. S. Prisci et Malchi
29. S. Eustasii Abb.
30. S. Secun. M.
31. S. Balbinae V.

10000100

JUNIUS

habet dies XXX. Nox habet horas VII dies XVII.

	1. Nicomedis M.	16. .....
	2. SS. MM. Marcellini Petri Herasmi	17. .....
	3. Quirini Ep. M.	18. SS. MM. Marcii et Marcelliani
	4. Erasmi Ep. et Conf.	19. Gervasii et Protasii. S. Nazarii Ep. et Conf.
Nonas	5. SS. MM. Bonifacii et Socior.	
	6. Artemii M.	20. S. Silverii PP. et M.
	7. Pauli E. M.	21. SS. MM. Albani et Senesii
	8. Gildandi Ep. Conf.	22. Achacii et Sociorum. Juliani M.
	9. S. M. Primi et Feliciani	23. Vig.
	10.	24. **N. S. Johannis Bapt.**
	11. **S. Barnabae Apli.**	25. .....
	12. S. MM. Basilidi Cirini Naboris	26. **SS. MM. Johannis et Pauli**
Ydus	13. **S. Antonii Conf.**	27. .....
	14.	28. .....
	15. **S. MM. Viti et Modesti et Crescentine**	29. **SS. Apostolorum Petri et Pauli**
		30. **Commemoracio S. Pauli Apli.**

JULIUS

habet dies XXXI. Nox habet horas VIII dies XVI.

	1. **Oct. S. Johannis B.**	16. .....
	2. Processi et Mariniani M. Vis. S. M.V.	17. S. Alexi Conf. S. Marinae V.
	3.	18. S. Symphorosae cum filiis suis
	4. S. Udalrici Ep. et Conf.	19. .....
	5.	20. **S. Margarithae V. M.**
	6. **Octava Apost. Petri et Pauli**	21. S. V. ..... V. M.
Nonas	7.	22. **S. Mariae Magd.**
	8. Kiliani et Soc.	23. S. Apollinaris Ep. M.
	9.	24. S. Christinae V. M.
	10. SS. MM. VII Fratrum	25. **S. Jacobi Apli. et S. Christofori**
	11. S. PP. et M.	26. **S. Annae M.**
	12. **Sanct. MM. Hermacore et Fort.**	27. S. Symonis Conf.
	13. **S. M. Zenonis et Justinae de Tergesto**	28. ..... Pantaleonis Nazari et Celsi
		29. S. M. Felicis Simplicii ...lani et ...
	14.	30. S. M. Abdon et Sennen
Ydus	15. **Divisio Apostolorum** et SS. M.	31. S. Germani Ep. et Conf.

10000100

OCTOBRIS

habet dies XXXI. Nox habet horas XIIII dies X.

1. S. Remigii Ep. et Conf.
2. Leodegarii E. M.
3. .....
4. S. Francisci Conf.
5. .....
6. .....

Nonas 7. **Sergii et Bachi, Marcelli et Apulei**

8. Justine V. M.
9. Eleuterii Dionisii Rustici M.
10. S. MM. Ca.. et Soror. Corboni Ep.
11. .....
12. Maximiliani Conf.
13. .....
14. S. Kalixti PP. et M.

Ydus 15. .....

16. S. Galli Abbatis et Conf.
17. .....
18. **S. Lucae Evang.**
19. S. Januarii et Socior.
20. .....
21. **XI Millium Virg**. Yllarionis Abb.
22. S. Severi M.
23. S. Severini Ep. Conf.
24. .....
25. S. M. Chrisant et Darie
26. S. Evaristi PP. et M.
27. .....
28. **SS. Apostolor. Symeonis et Judae**
29. S. Narcisii Ep.
30. .....
31. S. Cirini M.

NOVEMBRIS

habet dies XXX. Nox habet horas XVI dies VIII.

1. **Festivitas Omnium Sanctorum**
2. **S. Justi M. de Tergesto**
3. Commemoratio Omn. Defunctorum.
4. S. M Vitale et Agricolae

Nonas 5. **Dedicatio Eccl. Sci. Justi de Terg.**

6. S. Leonardi Conf.
7. S. Prosdocimi Ep. Conf.
8. S. M. IIII Coronat.
9. S. Theodoli M. Dedicatio Salvatori
10. S. M. Trifonis Respici et Nuphe V.
11. **S. Martini Ep. et Conf.**
12. S. Marani PP. et M.

Ydus 13. S. Bricii Ep. et Conf.

14. .....
15. .....
16. S. Othmari Abb.
17. **Euphemie et Tecle V. M.**
18. Dedicacio Basilice Ap. Petri et Pauli
19. **S. Helisab. Reg.** et S. Ponciani E. et M.
20. .....
21. Sci. Mauri M. Parentinae Civitatis
22. **S. Cecilie V. M.**
23. **S. Clementis PP. M.** .....
24. S. Grisogoni
25. **S. Katherine V. M.**
26. S. Petri Alexandrini
27. S. Jacobi M.
28. .....
29. S. Saturnini M.
30. **S. Andreae Apostoli**

10000100

10000100

10000100

vel ingenio obligare. Item in dicto Capitulo in additione facta tempore domini Marci Mauroceno Canocola post continentiam quod Villani non possint vendere aliquod immobile, ibi subsequenter additum est, quod non possint donare, alienare, pignorare, nec modo aliquo obligare.

Cap. XXVII. *Quod nullus Rusticus Communis, vel divisim non possit respondere alicui habitanti extra villam de aliqua possessione sine notitia domini Potestatis, si est Communis, vel domini sui, si est divisim.*

Item statuimus, et ordinamus quod ad conservationem iurium communis, et divisim, nullus rusticus communis, vel divisim possit seu valeat respondere alicui habitanti extra villam in qua habitat de aliqua possessione, seu dependente ab eadem pertinente manso ipsius villae, sine notitia domini Potestatis, et Capitanei si fuerit communis, et si fuerit divisim illa villa, sine notitia domini ipsius villae, et cum auxilio Procuratorum Communis constitutorum ad defendendum ipsam litem sub pena dupli valoris dictae possessionis de qua respondetur.

Cap. XXVIII. *De Modo Villarum Communis Justinopolis.*

Iste modus est Villarum Communis Justinopolis inventus per dominum Andream Zeno Potestatem Justinopolis auctoritate maioris, et minoris Consilii; scilicet illi qui incantaverint, vel in fine habuerint praedictas villas communis non debent ire nisi quinque vicibus in anno super dictas villas, et sex equis tantum in vice, et consueta servitia possint facere conduci domum, et disponere, sicut de sua processerit voluntate, et omnia banna atque condemnationes debeant dividi in duabus partibus medietas communi, et alia medietas illis, qui ea habuerint. Et si aliquis eorum quotiescumque contra hoc fecerit, compellatur emendare communi libras vigintiquinque parvorum sive remissione, et Potestas qui fuerit pro tempore Sacramento nihil de praedicta poena dimittere possit. Et omnes illi, qui praedictas villas habuerint, iurabunt suo Sacramento bona fide inquirere omnes rationes praedictarum villarum intus et extra civitatem, et eas bona fide, et sine fraude manutenere, donec eas habuerint. Et quod omnis condemnatio, quae orietur super villanos villarum communis, dominus villarum nullam partem debeat habere de ipsa condemnatione, et quod dominus Villae habere non possit ultra solidos sexdecim pro castrato, pro placenta denarios quatuor, pro gallina denarios decem et octo, et verbum habere non possit a domino Potestate eundi super villam, vel villas Communis pro aliqua causa vel re ultra quinque vices in anno, sicut superius notatum est, sub poena praedicta. Villani villarum communis Justinopolis teneantur quinque servitia persolvere sub hac forma; Unum servitium de Sancta Maria Augusti; Aliud servitium in festo Sancti Michaelis. Tertium in Sancto Martino; quartum in Nativitate Domini; quintum in Carnisprivio, et praedicti praedicta servitia in praedictis temporibus petere, et recipere teneantur.

Cap. XXIX. *Quod si quis receperit securitatem ab aliquo suo Rustico, qui postmodum fuerit condemnatus primo satisfaciat condemnationi.*

Statuimus, et ordinamus, quod si quis dominus alicuius villae ab aliquo suo rustico utriusque sexus receperit securitatem alicuius penae vel fideiussionis, et postea aliquis ipsorum rusticorum furtum fecerit, aut aliud maleficium, pro quo mereatur in condemnatione puniri, vel occasionibus praedictis fuerit condemnatus, primo condemnationi satisfacere teneatur de suis bonis mobilibus.

Cap. XXX. *De Rusticis Villarum Justinopolis volentibus recedere a Villa cum rebus suis.*

Statutum, et ordinatum est, quod quando contigerit aliquem rusticum, sue villanum villarum Communis Justinopolis, vel Concivium Civitatis eiusdem recedere velle cum rebus suis a Villa ubi habitaverit, Gastaldio, et Judex illius villae non permittat ullo modo talem rusticum res suas extra villam portare, nec portari facere, nisi prius talis villanus satisfecerit domino suo de eo, quod sibi de iure tenebitur, aut de predictis fecerit in concordia cum eodem sub poena librarum decem paruorum componenda per commune dictae villae, et solidos centum componendos

10000100

det, seu praestet Communi Justinopolis, aut dominis Villarum, de quibus sunt tales rustici, bonam, et idoneam securitatem de manendo, et habitando in villa in qua talis noster rusticus habitabat per quinque annos completos, incipiendo a die qua talis rusticus extraneus successerit, vel succedere voluerit in bonis sibi dimissis per nostrum rusticum, dando securitatem de serviendo, et respondendo domino talis villae, et omni eius iure, et de faciendo, et obediendo plenarie in omnibus, sicut faciebat talis rusticus, qui sibi bona dimisit; Et si talis rusticus extraneus recederet de dicta tali Villa infra dictum terminum causa non habitandi ibidem amplius nec serviendi ut supra, tunc statim omnia bona sibi dimissa revertantur ad propinquiores talis defuncti de praedicta villa permanentes in ipsa villa secundum formam statuti, salva tamen voluntate testatoris, si praeter dictum talem rusticum extraneum voluisset in eius ultima voluntate nominatum aliquem, vel aliquam de ipsa villa in ipsa permanentem succedere debere in eius bonis; Propter quod deinceps quilibet haeres, vel successor bonorum alicuius nostri rustici utriusque sexus, seu tutor, vel tutores alicuius pupilli, vel pupillae succedentis in bonis aliquibus alicuius nostri rustici per eius testamentum factum secundum eorum consuetudinem, ut eius voluntas in aliquo nullatenus trasmutetur, sed semper firma perduret, teneatur infra unum mensem post mortem testatoris seu testatricis accedere coram domino Potestate cum testibus, qui interfuerint testamento talis defuncti, et notari, et scribi facere ordinatim per unum ex cancellariis in quaterno prout testator suum ordinaverit testamentum, habendo talis cancellarius solidos quatuor pro quolibet teste notaro, et scripto, et non plus; Et quia multoties etiam solet oriri quaestio de eorum consuetudine matrimoniorum, ideo ordinatum est, quod fiat quaedam inquisitio per quosdam bonos viros electos per dominum Potestatem in omnibus nostris villis tam Communis, quam divisim, videlicet in hoc, quod sciatur a qualibet earum villarum quae sit, et quam velint esse suam consuetudinem matrimoniorum contrahendi, et scito ab omnibus de eorum consuetudinibus, ipsa consuetudinibus ipsae consuetudines ad perpetuam rei memoriam ponantur in Registro Communis ordinati per Cancellarium Communis, habendo ex hoc ab eis solutionem debitam et condignam.

Questa è la legge agraria pel distretto di Capodistria, la quale crediamo a buona ragione non fosse diversa da quella delli altri distretti istriani. Nel 1179 il Vescovo di Parenzo dava Carta a' suoi villici, per la quale era libero di disporre delle loro terre, però a favore di altro villico della stessa villa. Il Comune di Capodistria ebbe il distretto nel 1238. Le leggi che rechiamo dovrebbero essere del 1300 circa, posteriori alla dedizione stabile alla Repubblica Veneta ed al possesso tranquillo nei Veneti che è del 1291. Diremo succintamente la legge.

I rustici non hanno il dominio delle terre; queste spettano al Comune di Capodistria, od ai proprietarî privati delle singole ville (*pro comuni — divisim*).

È libera la vendita delle terre, purchè a rustico della stessa villa, e suddito dello stesso padrone.

Nessun rustico può rispondere per la terra a persona estradistrettuale.

Nessun rustico può abbandonare la villa se non garantisce i debiti al suo domino.

Le questioni per immobili saranno giudicate dai giudici delle ville, per immobili dal Podestà.

Nessun rustico può obbligarsi a castellano straniero.

Nessun rustico avrà soccida o pascolo fuor del distretto.

È vietato ai rustici di cucinare il vino od artefarlo.

Nessun rustico potrà succedere nei beni di un estero nè un estero nei beni di rustico senza dar guarentigia di prestare gli oneri.

I rustici staranno alla consuetudine dei loro matrimonî, però la consuetudine verrà officiosamente rilevata, e registrata come norma generale.

Questa legge ed altre siffatte cessarono di diritto nel 1848, ma erano inosservate per inscienza.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

non vagandi libidine sicut scripsit D. Patriarcha, sed propter praedicta, et alias plures causas morari Paduae me oportet. Unde cum citatus sim coram Sanctissimi Pontificis tribunali, coram quo causa tractatur, quae non potest sine mei praesentia expedire, non potest de jure, nec D. Patriarcha de majore tribunali ad minimum tribunal facere me vocari. Praeterea dico et propono quod ad petitionem civium Parentinorum qui sunt excommunicati, qui mihi mortem saepe minati sunt et quorundam aliorum excommunicatorum sunt dictae litterae impetratae, et propter hoc iverunt ad D. Patriarcham de Parentio nuntii spetiales ut mihi nocendi facilius habeant facultatem. Praeterea etiam praeter Parentinos in Foro-Julii capitales habeo inimicos adeo potentes, qui si me possent offendere non dimitterent, respectu, vel mandato D. Patriarchae: qui etiam, ut me offenderent suos satellites usque Parentium transmiserunt. Praeterea mandatum est mihi a quodam, qui scit hujus periculi veritatem, quod nullo modo ad civitatem istam in Foro-Julii me praesentarem. Praeterea ad Sedem Apostolicam propter quaedam gravamina appellavi et appellationem prosequi me oportet, quod fieri non potest, si in Foro-Julii detinerer. Praeterea cum in praedictis citationis litteris, super denuntiatione sibi facta, videatur nolle inquirere, et inquisitioni in Foro-Julii, ubi non fui jam elapsis annis sexdecim, non sit locus, sed Parentii et Venetiis ubi sum ut plurimum conversatus, debet inquisitio ventilari, quia in Foro-Julii non expedit me citari. Quapropter ex praedictis omnibus sentiens me indebite gravari, ad Sedem Apostolicam in his scriptis appello et protectioni Sedis Apostolicae jura mea et me suppono et instanter postulo et iterum peto, protestans, quod me non astringo ad singula narrata probanda, sed solum ad ea, quae sufficiant juri meo, juris tamen benefitio in omnibus mihi salvo, protestans etiam, quod nuntium et Procuratorem dirigo ad D. Patriarcham; sed timens in aliquo impedimento detentus, non perveniat infra decendium coram ipso, hanc appellationem facio coram vobis, ne mihi, et Ecclesiae Parentinae aliquod praejuditium generetur. Protestor etiam, quod per praedictum Procuratorem peto, quod supra sibi denuntiatis, diligentem inquisitionem faciat per personam aliquam non suspectam, quia si peccavi, quod nescio, neque credo, correctionem fugere non intendo, ut emulorum meorum insidiosa malitia detegatur.

Facta est lecta fuit haec appellatio, ut praemittitur, Paduae sub parte Episcopalis Ecclesiae, quae est versus Portam Palatii Episcopalis, ubi frequenter sedent canonici, qui in illa parte moventur; praesentes etc. Quae omnia, prout continetur in dicta appellatione, detente praefacto D. Johanne de Abbate Archipresbytero Paduano, dictus D. Bonifatius Episcopus Parentinus juravit ad Sancta Dei Evangelia se credere et se posse probare, quae sint lecta praedictis testibus ibi astantibus, hoc videntibus est dictum.

Ego *Thomas* de Turrigrossa imperiali auctoritate Notarius praedictae appellationi et juramento dicti D. Episcopi praesens interfui, rogatus scripsi, et in publicam formam redegi.

Marchese G. P. dei Polesini.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

ipsum in causam traxi coram Summi Pontificis delegato, alias secum facere nihil habui. Debuit enim significare nobis, quod a Judice delegato D. Papae vestram audientiam appellavit, et quod nuntium delegati fecit optime verberari. Super eo quod scribitis me vos et vestros persequi, admirandum est nimirum et dolendum, cum Agnus Leonem persequitur; canis mortuus et pulex unus tantam persequitur majestatem, tantam potentiam inquietat, nisi forte per verbum persecutionis intelligatis quod Sanctissimo Pontifici conquestus sum, quod vester Vicarius Generalis in Istria me et homines Ursarii, Castri mei, qui nullam movebant guerram, pluries spoliavit, et postea nepos vester castrum idem expugnavit, atque destruxit. Si hoc dici debet persecutio, persecutus sum et doleo. Si litteras Episcopi et mandati D. Papae, quod debeatis dare fidentiam mihi et hominibus dicti Castri ut possint redire ad habitandum, nisi hoc persecutioni dicitis, persecutus sum. Et nuntium misi vobis ad petendam responsionem super praedictis litteris; et eum fecistis compedibus et carceri mancipari, et trium dierum et duorum noctium fame affligi, si persecutionem appellatis, persecutus sum. Si quod satelites vestri Canonicum Parentinum et notarium, quos missi ad appellandum, ducebant ad Carceres, sed per quosdam nobiles liberati de manibus eorum, fugerunt ad Domum praedictorum persecutionem vestram dictos nostrorum; pro eo quod super hoc D. Papae nolui conqueri, quod vestra reverentia doleo, quod sim taliter persecutus? Pluria talia forsitan possem scribere, sed obmitto pro vestra reverentia, et rogo dominationem vestram, ne magnitudinis suae mole me praemat; sed detis intelligere quomodo et in quibus persequor vos et vestros, quod non intelligo nec cognosco, paratus sum corrigere si cognoscam haec. Scio bene, quod contra Venetos et alios quo aquilejensi Ecclesia pugno verbis, et proinde semper habuerunt me suspectum. Super eo vero quod me reprehenditis de residentia quod debeam ire ad Ecclesiam Parentinam, et quod de absentia mea patitur in spiritualibus et temporalibus detrimentum, mirandum nimis, quod estis ita credulus. Bene scitis, nec licet dubitare alicui, qui sciverit conditiones praeminentia, quod toto tempore guerrae, Veneti non dimiserunt me stare Parentium, quum habebant me suspectum, cognoscentes quam vobis fidelis fui. Nec pro eo quod omnem verum dimittebam, quando semper loquitur pro Aquilejensi Ecclesia. Contra eos quomodo potestis credere, quod septuaginta septem annorum et plus domos libentius circueat alienas, quam si sua, qua estat. Etiam post pacem, factam de mense februarii, non permiserunt me Veneti Parentium intrare nisi mense septembris. Si creditis quod patiatur Ecclesia defectum, inquirite si continue sum in quaestione cum civibus, pro eo quod bona et jura Ecclesie detinent. Si postea saepe populo praedicavi et importune insisto, et importune dolent cives, quod tantam fatio residentiam, quod eos toties reprehendo. Item invectionis nostrae ubi me inveniunt, ubi praesentare fatiunt, nisi Parentii. Super eo vero quod equidem vestris litteris me reprehenditis, quod Aquilejensem Ecclesiam jam annis pluribus non visitavi, excusationem justissimam faciens, dico, quod libentissime visitassem; sed debui quomodo coram vestra praesentia venire, qui praecepistis me et vassalos meo spoliari sine causa. Haec probant jurati testes, et facta inde publica instrumenta. Quomodo debui de visitatione cogitare, quando vidi Castrum Ursarii in quo erat quicquid boni habebam, per nepotem vestrum destructum. Quomodo facta pace de visitatione cogitare potui, quum ad preces et mandatum summi Pontificis noluistis mihi nec vassallis meis dare fidentiam et nuntium qui pro fiducia venerat fecistis carceri mancipari et fame affligi. Si de visitatione iniunctum intenditis, coram Deo in Christo loquar, quod per vestros taliter est destructa Ecclesia Parentina quod ex ea numquam habere potui, anno aliquo, quod mihi, et tribus pueris ad victum sufficeret nostrum. Et hoc per visitationem vobis tacere non debeo, quod nobilis vir Nasinguerra de Pola, pro eo quod nolebam investire quoddam feudum, quod sui juris esse dicebat, reputabatur inimicus meus, et erat. Tandem ad pacem veniens, investivi. Qui statim praestito juramento, duxit me in pacem coram duobus Abbatibus et teste tertio, et in hunc modum protulit verba sua: Per juramentum quod feci et fidem, qua teneor dico et moneo ne vadatis ad locum aliquem, in quo Pa-

10000100

10000100

10000100

10000100

evaserat, et quod per inclitum Rodulfum Romanorum Regem dum viveret feceram renovari multis laboribus, et expensis, coram praedictis Potestatibus non produxi. In quo quidem Privilegio renovato, omnia quae Privilegio continetur de novo donavit Ecclesiae, et de novo me Bonifacium investivit, et de plenitudine Regiae Potestatis quicquid de his quae Privilegium continetur alienatum est hactenus illicite, vel distractum ad jus et proprietatem Ecclesiae revocavit, praescriptione qualibet, sine justo facta titulo, non obstante. Praeterea dicti Cives Statutum de novo fecerunt, contra Ecclesiam conspirantes, quod quicunque tenet de Terris Ecclesiae septem annis, non possit ab eo ulterius repeti, vel auferri; et cum in securitate sint, aliqui boni dicunt mihi, quod libenter responderent de juribus, ut tenentur, sed extra Sinagogam fierent, a Potestate graviter punirentur.

De praedictis retuli quanto brevius potui veritatem. Civitatem vero Parentinam, Castra, Rubinum, et Montonam, et Jurisdictionem praedictorum Locorum contra Justitiam, in damnum et praejuditium Ecclesiae Parentinae Dux detinet Venetorum, et alia Castra, praeter Ursariam: et decimas multas detinet Comes Goritiae Frater Comitis Tirolis destructoris Ecclesiae Tridentinae, qui dicit se Feudi nomine detinere cum advocatia Ursariae. Qui citatus et requisitus est in Curiam Vassallorum mei Episcopi Parentini, comparere et ostendere Feudi jura contempsit.

Decimas illas, et Possessiones quarumdam Ecclesiarum reverendae memoriae Fratris Latini, quam edidit dum esset in partibus illis Apostolicae Sedis Legatus, et excommunicati contempnunt tamquam Haeretici in hoc articulo: quodcunque ligaveris super Terram etc.

Piscarias Episcopatus, et mensae Parentini Episcopi, quas dicunt valere ducentas Marcas in Anno, Communitas Parentii, et alii Laici de Istria, et de Venetiis detinent contra Deum, et Justitiam. Castrum Ursariae, quod solum remanserat Episcopo pleno jure subjectum, et in quo habebat quasi totam stipem vitae suae, pro eo quod ausus est dicere in defensionem jurium Ecclesiae Parentinae, quod Aquilejensis Patriarcha nullam temporalem Jurisdictionem habet in Parentio, Rubino, vel Montona, spoliari jussit; et abstulit Familia sua inde uno die septingenta capita Boum, praeter minuta animalia, et tandem nepos suus expugnavit, et ignis incendio devastavit. Et Nuncium, qui occasione Litterarum per eum, et mandati Praedecessoris vestri pro obtinenda responsione super praedictis Litteris missus fuit, fecit mancipari, et tribus diebus sine cibo, et potu fame affligi. Citatus per praedictum Episcopum et Archidiaconum Tarvisinum Sedis Apostolicae Delegatos super spoliatione et destructione praedictis per sex menses comparere per eum, vel per aliquem omnino contempsit. Qui, nullo Processu contra ipsius contumatiam facto, Causam remiserunt ad Apostolicae Sedis examen; nec adhuc potui judicem impetrare, secundum quod praedicta omnia, et talia multa gravia, quae hoc scripto non possunt exponi, probant Testes, et publica Instrumenta.

Ideoque ad vos clamo, dicens illud verbum Isaiae Prophetae: quaerite juditium, subvenite oppresso, judicate pupillo. Interpretative pupillus sum, quia Pater meus Patriarcha, visceribus paternis abiectis, conversus est in hostem crudelissimum; et secure clamo, quia sicut idem Patriarcha dicit: Cum feceris juditia tua in Terra, justitiam discent habitatores orbis, nec est miserendum quia idem Propheta dicit: misereamur impio, et non discet facere justitiam in Terra, sed cor ejus iniqua gessit. Ergo sicut dicit Psalmista, de vultu tuo judicium meum prodeat, oculi tui videant equitates. Et sciatis Pater, quod in Istria non possum Justitiam consequi propter potentiam, et multitudinem Detentorum, et quia in tota Istria non est unus Juris Peritus; nec Venetum propter Ducem, qui similiter detinet, et dat omnem favorem Civibus Parentinis; et propter praedicta omnia ad tantam paupertatem est deductus Episcopus Parentinus, qui non habet in Redditibus, et Proventibus omnibus libras sexaginta parvae monetae Veronensis; et ideo supplicat, quod haec omnia sine strepitu, et figura juditii cognoscantur.

Marchese G. P. dei Polesini.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

10000100
2

10000100

bertatibus et indulgentiis ac aliis privilegiis quibuscumque uterentur et gauderent, ac uti et gaudere possent, que prefato fratrum Minorum ordini ac eius fratribus et personis erant ab eadem sede concessa et concederentur imposterum, quatenus eis competerent vel competere possent, et quatenus forent vel esse possent capacia eorumdem. Nuper autem non sine turbatione percepimus, quod tu, qui non debebas nec crederis esse premissorum ignarus, asserens monasterium sancte Marie de Celle Tergestin. predicti ordinis sancte Clare, et Abbatissam et Sorores in eo degentes professas regulam predictam editam a predecessore prefato tibi subesse debere, quamvis essent in possessione exemptionis, libertatis, privilegiorum et iuris concessionis huiusmodi, nec tibi parerent, cum ad id minime tenerentur, et cum nonnullis clericis et laicis ad monasterium ipsum accedens, illud per violentiam introisti, fracto etiam muro Capelle ipsius monasterii, eandem intravisti Capellam, et fecisti celebrari missam in ea. evulsa insuper quadam sera, que erat interius in ostio inferiori ipsius monasterii, per quod in ipsum monasterium intrabatur, illam ex parte exteriori ipsius ostii poni fecisti, et expulsis fratribus predicti ordinis Minorum, qui ad obsequium ipsarum Abbatisse et Sororum, prout licite poterant, ad ipsius monasterii clausuram exteriorem accesserant, seculares clericos ad eiusdem monasterium custodiam posuisti, sicque predicti fratres ordinis Minorum non sunt extunc ad idem monasterium ire permissi, neque in eo divina officia celebrare, dictique clerici seculares interiorem monasterii predicti clausuram intrare possunt pro eorum libito voluntatis. Quare fuit nobis humiliter supplicatum, ut providere super hiis de oportuno remedio dignaremur. Nos igitur predictis Abbatisse ac Sororibus monasterii prelibati, quibus maxime propter fragilitatem feminei sexus compatimur, super premissis providere volentes, ac precavere, ne litigiorum anfractibus involvantur, fraternitati tue per apostolica scripta in virtute obedientie, ac sub suspensionis et depositionis aliisque spiritualibus et temporalibus penis iuxta nostrum arbitrium inferendis districte precipiendo mandamus, quatenus easdem Abbatissam et Sorores monasterii prelibati, dictumque monasterium contra huiusmodi concessionis nostre tenorem de cetero non impetas, nec perturbes per te vel alium, nec contra ipsam facias aliquam noxiam novitatem: quin potius premissa iniurias et gravamina, et quicquid per te vel de mandato tuo adversus ea contra concessionem predictam, quam te in dubium revocare nolumus, facta vel attemptata noscuntur, absque more dispendio provide revoces cum effectu. Ceterum ne tua in premissis temeritas remaneat impunita, volumus et tibi sub penis predictis iniungimus, ut infra duorum mensium spatium a presentatione presentium computandum, quod tibi pro peremptorio termino assignamus, per te vel procuratorem ydoneum ad hoc specialiter constitutum cum sufficienti mandato compareas coram nobis, tuam super premissis et ea contingentibus innocentiam, si poteris, ostensurus, nostrisque pariturus beneplacitis et mandatis. Si que vero tibi et ecclesie Tergestine iura competere proposueris in memorato monasterio, illa si tua et ipsius ecclesie interesse putaveris, prosequi poteris coram nobis: parati enim sumus tibi et ei exhibere super hoc iustitie complementum. Datum Laterani II. Kalendas Februarii, Pontificatus nostri Anno Octavo.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

pars predicta ad probandum de jure suo producere voluerit, paratusque sim in civitate Justin. ad procedendum circa examinationem testium predictorum, propterea vos et vestrum quemlibet requiro et commoneo sicut possum quatenus per totum diem sequentem post presentacionem presencium coram me in Civitat. Justinop. per vos vel sindicum procuratorem vestrum comparere velitis ad videndum jurare testes predictos. Vellitis coram mittere unum notarium pro parte vestra qui una cum motario partis adversae scribat dictum testium predictorum. Alioquin vestra absencia non obstante si de jure fuerit procedendum non ommittam. Scientes quod infra mensem postquam applicuero ad civitatem Justinop. vel ad terram vestram insule debeo predictos testes examinare. Et cum fuero per aliquos dies in dicta civitate Justinop. per tantundem temporis domino concedente moraturus veniam ad terram vestram insulae, dies de qua est rogatus notarius qd. applicui ad civitat. Justinopoli e dies duodecima septembris. Has autem litteras mei sigilli munimine feci roborari et de earum presentatione relationi stabo portitori ipsorum, nuncio meo jurato. Datum in civitat. Justinopol. die predicta duodecima Septembr. Lucas clericus Sancti Geminiani de Venec. die supradicta in episc. palacio Justin. coram domino Auditore et in presencia venerabilis patris domini fratris Pet. Manolesso Dei gratia Justin. ep̄, petr. combi clerici, et eciam mei not. infrascripti Juravit ad sancta dei evangelia quod bene et fideliter faciet omnes et singulas ambaxatas sibi comissas et comittendas in causa vertente inter partes predictas. Qui vero clericus die vigesimo tercio supradicti mensis juxta ecclesiam S. Theodori retulit dicto Auditori coram me notario et preco Johannis p̄ti et Ambrosio de Pirano, se citasse et requisisse ac eciam presentasse supradictas litteras dicto domino potestati insule et clericis et aliis in ipsis litteris contentis.

Ego *Michael* diaconus Ecclesie Sancte Marie Majoris Justinopolitane Imperiali auctoritate not. hiis omnibus interfui et rogatus subscripsi et roboravi.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

Marici, et vicini, ac habitantes in Pinguento, non veniant nec venire audeant vel presumant ad incidendum, vel damnificandum in paludem sive in nemus Comunis Montonae, nec ad faciendum aliqua lignamina in infrascriptum nemus Comunis Montonae, scientes et cognoscentes per certum nominati Pinguentini, quod si reperientur de cetero incidendo aliqua ligna, vel damnificando in dicto nemore, et paludo Comunis Montonae, quod nominati Pinguentini impignorabuntur, capientur et condemnabuntur juxta arbitrium et voluntatem ipsius D. Potestatis et suorum successorum Potestatum Venetorum in Montona, et Consilii et Comunis Montonae, prout impignorati fuerunt nominati Pinguentini hiis forte sex diebus ellapsis in predicto nemore sive pallude Comunis Montonae desuper bollasium magnum, quod est sub vena ecclesiae Sancti Stephani, dum reperti fuerunt, faciendo lignamen unius pergami, sive mangani sui.

Qui Nicolaus Gastaldio et Thomas Zanelich Maricus de Pinguento interogantes nominatum D. Joannem Sindicum de Montona, quod denuntiaret illis limites et confines predicti nemoris et palludis Comunis Montonae ad hoc, ut ipsi Pinguentini, et sui vicini de Pinguento, scient, et cognoscant praecavendo sibi, ne sine licentia D. Potestatis et Comunis Montonae veniant in ipsam palludem et nemus ad laborandum nec aliquod lignamen ad incidendum. Quibus Pinguentinis responsum fuit a nominato Sindico D. Joanne de Montona, ut infra habetur, et nobis declaravit limites et confines dicti nemoris Comunis Montonae, dicens nominatus Sindicus; ecce declaro et denuncio omnibus vobis Pinguentinis audientibus, et assero hos antiquos limites, et confines predicti nemoris et palludis Montonae.

In Christi nomine: incipiendo a primo capite versus orientem respiciendo apud valles et prata Castri Petrae pillosae, quae sunt prope ipsum nemus, et sic limitando et girando versus saxum sive Venam quae dicitur de Sincino, quae Vena est desuper ipsum nemus sive palludem in costa unius montis de Sovignaco, qui mons est desuper ipsa pallude, et inde girando et limitando dictum nemus veniendo usque ad insulam montis Sancti Quirini et extendit se dictus nemus usque ad valles Segnac, et usque ad prata et valles Charsiclae villarum Comitatus. Et postea revertendo usque ad valles Sdregnae et veniendo desuper bollasium majus, quod est sub vena Ecclesiae Sancti Stephani super qua vena est castrum, vel fuit Castrum quod dicitur Gradaz, et postea respiciendo versus occidentem, veniendo per viam quae recedit a dicto Gradaz prope dictum nemus Montonae, quae via est prope palludem dictam, et vadit dicta via per costas terreni, quod est sub vineis Sdregnae villae Domini Viccardi de Petra pillosa, et sic se extendit dictum nemus Montonae, prout vadit predicta via quae est prope nominatam palludem Comunis Montonae, et quae vadit in pede montium Castri Portullarum, et quae via est prope vallem olim D. Dionisii de Montona in qua valle est molendinum heredum D. Dionisii de Montona et inde eundo per dictam viam sub montibus Portullarum veniendo ad vallem D. Piccimani de Montona. In qua valle est molendinum quod olim fuit dicti D. Piccimani et sic se extendit prescriptum nemus Montonae prope dictam viam, qua itur ad valles quae sunt prope Ecclesiam Sancti Joannis juxta quas valles et juxta quam viam est pratum olim Melenti de Montona, per quod pratum vadit prescripta via juxta quam se extendit predictum nemus Montonae per quam viam itur in pedemontium Castrorum Portularum, Piemontis et villarum Castagnae, et Hysichi, ac castri Grisignani, et se extendit praescriptum nemus Montonae usque ad districtum Castrorum Sancti Georgii et Grigani, ibi faciendo finem.

Confitentes igitur nominati Nicolaus Gastaldio et Thomas Zanelich Maricus de Pinguento cum omnibus testibus suprascriptis, suprascriptos esse antiquos limites et confines prelibati Nemoris et Palludis Comunis Montonae prout ab antiquis paesanis ipsi Pinguentini audiverunt, promiserunt et dixerunt nominati omnes Pinguentini se amplius non debere venire ad laborandum nec ad incidendum in ipso nemore et pallude Comunis Montonae superius confinato et limitato absque licentia et expressa voluntate D. D. Potestatum et Comunis Montonae.

10000100

dei torrentacci fortissimo, le aque del Quieto sì torbide nelle piene che s' allargano molto in mare e s' incontrano con quelle del Po, colorando l' Adriatico dall' una all' altra sponda, ciò che sanno bene li pescatori.

Il presente Codice accoglie Carta del 1321 la quale concorda colle limitazioni della Valle date dalla presente. Si cita il molino di Vicardo da Pietrapelosa che crediamo corrisponda a quello di Rusgnach di oggidì, la Vena di *Ancino* sotto Sovignacco (Sincino del presente), la Vena di Santo Stefano, il Castello di Gradaz, Chersicla, S. Quirino, Portole, Piemonte, Ixichi. Questa Carta del 1304 vi aggiunge: l' isola di S. Quirino, Segnac, il Bollaso maggiore, Sdregna, S. Giovanni, Piemonte, Castagna, Grisgnana, S. Giorgio e Grigano (nome che non sembra di retta scritturazione).

Nella puntata "*Aquedotti*„ della Raccolta Conti delle Leggi Municipali, si è per sommi capi, accennato delli cangiamenti avvenuti sulla superficie dell' Istria; sospettiamo che il Quieto fra Pinguente e le Porte di Ferro, fosse lago, come altri furono nel pedemontano dell' Istria, e nel Goriziano, e nel versante orientale della Giulia, dei quali durano quello di Zirknitz, le paludi di Lubiana, di Planina ed altre ancora, spariti gli altri per rottura dei naturali ripari. Ma l' Istria attende ancora chi si occupi di tali indagini, ancorchè non manchino persone che ne hanno fatto osservazione e memoria.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

in eadem, qui in altum pulpitum ipsius ecclesie conscendentes, iterato contra eundem Episcopum in verba insania et iniuriosa nequiter proruperunt, dictusque Candius Episcopum ipsum nulla excommunicatione ligatum, et in quem nullam iurisdictionem habebat, nedum ordinariam, sed nec etiam delegatam, in eius gravem iniuriam, infamiam et contemptum, pulsatis campanis, excommunicatum publice nuntiavit: et nichilominus idem Candius calicem in predicta missa super altare paratum ac vestes sacras et alia ornamenta ipsius ecclesie cum predictis eius sequacibus de altari et manibus cuiusdam sacerdotis, qui custodiebat ea, rapuit violenter et clausit eiusdem ecclesie sacristiam, ita quod post recessum eorum de dicta ecclesia Episcopus ipse reddiens ad eandem, ex defectu paramentorum et calicis nequivit missam perficere inchoatam. Quemdam etiam nepotem Episcopi prelibati iamdicti Candius et Odericus per consanguineos et satellites suos per lutum trahi fecerunt, et acriter verberari. Cumque post hec predictus Episcopus ad sedem apostolicam accessisset pro hiis et aliis suis negotiis promovendis, dictus Candius domos Episcopales Polenses intravit, portans ensem evaginatum in manu et quendam equum ipsius Episcopi, eiecto de ipso quodam clerico, qui erat super eum, exinde violenter abduxit, et demum Vicario ipsius Episcopi se intervenienti opponens, eumdem multipliciter et iniuriose prosequens ipsum nequiter impedit et impediebat, quominus possit impositum ei Vicariatus officium exercere, et alia plura enormia commiserit, que apostolicam et nostram correctionem exposcunt. Quare prefatus Episcopus nobis humiliter supplicavit, ut providere sibi super hiis de oportuno remedio dignaremur. Nos igitur nolentes, sicuti nec debemus, tam gravia et enormia, si vera sint, conniventibus oculis pertransire, fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel alter vestrum per vos, vel per alium seu alios predictos Candium et Odericum ex parte nostra peremptorie citare curetis, ut infra unius mensis spatium post citationem huiusmodi compareant personaliter coram nobis, recepturi pro meritis, nostrisque mandatis et beneplacitis parituri. Diem vero citationis et formam, et quicquid in hac parte feceritis etc. usque intimare. Datum Rome apud Sanctum Petrum II. Nonis Aprilis, Pontificatus nostri Anno Primo.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

sequentem; ac Michael dictus Barata ibidem presens de mandato et ex commissione dicti domini Episcopi ibi sibi factis, precepit eisdem ut in dicto termine esse deberent in Ecclesiam Tergestinam per se vel idoneos responsales ad dicendum de jure suo et ad deffendendum jus suum in Curia Vassalorum super premissis; et ad faciendum quod faciendum existeret.

Ipsi autem Philippus de Raspurch et Octo de Winchumberch responderunt quod bene comparent per se vel per idoneos responsales.

Item idem dominus Episcopus et dictus Bara de mandato ejus, precepit dictis dominis Victori de Castronovo, Albretto de Svarzenich, Folchero de Senosecchia et aliis Vassalis Ecclesiae Tergestinae qui ibi erant pro dicto termino, et loco institutione deberent ad videndum et faciendum quod faciendum est seu dicendum.

Actum in Villa Chorgnalis in domo Chupec, Gastaldionis predicti domini Comitis in Villa predicta.

Ego *Sanibonus* de Aquileja imperiali auctoritate publicus Notarius predictis interfui et rogatus scripsi.

Ego *Cristoforus* Sac. Palatii et Tergesti Not. his omnibus interfui et rogatus scripsi.

L' Arlongo, Vescovo che avrebbe investito quelli di Raspo di un feudo di otto marche sulle rendite della Muta di Trieste di ragione episcopale, sarebbe stato a detta del Mainati, Cronache, del Casato dei Vocisberg o dei Visgoni, triestino, ed avrebbe vescovato dal 1254 al 1282, con breve intervallo a causa di deposizione. Ma si può dubitare della veracità della patria e del Casato e del tempo di sua momentanea esauttorazione.

Questi di Raspo sarebbero stati nipoti *ex fratre* del Vescovo Arlongo, e quindi dello stesso Casato, ma può negarsi che quelli di Raspo fossero triestini, come che il Vocisberg fosse Casato anzichè predicato del Vescovo, senz'altro di nobile famiglia. Un Voitsberg sembra essere stato sul Carso di Duino, poi detto ed anche oggi *Voucigrad*, ma non ce ne faciamo garanti.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

10000100

10000100

predicta ecclesia comparerent, ad proponendum et objiciendum si quid de jure proponere vel obicere possent contra processum hujusmodi per dictum predecessorem suum habitum contra eos vel quicquid aliud dicere vellent et super ipsa citatione ibidem probationibus productis et per laudum ipsius Curiae sententiato per dictam citationem legiptimam rationabilem et legiptime probatam esse ipsis etiam ad hunc terminum nec per se nec per alium comparentibus usque et post vesperas, per laudum Curiae diucius expectatis, quaesivit et petiit quid sibi esset in hac parte suae Ecclesiae faciendum et utrum deberet possetque una cum predicto nuncio predictam sententiam per jamdictum predecessorem suum latam exequi et omnia facere quae idem predecessor ejus poterat in predictis, cum prefatus predecessor ejus morte preventus predicta non fuerit executus. Petens ad cautelam dominus Redulfus Episcopus predictus sententiam sibi et processus predictos et nuncium confirmari et applicari et ratificari omnia singula supradicta. Et per Laudum Vassalorum predictorum sententiatum fuit quod prefatus dominus Redulfus Episcopus prefatam sententiam poterat et debebat exequi et omnia facere quod idem predecessor eius poterat in predictis. Et confirmarunt per laudum et sententiam ei predictum nuncium et addiderunt et deputaverunt ei in socium dominum Hectorem Magistri Martini not. civem terg. ad intromittendum et exequendum omnia predicta ita etiam quod ipsi nuncii et uterque eorum per se possent et possit omnia et singula supradicta facere. Confirmarunt quoque, laudarunt, approbarunt et ratificarunt et per laudum et sententiam si opus erat in quantum poterant innovarunt predictam sententiam et omnia et singula supradicta. His itaque peractis pro parte prefati Domni. Redulfi Episcopi quesitum fuit quid juris de fructibus et reditibus perceptis, et quos percipi potuerunt de predictis bonis a tempore occupationis predictae, et per laudum sententiatum fuit quod debebat duplum restitui ipsi domino Episcopo per occupatores predictos. Qui dominus Episcopus petiit nuntium ad accipiendum de bonis eorum predictis retentis et judicato et per laudum et sententiam Vassallorum predictorum dati et deputati fuerunt eidem domino Episcopo predicto nuncii ut uterque eorum fuisset in-solidum et ad predicta.

Ego *Jus'us Adde* Imperiali auctoritate Notarius praedictis omnibus interfui et rogatus scripsi et roboravi, et interlineavi.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

sentiam Domini Pape, et successorum suorum per Sindicum, et Procuratorem legitimum, et ibidem legitime comparere ad procedendum, et petendum procedi per ipsum Dominum Papam supra hoc presente compromisso, et super iis que continentur in eo sub pena infrascripta. Promittentes predictus Dominus Patriarcha predicto nomine pro sua parte, et dicti Procuratores, et Sindici dicti Domini Ducis, et Communis Venetiarum pro parte altera, sibi ad invicem, et una pars alteri solempni stipulatione interveniente, se firmum, et ratum habituros quidquid per aliquem de predictis Summis Pontificibus Arbitris, Arbitratoribus, et Amicabilibus Compositoribus, ut ..X.... sententiatum, definitum, Arbitratum, Laudatum, ordinatum, declaratum, seu amicabiliter compositum fuerit inter partes easdem in predictis, de predictis, et circa predicta, vel aliquid predictorum non contrafacere vel contravenire sub pena mille Marcharum auri, hinc inde inter ipsas partes, et per unam versus alteram solempniter promissa, et stipulata: medietas cujus pene cedat Romane Ecclesie, et alia medietas cedat parti observanti predicta.

Actnm in Utino in Patriarchali Palatio in Camera ubi dormit idem Dominus Patriarcha presentibus honesto Viro Domino Albino Plebano Artenee: Domino Petro de Utino: Bernardo Castri Utini habitatoribus: Mainardo de Aquilegia: Anselmo de Carisaco, et aliis, testibus ad hoc specialiter vocatis, et rogatis.

Ego *Joannes Laurentii* Imperiali auctoritate Notarius, et Scriba Ducatus Venetiarum, predictis omnibus presens interfui, et rogatus a predictis partibus scripsi, et publicavi.

Questo Compromesso stipulavasi mentre era vacante la Sede di S. Pietro; nell' anno seguente eleggevasi a Sommo Pontefice Clemente V di nazione francese. Non sembra che il Pontefice abbia pronunciato il laudo, dacchè poco stante cominciano li pagamenti dei veneti ai Patriarchi, per l'Istria; la cifra era di quatrocento cinquanta marche di danari aquilejesi, le quali corrisponderebbero a seimila fiorini. Questi non erano per tutta l'Istria, nè pel Marchesato dell' Istria, sibbene per le percezioni dei Patriarchi in singole città, le quali erano = Capodistria, Isola, Pirano, Umago, Cittanova, Parenzo, Montona, S. Lorenzo = escluse perchè ancora patriarchine erano = Muggia, Rovigno, Valle, Dignano, Pola, Albona, Pinguente, Portole. Quando vennero ai veneti Pola, Dignano, Valle, si stipulò addizione all' annualità dovuta al Patriarca, con marche 225, in tutto 675.

Sembra che le questioni tra Veneti e Patriarchi sieno state composte per concordio nell' anno 1304, e della Carta, esisterebbe copia od originale nella Casa dei Conti Portis di Cividale che ha molti volumi di documenti del Friuli e d' Istria.

Alla caduta del dominio laico dei Patriarchi, che per l' Istria fu nel 1420, Venezia occupò e tenne fino al cessare del Principato veneto: Muggia, Buje, Portole, Pinguente colle Castella di Rozzo, Colmo, Draguch, Pietrapelosa, Fianona, Albona.

Al tempo del presente diploma erano in principato nell' Istria: i Patriarchi, i Veneti, la città di Trieste, i Conti d' Istria della Casa di Gorizia. Alla caduta del Patriarcato erano Principi i Duchi d' Austria, i Veneti.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

sex mensibus sic solvatur, salvo quod si dominus patriarca inveniretur plus recepisse quia pro rata temporis debuisset, cum sententiatum fuerit super juribus et jurisditionibus predictis debeat dominus patriarca illud plus restituere domino duci et comuni Venetiarum. Et hoc sic attendere et observare promiserunt partes predicte invicem et una versus alteram sub pena quinquegentarum marcharum puri et legalis argenti per quamlibet partem et unam versus alteram promissa et stipulata cujus pene medietas Ecclesie Romane et alia medietas cedat parti observanti predicta. Actum in Utino in patriarcali palatio in camera ubi dormit dominus patriarca predictus, presentibus honesto Viro domino Albertino plebano Arthenee, dominis Petro de Utino, Renevardo castri Utinis habitatore, Maynardo de Aquilegia, Anselmo de Carisato et aliis testibus ad hoc specialiter vocatis et rogatis.

Et ego *Oldoricus* de Utino Imperiali auctoritate Notarius predictis omnibus interfui, et rogatus a predictis partibus scripsi et pubblicavi.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

feudis et aliis bonis supranominatis, atque vassallis per dominos Petrum quondam domini Facine et Popone Ripoldi quondam domini Johannis poltonis Civis Justinopolitani Procuratores et procuratorio nomine predictorum dominorum Monfloriti, Clizessii, Nasinguere et Sergii Emptores a predicto olim domino Giroldo et Valflorida ejus sorore, precio mille et octingentis libris parvorum scriptum per Jacobinum. Imperialis Aule Notarium in millesimo ducentesimo sexagesimo quinto Indictione octava die tertio intrante Mense Jullio. Et virtute atque tenore cujusdam publici instrumenti Refutationis facte virtute dicti Instrumenti emptionis de dicto feudo et de dictis feudis vassallis et aliis bonis supranominatis per predictum olim dominum Giroldum in manibus memorati domini olim Alberti Comitis et scripti per Girardum Notarium in millesimo, ducentesimo sexagesimo quinto, Indictione octava, die septima intrante mense decembri benigne investitus fuit ut continetur publico instrumento investitionis scripti per Girardum Notarium in millesimo ducentesimo sexagesimo quinto, indictione octava, die septimo intrante mense decembris. Et post mortem prenominati domini Monfloriti dominus Nassinguera olim pat. ipsius domini petri recipienti pro se et suis heredibus et fratribus suis dominis Clicessio et Sergio et heredibus eorum a prenominato olim domino Alberto Comite progenitore ipsius domini Comitis de dicto feudo et dictis feudis vasallis et aliis bonis, superius nominatis et in dicto instrumento emptionis et venditionis contentis expectat elt...i rg..... ut continetur pubblico Instrumento per Ottobonum justinopolitanum imperialis aulae Notario in millesimo ducentesimo octuagesimo quinto nona Indictione die octavo exeunte mense Jullio sigillatum sigillo proprio cereo ipsius olim domini Comitis Alberti. Et generaliter de omnibus aliis feudis que olim antecessores ipsius domini Petri et domus sua habuerant et tenuerant a progenitoribus ipsius domini Comitis Henrici quocumque modo et causa in Pola et Polisana humiliter idem dominus Petrus s. petiit suo nomine et nomine antedictorum per ipsum dominum Comitem investiri prout alias dictam investituram petiit a prenominato olim Alberto Comite Goritie progenitore ipsius domini Comitis ut constat publico Instrumento scripto per Moraldinum Notarium Imperialis aulae in millesimo trecentesimo tercio indictione prima die tercio exeunte Marcio.

Unde prenominatus dominus Comes Henricus audita et laeto animo intellecta petitione justa ipsius domini Petri coram ipso facta, progenitorum suorum vestigia volens et intendens de bono in melius et imitari et quesitum atque relictum sibi per ipos progenitores suos thesaur incomparabilis amicos videlicet et fideles cum omni qua pot cura et solicitudine conservare, et ob remunerationem obsequiorum multorum sibi et amoris circa eum et domum suam a progenitoribus ipsius domini Petri hactenus present..... Et in vinculum dilectionis inter eos ex nunc perpetuo conservandi et predicti domini Petri, eciam precibus inclinatus, prenominatum dominum Petrum suosque haeredes pro se et dicto domino Nasinguerra dicto Forella consanguineo suo suisque heredibus recurent.... de toto et integro feudo et de omnibus feudis possessionibus domibus terris sediminis casalliis a..os seu curiis, campis terris pratis, nemoribus pascuis ..... decimis dassionibus conditiciis locationibus redditibus seu proventibus quartis et fiscalis et similis atque omnibus vassallis quas quae et q. olim predictus dominus Giraldus tam racione sui quam antecessorum suorum vel aliquis seu aliqui per ipsum domino Giroldo et Valflorida ejus sorore fuerunt visi habere tenere et possidere in Civitate Pole et ejus districtu seu episcopatu Pole, in Castro Rubinei, in Castro de Vallis, in duobus Castellis et eorum districtu et diocesibus a Lemo inferius versus pola, ut in dicto Instrumento emptionis et venditionis plene continetur. Generaliter de omnibus aliis feudis quae olim antecessores predicti domini Petri habuerunt et tenuerunt in Pola et Polisana quoque modo et causa a progenitore ipsius Domini Comitis, secundum formam juris, jure recti et legalis feudi cum nominibus suis spalmantes. Idem dominus Comes in manibus ipsius domini Petri in signo pure et vere investitionis pleniter investivit p. q. vero feudo et pro quibus feudis et aliis bonis superius nominatis et vassallis idem dominus Petrus et sui heredes pro se et dicto domino Na-

10000100

Conti di Castro Pola.

1180. BONIFACIO.

1211. Patriarca Volchero investe i Sergi di Sissan, Turtiglian e Turrimboragio col mero e misto impero, li fa suoi Vicarî, dà loro diritti in Valle, Rovigno, due Castelli, S. Vincenti.

1211. GALVANO.

MONFIORITO. GLICESIO. NASCINGUERRA I. SERGIO I.

IL CAVALIERE.

1224. Fa violenza al Vescovo di Parenzo in lite per due Castelli.

1265. Monfiorito, Glicestio, Nascinguerra e Sergio Castropola comprano il feudo di S. Appollinare.

1268. Sergio fatto capitano del popolo. Instituzione di questa carica.

1271. Congiura dei Gionatasî il venerdì santo, Sergio fanciullo che poi fu Sergio II salvato dai Francescani.

1278. Fatto Ricario del Patriarca, ottiene la custodia di due Castelli.

1285. Muore. I tre Castropola chiedono al conte Alberto d'Istria la investitura del feudo di S. Apollinare.

NICOLÒ. PIETRO. NASCINGUERRA II. detto Fiorella.

1289. I tre Castropola chiedono investita al Patriarca Raimondo della Torre dei feudi che rilevavano dalla chiesa Aquilejese.

1289. Era capitano di Pola.

1299. Nicolò, Pietro e Nascinguerra vengono reinvestiti dal Patriarca Pietro Ottobono dei feudi aquilejesi.

1302. Nicolò, Pietro e Nascinguerra vengono reinvestiti dal Patriarca Pietro Ottobono dei feudi aquilejesi.

1305. Fatto Capitano-generale e perpetuo di Pola.

Impresa dei Castro Pola.



130.. Investiti de Regalibus et officio Regaliae di Pola.

1305. I due Castro-Pola ottengono conferma da Enrico conte d'Istria del feudo di S. Apollinare.
Enrico assunse in quest'anno il governo.

1305. Sergio console maggiore in Valle.

1312. Muore.

NASCINGUERRA III. SERGIO II.

1312. Fatto Capitano-generale e perpetuo di Pola.

1312. Hanno il feudo Morosini di Pola.

1316. Capitano di Pola.

1319. Hanno investitura dei feudi Aquilejesi dal Patriarca Pagano della Torre.

1328. Acquistano qualcosa in due Castelli. Cessa in Pola la carica di Capitano del popolo.

1329. Chiedono rinnovazione del feudo Morosini, non l'ottengono.

1330. Condannati ad indennizzare il conte d'Istria per la distruzione di Barbana.

1331. *Fulcherio*, che non intervenne ad atti, noto solo per la cacciata, figlio di Glicesio.

1331. Cacciati da Pola e confinati a Treviso insieme a Fulcherio figlio di Glicesio.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

sentialiter ad petitionem Dominorum Marci Ramphi et Ottoboni q. D. Ottoboni Sindicorum Communis Tergesti et dictorum D. Potestatis, Curie et Consilii innovavit ipsum Contractum et Gastaldionatum et alia contenta in eo, salvo quod non juraret, nec de evictione promitteret quecumque alia que non faciebant ad fictum nec erant sub balia, aliter aptarentur: et ubi dicebatur: promittens dictus D. Episcopus & diceretur *promittentes dicti D. Episcopus et Commune etc.* et ubi dictur: *obligans etc.* diceretur *ipsi obligantes ad invicem etc.* Item predicti Sindici D. Marcus et D. Ottobonus dederunt sindicario nomine Communis et hominum de Tergesto ibidem presentium quamdam domum positam juxta portam Riburgi, que appellatur Domus Mute, sive ejusdem domus redditus et provventus predicto D. Episcopo et Episcopatui in recompensationem cujusdam juris quod habet Episcopatus super curribus et marangonibus de foris venientibus. Ita tamen quod predicta habeant effectum et teneant si dictum Castrum suum et domus sive pretium ipsius domus pro ipsa annuatim in ipsius D. Episcopi manibus essent, et liberaliter devenirent.

Ego *Justus* Ade Imperiali Auctoritate Notarius predictis omnibus interfui et rogatus scripsi.

Ego *Johannes* Dotolatus Imperiali Auctoritate Notarius predictis omnibus interfui et rogatus scripsi.

Il diploma citato nel presente documento è precisamente quello del 1295 del Vescovo Odolrico o Volrico de Partis col quale aveva affrancato per danaro il Comune di Trieste; della stessa data e dello stesso Rogito notarile è altro diploma col quale veniva dato il castello di Montecavo in custodia al Comune di Trieste; ad ambidue questi documenti si richiama la Carta presente, della quale possiamo dubitare abbia avuto effetto, stabile no certo, dacchè accumularonsi tosto gravissime cose che grandemente turbarono la pubblica pace. Quel Marco Ranfo ucciso a furore di plebe, di popolo e di patrizî, siccome ribelle a Trieste e nemico della pubblica libertà (come allora intendevano) figura in questa Carta come Sindaco e Procuratore della città, per accordare quelle cose, che poco stante certamente non si vollero dal popolo.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

constituentes in eadem ecclesia Polensi Vicarium, cui obedire clerum et populum temeritate propria compulerunt. Prebendam quoque, quam idem Episcopus sicut unus ex Canonicis Polensibus in eadem ecclesia percipere consuevit, per violentiam subtrahentes eidem auxerunt in eadem ecclesia Canonicorum numerum contra ipsius ecclesie statuta et canonicas sanctiones, eodem Episcopo minime requisito: prebendas vero ipsius ecclesie, et nonnullas ecclesias Polensis diocesis apud sedem predictam vacantes de facto, cum de iure nequiverint, contulerunt. Ac ipsi et sequaces et complices supradicti, et consanguinei eorumdem ... Potestatem, Consules et Commune Civitatis Polensis adeo contra dictum Episcopum pravis eorum suggestionibus concitarunt, quod nonnulla bona eiusdem Episcopatus mobilia et immobilia, ac privilegia fructusque, redditus et proventus ad Episcopum et ecclesiam supradictos spectantes nequiter occupantes, quedam etiam saisiverunt, et illorum aliqua in proprie salutis dispendium, et ipsorum Episcopi et ecclesie grave preiudicium dampnabiliter occupata et saisita detinere presumunt: diversa insuper statuta ac proclamationes facere contra ecclesiasticam libertatem, multaque alia gravia tam predicti quam alii singuli Canonici et Capitulum ecclesie supradicte ac Rector, sequaces, Potestas et Consules memorati contra dictos Episcopum et ecclesiam committere sunt conati, et adhuc inferre non desistunt eisdem, que in divine maiestatis offensam et contemptum apostolice sedis redundare noscuntur. Propter que dictus Episcopus et Iohannes de Fidelibus, tuuc eiusdem Vicarius, in eosdem Canonicos, Rectorem, complices, sequaces, Potestatem et Consules excommunicationis, in dictum vero Capitulum suspensionis, et Universitatem prefatam interdicti sententias protulerunt iustitia exigente: et quia prefati Capitulum et nonnulle ecclesiastice persone exempte et non exempte civitatis et diocesis Polensis servare interdictum huiusmodi contempserunt, prefatus Epus. singulares de ipso Capitulo et alias personas huiusmodi prebendis et beneficiis, que tunc temporis obtinebant, processu legitimo servato privavit: quas quidem sententias Canonici, Rector, Capitulum, complices et sequaces, Potestas, Consules et Universitas supradicti sustinuerunt per annum et amplius, et adhuc sustinent animis induratis. Quia vero tante temeritatis excessus nolumus, prout etiam nec debemus, sub dissimulatione transire, fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel alter vestrum per vos, vel per alium seu alios Venetiis Castellane diocesis, vel alibi in districtu Venetiarum, vocatis qui fuerint evocandi, super premissis tam ex officio quam alias, prout vobis iustum videbitur, ac summarie, de plano, sine strepitu et figura iudicii procedentes, eos, quos inveneritis dictorum excessuum notorios patratores, sicut pro notoriis puniatis: super aliis vero diligentius inquirentes illos, quos reperitis in premissis fore culpabiles, vel interdictum huiusmodi non servantes, pena debita percellatis iuxta canonicas sanctiones. Excommunicationis vero, suspensionis et interdicti ac privationis sententias supradictas, si eas inveneritis rite latas, faciatis auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Et nichilominus ea, que de bonis ad mensam ipsius Epi. spectantibus premissorum occasione, vel quocumque modo alienata inveneritis illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem mense, et insuper quicquid inveneritis in ipsius Episcopi preiudicium temere attemptatum, postquam idem Episcopus iter arripuit ad sedem veniendi predictam, in statum debitum legitime revocare curetis, Contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Non obstantibus constitutionibus tam felicis recordationis Bonifacii pape VIII. predecessoris nostri, qua cavetur, ne quis ultra unam dietam a finibus sue diocesis ad iudicium evocetur, quam de duabus dietis edita in concilio generali, dummodo quis ultra terciam vel quartam dietam extra suam diocesim auctoritate presentium ad iudicium non trahatur. Datum Pictavis Kalendis Novembris, Pontificatus nostri Anno Secundo.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

de voluntate dicti nostri Capituli Cassamus, et ipsam cassam et nullam, ac nullius valoris esse, et fuisse, perpetuo nunciamus. Caeteris ordinationibus, et statutis ipsius Ecclesiae de Canipariis, et aliis Vulnerantibus jus Canonicum in suo robore duraturis.

Item quia cupimus Divinum cultum potius augeri, quam minui, et attendentes, quod dicta Ecclesia cupit facere Filios eruditos, de voluntate dicti Capituli, ac consultissima ordinatione sancimus, et auctoritate praesentis Costitutionis ex nunc irrevocabiliter concedimus, quod si aliquis Canonicorum Ecclesiae Parentinae causa eundi ad studium litterarum, vel quavis alia rationabili causa noluerit, aut nequiverit in ipsa Parentina Ecclesia, ... faciat per suum Procuratorem, vel Vicarium idoneum libere desservire. Quod si in hac parte aliqui fuerint contrarii vel rebelles publice, vel occulte per continum biennium ab Officio, et Beneficio, quod obtinent in Ecclesia Parentina supsensi ipso facto existant.

Item ad restandam iniquorum perversitatem nescientem abstinere a vitiis, nec nebito modo gaudere concessiones licet Canonica constitutione decretum existat, ut nullus eligatur in aliqua Ecclesia, aut recipiatur ad vacantem Praebendam, nec electionem debeat fieri Praebendarum, scilicet duos recipere ad unam Praebendam, cum vacat, per importunitatem nimiam, et ambitionem improbam ut plurimum justitia vulneratur, et Ecclesiae, et Prelatis gravamine plurima, hoc perpetuo edicto sub debito juramenti sancimus, et districte mandamus, ne quis mortem Proximi assectare videatur, quod de caetero nullus eligatur, vel recipiatur in aliqua Ecclesiarum nostrae Civitatis, et Dioecesis in canonicum sub aliqua forma, vel palliatione verborum, per quam viam directe, vel indirecte ad vacaturam aperiatur nisi in praesentiarum ibidem vacet Praebenda, nec ad Prebendam vacantem nisi solus unus pure eligatur per illos, ad quos expectat electio, cujus electionis examinationem, et confirmationem ad Nos, et Successores Nostros, seu infirmationem tam de jure, quam de consuetudine pertinere, et pertinuisse censemus, et nisi per Nos, vel vice nostrum Geremtem ipsa electio examinata, vel infirmata, et si secus facta fuerit, ut dictum est, auctoritate presentium revocamus, et omnino viribus vacuamus; trasgressores publice, vel occulte, perjurii labe ipso facto fore involutos, et omni beneficio, quod in ipsa Ecclesia obtinent per triennium continuum fore suspensos.

Publicatae fuerunt praedictae constitutiones, autenticatae, et approbatae in publica Synodo per praedictum Dom. Episcopum, et Capitulum Parentinum, et confirmatae per universum Clerum Dioecesis Parentinae, praesentem, et volentem, et consentientem sub MCCCX, Indictione VIII, die X exeunte Novembris. Actum Parentii in Ecclesia S. Andreae, praesentibus Testibus vocatis, et rogatis providis, et discretis viris D. Fr. Mainardo Abbate Monasterii S. Petri de Sylva, Fr. Marco Abbate S. Michaelis de Valle, Fr. Girardo Priore S. Michaelis de Lemo, Presbytero Dominico Plebano Montonensi, Presbytero Cursino Praeposito Rubini, Fr. Rizzardo Abbate Monasterii S. Michaelis de sub Terra, Presbytero Nicolao Plebano de duobus Castellis, omnibus Dioecesis Parentinae Petro Mauro Clerico, et aliis in cujus rei testimonium idem Dom. Episcopus Parentinus mandavit praesentes Constitutiones Sigilli Vicariatus Parentini impressione muniri.

Ego *Franciscus* qu. Magn. Beniamini Medici artis Phisicae de Parentio Imperialis Auctoritate Notarius praedictas Constitutiones, et Statuta, et omnia, et singula scripsi, et eorum publicationi, et ratificationi interfui, et de Mandato, et auctoritate praedicti Dom. Episcopi in publicam formam redegi, et meo signo, et nomine roboravi

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

etiam a Sede Apostolica non posset, nec deberet benefitium Parentinum in absentia impetrare, et quod talis gratia etiam a Sede ipsa concessa, eo ipso viribus omnino carere, et impetrans ipso facto perjurium incurreret, quia par in parem non habet imperium, praedictam constitutionem immo abusionem de voluntate dicti nostri Capituli cassamus, et ipsae cassae, et nullae, ac nullius valoris esse, fuisse, perpetuo nuntiamus; caeteris ordinationibus, et statutis ipsius Ecclesiae de caniparíis et aliis non vulnerantibus jus Canonicum, in suo valore duraturis.

Item, quia cupimus Divinum cultum potius augeri, quam minui, et attendentes, quod dicta Ecclesia cupit habere filios eruditos, de voluntate dicti Capituli, ac consultissima ordinatione sancimus, et auctoritate presentis constitutionis, ex nunc irrevocabiliter concedimus, quod si aliquis Canonicorum Ecclesiae Parentinae, causa eundi ad studium litterarum, vel quavis alia rationabili causa, noluerit aut nequiverit in ipsa Parentina Ecclesia personaliter residere, loco sui, et pro se possit in ipsa Ecclesia ut faciat per suum Procuratorem, vel Vicarium idoneum libere deservire; quod si in hac parte aliqui fuerunt, vel rebelles publice, vel occulte per continuum biennium ab offitio, et Benefitio, quod obtinent in Ecclesia Parentina suspensi ipso facto, existant.

Item ad restandam iniquorum perversitatem nescientem abstinere a vitiis nec debito modo gaudere concessiones, licet canonica constitutione decretum existat ut nullus eligatur in aliqua Ecclesia aut recipiatur ad vacantem Praebendam, nec sectionem debeat fieri Praebendarum, scilicet dum recipere ad unam Praebendam, cum vacat per importunitatem nimiam, et ambitionem improbam, ut plurimum justitia vulneratur, et Ecclesiae et Praelatis gravamina plurima, hoc perpetuo Edicto sub debito juramenti sancimus, et districte mandamus, ne quis mortem Proximi affectare videatur, quod de caetero nullus eligatur, vel recipiatur in aliqua Ecclesiarum nostre Civitatis et Diocesis in Canonicum sub aliqua forma, vel palliatione verborum, per quae, via directa, vel indirecta ad vacaturam aperiatur, nisi in praesentiarum ibidem vacet Praebenda, nec ad Praebendam vacantem, nisi solus unus pure eligatur per illos, ad quos expectat electio, cujus electionis examinationem et confirmationem ad nos, et successores nostros seu infirmationem tam de jure, quam de consuetudine pertinere, et pertinuisse censemus, et nisi per nos, vel vicem nostram gerentem, ipsa electio examinata, confirmata vel infirmata, et si secus facta fuerit, ut dictum est, auctoritate praesentium revocamus, et omnino viribus vacuamus; transgressores publice, vel occulte perjurii labe, ipso facto, fore involutos, et omni benefitio, quod in ipsa Ecclesia obtinent per triennium continuum fore suspensos. Publicatae fuerunt praedictae constitutiones, autenticate, et approbate in Publica Synodo per praedictum Dnum. Episcopum et Capitulum Parentinum, et confirmatae per universum clerum Diocesis Parentine presentem, et volentem, et consentientem sub M.CCCX, Indictione octava, die decimo exeunte Novembri.

Actum Parentii in Ecclesia Sancti Andreae praesentibus testibus vocatis, et rogatis providis, et discretis Viris Dno. Fratre Mainardo Abbate Monasterii S. Petri de Sylva, Fratre Marco Abbate S. Michaelis de Valle, Fratre Girardo Priore S. Michaelis de Lemo, Presbytero Dominico Plebano Montonensi, Presbytero Cursino Praeposito Rubini, Fratre Rizzardo Abbate Monasterii S. Michaelis de sub Terra, Presbytero Nicolao Plebano de duobus Castellis, omnibus Diocesis Parentinae, Marco Clerico, Mattheo dicto Libusgna, Petro Mauro Clerico, et aliis. In cujus rei testimonium idem Dnus. Episcopus Parentinus, mandavit praesentes Constitutiones sigilli Vicariatus Parentini impressione munivi.

Ego *Franciscus* qm. Magistri Boniamini Medici artis phisicae de Parentio Imperialis aule Notarius praedictas constitutiones, et statuta, et omnia, et singula scripsi, et eorum publicationi, et ratificationi interfui, et de mandato, et auctoritate praedicti Dni. Episcopi in publicam formam redegi, et meo signo, et nomine roboravi.

Carlo Defranceschi.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

10000100

10000100

antedictis infra dictos confines utilia et proficua videbuntur. Et que idem dominus Episcopus facere posset, constituens eundem dominum Marcum velud procuratorem in rem suam. Et ponens eum in locum suum ut amodo et deinceps possit dictis juribus uti, et ipsa jura habere tenere gaudere et possidere, volens et mandans idem Dominus episcopus quod etiam dicta licentia gratia contineatur expresse quod sique persone invenirentur rebelles et contradictores contra latam sententiam predictam per predictum dominum Patriarcham et scriptam per predictum Henricum notarium sub millesimo ducentesimo tertio indictione sexta die vero quarto intrante novembris possit ipsas in juditio convenire, et ab ipsis penam in dicta sententia contenta petere et exigere cum dapnis etiam expensis ac interesse quemadmodum ipse dominus Episcopus facere posset. Quam quidem gratiam licentiam auctoritatem et parabulam et omnia et singula supradicta idem dominus Episcopus ad voluntatem suam nomine dicti Episcopatus et ecclesiae Sancti Mauri eidem domino marco, promisit firma et rata habere tenere observare ed adimplere sub pena et obligatione omnium bonorum Episcopatus et ecclesiae parentinae.

Et ego *Franciscus* de parentio Imperiali auctoritate Aule notarius et tunc Notarius dicti domini Episcopi, hiis omnibus interfui rogatus, et de mandatu et auctoritate dicti domini Episcopi omnia predicta scripsi et roboravi. Data licentia mihi Notario ab ipso domino Episcopo faciendi et reficiendi hoc instrumentum semel et pluries ad sensum unius et plurium sapientum non mutando summam facti. quamvis foret in jure productum.

Marchese Gian Paolo dei Polesini.

Di bella importanza si è questa Carta per la ricognizione dell'agro proprio di Parenzo, o terra di S. Mauro, che si dice donato alla Chiesa parentina dalla Azica Contessa degli Istriani, od Elica, centosessanta anni in precedenza, figlia della Contessa Wilpurga, Madri delli Istriani (così si intitolavano) di nobilissimo lignaggio. Questa Contessa Elica avrebbe donato la Chiesa di Parenzo dell'agro intero, la Chiesa triestina del Castello di Caliseto, e l' Abbazia di S. Michele di Leme; sepolta in Arca, tra Fontane e Foscolino, al confine; come la madre sua era sepolta all' altro confine, fra Foscolino ed i Pozzuoli di S. Giusto presso Storieh, certamente su propria terra, quasi a custodia dei limiti di quella.

L' agro proprio di Parenzo era stato riconosciuto nel 1203 da Patriarca Volchero, Marchese d' Istria; la Carta fu pubblicata nelli *Annali dei Camaldolesi*, siccome tratta dall' Archivio di S. Michele di Murano, ristampata nel giornale *l' Istria*. La Carta che diamo è originale e di scrittura sì distesa da precisare molte cose che nella stampa degli Annali sono diverse. Apprendiamo che le ville di Vissignano e Mondellebotte passarono a Montona per aquisto fattone, venendone così escorporate dall' agro parentino; apprendiamo che non Digliano, ma Adigliano era luogo di confine sul territorio di Santa Maria di Campo, nome che riconosciamo romano e di FVNDVS ATILIANVS; apprendiamo essere il *Muglione* del diploma 1203, compendio di Muriglione, distesamente scritto nella Carta presente. Questo Muriglione va cercato in Abrega alla punta del Dente ove si veggono ruderi antichi e molo marino, e muraglie, nel sito che dicono Santa Marina, della quale contrada faceva e fa parte il sito di *Lorone*, ove stava amplissima figlina di proprietà della famiglia dei Cesari; il nome di *Lorone* sembra sproposito di pronuncia plebea di Muriglione. La voce stessa Muriglione si manifesta romana, e verrà recata, per altri ajuti che si sperano, a retta lezione.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

quod omnes lites, et questiones qualescunique fuerint olim inter dominos Ugonem de Duyno, et Detalmum de Villalta et nunc sint, vel esse videantur inter predictum dominum Rodulphum, et nepotes, et Artrusinum, et fratres, sint et esse debeant casse, et vane, et quod omnia debita quocumque modo contracta, et omnes fidejussiones qualitercumque facte, inter predictos dominos Ugonem, et Detalmum, cassa, irrita, et nullius penitus sint momenti. Item volumus, et precipimus, quod omnia Instrumenta, que predicti Artrusinus, et fratres habent supra facto Zuyns, et aliis debitis, fidejussionibus dictos dominos Ugonem, Rodulphum, et nepotes tangentibus sint, et esse debeant cassa, et vana, et nullius penitus firmitatis existant, et predicta Instrumenta predicto domino Rodulpho et suis nepotibus redere teneantur, reservatis in se aliis Instrumentis venditionum de Cavoryacho, et aliorum bonorum ad ipsos spectantibus, prout superius continetur. Item volumus mandamus, et reservamus quod si aliqua obscuritas, vel ambiguitas supra predictis apareret quod dictam ambiguitatem, et obscuritatem predictus dominus Odolricus possit, et debeat cognoscere, interpretare, declarare, ellucidare et difinire usque ad annum, supra facto autem masnate si qua questio inter partes moveretur, aut oriretur dictus dominus Odolricus usque ad predictum terminum, sub penis in compromisso contentis, possit, et valeat arbitrari, et definire, volumus etiam, et mandamus quod omnia et singula quae superius continentur per partes predictas sub penis in compromisso contentis inviolabiliter observentur. — Millesimo trecentesimo terciodecimo, Indictione XI. Die quartodecimo exeunte Mense Madii, presentibus Venerabile Viro domino Gyllono Archidiachono Ecclesiae Aquilegensis, dominis Varnero de Cucanea Canonico Aquilegense, Durgango de Mels, Johane qm. domini Vorli de Sorfinberch, Ulvino qm. domini Candidi de Civitate, Odolrico, et Simone fratribus filiis qm. Henrici de Budrio Testibus, et aliis ad hoc vocatis, et rogatis, actum in Villa nova sub Bogolario carta cum omni melioramento.

Questo Documento contiene un aggiustamento per sentenza di arbitri tra Rodolfo Signore di Duino e nipoti da una parte e i Signori di Villalta loro affini dall'altra, per la qual sentenza questi devono rilasciare ai primi la tenuta e luogo di *Zuino* nel basso Friuli (ora Torre o Castello di Zuino) come era stato posseduto da Federico di Caporiaco e Detalmo di Villalta.

Le famiglie di Caporiaco e Villalta appartenenti ai *Nobili Liberi* del patriarcato d'Aquileja, nascono da uno stesso ceppo. Un Federico di Caporiaco è nominato fin dal *1112*. L'Abbate Bini (Lettera genealogica Udine 1863) deriva da Ausfrido *de Reunia* usurpatore del Ducato Longobardico del Friuli nel 693 e capo della casa di Ragogna, le altre famiglie degli antichi feudatari di Osopo, Braulino, Forgaria, Flagogna, Pinzano, Zegliacco, Socchieve e Susans come ancora quelle di Toppo, di Brazzano inferiore, di Villalta, di Caporiaco e di Castello, i quali ultimi nel XVI secolo solamente assunsero sull'appoggio di ipotetiche genealogie il cognome di *Frangipani*. Alle sunnominate famiglie, colla scorta del presente documento dobbiamo aggiungere quella di Duino.

L'asserzione dell'erudito Bini riceve conferma da più documenti da cui apparisce il legame di quelle famiglie appartenenti alla schiatta dei dominatori. La fusione delle schiatte è ora come completa nei paesi di stirpe latina. Nei paesi tedeschi è ancora ben lontana.

I Signori di Duino nel 1343, 16 Decembre (Cod. dipl. Istr. ad annum) vendettero ai Signori di Strassoldo il vasto possesso di Zuino. Nel 1344 il 5 Gennajo, in Duino, Ugo detto Ughezza del q. Ughezza di Duino per sè e per Rodolfo di Duino suo consanguineo e per Ugo figlio pupillo del qm. Giorgio di Duino, crea Procuratori a vendere per 855 marche di soldi al Cav. Federico qm. Costantino di Savorgnano, la villa di Zuins colla motta e beni di Ronchialis, la villa di Fur-

10000100

10000100

10000100

debebant, dicentes quod stabant formae ad id quod juratum fuerat et si non contentabatur de hoc dictus Dominus Marcus ipsi ut praedictum est offerebant se jurari facere fidelitatem ipsam secundum formam pactorum ut dominus Dux bene posset cognoscere voluntatem eorum et qualiter fide et opere sunt Domini Ducis. Qui dictus Dominus Marcus Siboto dixit eis quod hoc non sufficiebat ad requisitionem quam ipse fecerat eis, ideo eis denunciabat et protestabatur quod ipsi non observant pacta domino Duci nec jurant fidelitatem ut praedictum est. Actum Tergesti in palatio comunis in Sala Majoris Consilii. Interfuerunt ibi testes Dominus Vitalis Pavelia Notarius dicti Comunis Tergesti et Ser Odoricus de Tefania de Justinopoli, Zaninus de Pistorino de Venetiis qui est supra portu de Justinopoli et Dominus Servadeus Rubens quod dicitur Gliranius et aliis testibus ad hoc vocatis specialiter et rogatis.

Ego Maffeus filius qm. Domini Symonis de Civitate Mediolani Imperiali auctoritate Notarius hiis omnibus interfui et rogatus scribere scripsi.

Millesimo trecentesimo tertio decimo die tertio septembris inditione duodecima. Dominus Fulcherius de Vlasperch Miles procurator egregii viri Domini Henrici Comitis Goritiae ut patet per pubblicum instrumentum scriptum per Antonium civitatensem imperiali auctoritate Notarium in millesimo trecentesimo tertio decimo inditione undecima die nono exeunte augusto in civitate Austria Aquilejensis Dioecesis, juravit Domino Johanni Superantio inclito Venetiarum Duci fidelitatem ed obedientiam in anima ipsius Domini Comitis Goritiae.

Quest' anno 1313 fu l' anno dell' esterminio dei Ranfi accusati di tradimento e di voler togliere lo stato di Trieste. Non è noto ancora in quale mese preciso avvenisse ciò, nei primi quattro mesi Giovanni Ranfo figlio di Marco era in Magistratura; nel Marzo 1314 Marco era già ucciso, non sarebbe fuor di luogo credere che lo fosse al principio della metà dell' anno, nel mese di Agosto, tempo di rinnovazione delle cariche.

Nel 1310 erasi fatta pace tra Venezia e Trieste, della quale non è noto il contenuto. Al tempo della così detta congiura dei Ranfi, Vescovo Pedrazzani era in Venezia, presentatosi al Senato per rivendicare i suoi dominî di Sipar, e se al Leone Veneto chiedeva ciò, poteva supporsi che facesse domande per Trieste. Da qui la renitenza dei Triestini a prestare il giuramento. Era Capitano di Trieste per un triennio il Conte Enrico di Gorizia, di partito ghibellino, come lo era Trieste. Lo prestò lui, certamente mentre fu sicuro dei fatti proprî. È questo quell' Enrico il cui nome fu posto in fronte alli Statuti della città, ai quali fu falsata soltanto la data, posta quella del 1150, non curando o non sapendo rilevare se a quell' epoca vi fosse un Conte di Gorizia di nome Enrico.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

10000100

Anno 1314.

.... Januarii, Indictione XII. In domo ante portam Castri Duini.

Rodolfo di Duino rinuncia in testamento all' avvogaria della villa di Pieris all' Abbate di S. Martino della Beligna.

(Da MS. del Canonico Bertoli).

In nomine Dei eterni amen. Anno ejusdem millesimo tercen-tesimo quarto decimo, Indictione XII ..... Januarii actum in domo ante portam castri presentibus Dno. Mattheo Judice Fluminis, Wolfgango ..... Conrado de Felkenmarckha scriba dominorum de Duino e Petrusio de Tarcento, Hermano Esen.... Hermano de Lipa testibus et aliis quam pluribus fide dignis ad hoc vocatis et rogatis.

.... Miles dominus Rudolphus de Duino felicis recordationis ac pie memorie in lectulo infirmus.... bona et satis perfecta ratione divina favente gratia frueretur, de omnibus iis que contra Deum et justitiam .... totis temporibus vite sue se cum bona et pura conscientia, et corde contrito et humiliato .... rationabiliter fecit et condidit testamentum, et hoc esse voluit suam ultimam voluntatem .... per suos heredes et successores firmiter observari dans inter caetera domino Nasiguerre nepoti suo strictius in mandatis quod avocatiam et omnia jura quae prenominatus dominus Rodulphus de Duino habet .... potestatem in villa de Petrie que in theutonico Steindorf nuncupatur, debeantur manumittere et .... libere et absolute resignare et refutare et renuntiare eisdem juribus omnibus et re .... ipsius et in remissionem omnium suorum peccatorum unde predicti domini Nasinguerra et Ugo de Duino desid.... et affectantes tanquam filii obedientie predicti domini Rudolphi patrui eorum et domini parere et odedire mandatis et ipsius prout ordinaverat exequi testamentum dederunt et resignarunt predictam avocatiam et jura predicta de comuni voluntate in manibus reverendi Patris et domini domini Matthie venerabilis abbatis Ecclesie Belliniensis recipientis per se et ecclesia sua predicta ad habendum, tenendum, gaudendum et possidendum dictam advocatiam et jura predicta in quieta et pacifica possessione a die presenti in antea et in ipsis bonis perpetua gaudere libertate deinceps et predictus dominus abbas propter hujusmodi libere donationis gratiam et libertatem sibi et ecclesie sue predicte per prefatos dominos data et concessa remisit prenominato domino Rudolpho omnes obliquitates injurias et offensas quas sibi et ecclesie Sancti Joannis de Carsis fecerat usque ad presentem diem.

Promiserunt insuper antedicti domini de Duino per se et eorum successores et heredes fide manuali prestita .... et nomine sacramenti et sub obligatione omnium bonorum suorum mobilium et fixorum tam presentium quam futurorum cum refutatione dampnorum litis et interesse et expensarum omnium exinde competentorum et competentarum, vel extra de dicta advocatia et

juribus predictis a modo se non intromittere, et abbatem et ecclesiam **Beliniensem in dictis** bonis non aggravare nec facere aggravari per se vel quamcumque aliam **personam imo potius** ipsa bona pro viribus defendere ac tueri promittentes nomine quo supra, et singula **in hoc testamento** contenta non contrafacere vel venire aliqua ratione dolo ingenio sub pena **superius posita et** expressa que pena soluta vel non hec presens manumissionis, libere donationis ac **perpetue libertatis** carta nihilominus semper obtineat firmitatem.

Ego *Chunradus* imperiali auctoritate notarius predictis omnibus **interfui et rogatus** scripsi meoque signo apposito roboravi.

K.

Stemma dei Duinati.

(Da Carta del Bini favorita dal Dr. Ant. Joppi, con aggiunte).



Dietalmus 1139

Woscalcus 1158 · 1161

Stephanus 1158 · 1166
1188 · 1215
Adelmota

Cono 1188 · 1194

Woscalcus 1188
1238 · Ministeriale

Henricus 1188

Hugo 1188

Henricus 1260

Rodulphus
1257

Dietalmus 1303
1306 †

1270 Wilhelmus

1269
Hugo 1277

Wolfango 1312

Nassimbene
1314

Nassinguerra
1312
1314

Hugo
1301
1329

Vicardus
1314

Ugeza

Ugolinus
1344

Johannes
1337
1385

Georgius
1334 · 1339
1340
1341

Rodulphus
1343

Hugo
1344
1366

Gabriel

Henricus
1344

Hugo 1382

Ramberto 1391

Hugolinus † 1395

Catharina in Rodolfo di Walse

I Walse hanno i beni e le armi dei Duinati.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1314.

Veldtkirchen nel giorno seguente a S. Vincenzo (23 Gennaro).

Alleanza del Duca d' Austria Federico coll' Enrico Re di Boemia e Duca di Carintia, coll' Enrico Conte di Gorizia, e coll' Arcivescovo di Salisburgo.

(Dalle Storie austriache del Lichnowsky).

Wir Friderich von Gotes genaden Herczog in Osterreich vnd in Styr, Herre ze Kreyn, auf der Marich, vnd ze Portenowe Veriehen, vnd tuon chunt allen luten di disen brief ansehent oder horent lesen. Daz wir, mit vnsern lieben Oheim dem edeln Kunig Heinrich von Beheim vnd Herczogen ze Kernden, vnd mit Grafen Heinrich von Gorcz, vnd von Tyrole, durch gancz truve vnd lieb der wir an einander schuldig sin, vnd ovch mit dem ersamen Herren, erczbischof Wichard von Salczbuorg, ob er mit uns in den bunden, wil sin, vnd wir vns zuo einander verlubt vnd verbunden haben, von den winahten, di nvnehst hin sint, ze vier jaren, ze helfen vnd ze raten wider allermenichlich ane geuerde an alein wider daz Rihe. Vnd geben darnber disen brief, ze einem vrchunde versigelten mit vnserm hangundem Insigel. Der brief ist geben dacz Veltchirichen Ao. von Christus geburd sint ergangen. Druizehenhundert Jar vnd dar nah in dem vierzehentem Jar, an dem nehsten tag nah Vincenty.

Sigillo pendente.

L' Enrico del presente diploma è il figlio del Conte Alberto d'Istria, Conte d' Istria esso medesimo, padre del Giovanni Enrico minore di età alla morte del padre, del quale fu tutore l' Enrico Re di Boemia.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1314.

9 Marzo, Indizione XII. Trieste.

Aggiudicazione di una canova che già era di Marco Ranfo, ucciso dal Comune, al capitolo di Trieste, creditore di lui.

(Da originale dell' Archivio Capitolare di Trieste).

In nomine Dei eterni amen. Anno Domini millesimo CCCXIIII, Ind. XII, die nona intrante Martio.

Actum Tergesti in platea comunis, presentibus Jacobo domini Leman, Gregorio quondam Domini Ratulfi de Basilio, Michaele Alberti et aliis quam pluribus testibus ad hoc rogatis et vocatis.

Cum Capitulum majoris ecclesie tergestine habere debeat a quondam Domino Marcho Ranfo et suis bonis quindecim marchas solidorum pro restitutione magni calicis de argento indaurato ipsius ecclesie, duarum ampularum de argento et quatuor luminar. sive plastar. de argento que res fuerunt ad pondus quinquagintanovem unziarum argenti et ultra secundum testificationem et relationem domini presbiteris Andreae, decani ecclesie tergestine qui interfuit dicto ponderi argenti memorati, extimato quolibet pondere argenti indaurati quindecim grossos denariorum secundum cursum quod ubique fet. denari pondus argenti valere. Quae quidem res mutuate fuerunt olim dicto domino Marco pro denariis capituli antedicte ecclesie. Et nunquam predictas res vel aliquid predictarum olim D. Marcus supradicto capitulo redere procuravit ut plene constat omnibus de civitate terg. hoc verum esse. Ut etiam evidencius aparet ex publico instrumento manu q. Stefani not. sub millesimo CCCV, Ind. tercia, die quarta intrante mense aprilis ut in eo plenius continetur vigore cujus instrumenti data et concessa sunt eodem capitulo ecclesie memorate per dominium terg. plena licentia et libera potestas accipiendi intromitendi et ned... faciendi de bonis olim dicti domini Marci quibuscumque voluerit donec ad integram solucionem predictarum rerum perveniret secundum tenorem instrumenti manu Bandi de Judicibus confecti sub presenti millesimo et indictione die vigesimo intrante mense feb. ut in eo plenius continetur. Unde providi viri domini domini Montulus Munar, Vanzolus de Spagnoli et Geroldus Rubeus, ellecti in majori consilio ad ex ..... providendum et solucionem faciendi omnibus rationabiliter volentibus, a Ranfis et suis sequacibus banitis comunis et civitatis terg. et maxime illis quibus sententiatum fuerit per dominium tergestinum secundum reformationem majoris consilii vice et nomine comunis terg., et omni modo quo melius et firmius valere et tenere potest dederunt, refutaverunt et consignaverunt et extimaverunt supradicto capitulo majoris ecclesie, ex auctoritate et baylia eis a dicto majori consilio concessa secundum supradictam reformationem insimul cum domino Nicolao

Alberti merchatore in tergesto qui etiam habere debebat a dicto quondam **Marco Ranfo** novem marchas solid. ut aparet ex publico instrumento de una canipa sita in **contrata mercati** que olim fuit ipsius domini Marci quam ipse dominus Marcus emit a magistro **Sardio Mosteglio** scilicet quindecim marchas soldorum computantur pro precio et extimacione **supradicta Capituli.** Et in ea jus tantum habet contra capitulum pro ratione sua predictorum denario**rum in solutionem** et futurum pagamentum predictarum rerum sui argenti extimati. Et novem **marchae solidorum** computantur pro debito in dicta canipa predicti domini Nicholai Alberti, cu**jus hii sunt** confines ab uno latere possidet uxor quondam Domini Mathei de Monthona, et ab **alio adest via publica** et si qui sunt alii sui confines cum superioribus et inferioribus finibus **accessibus et excessibus** suis usque ad viam publicam cum omnibus et singulis suprase. et infrase. **habitis et habendis** integrum omnique jur et actione usu seu requisitione reali et personali et directa **olim dicto domino** Marco Ranfo pertinente de jure vel de facto dederunt refutaverunt consignaver**unt et extimaverunt** vice et nomine dicti comunis Tergesti dicto capitulo ecclesiae antedictae **dictam canipam** ut supra dictum est finem habere perpetuo atque tenere ex auctoritate qua supra **ad habendum,** tenendum et possidendum et quidquid sibi ac dicte ecclesie deinceps placuerit **perpetuo faciendum** omnia ut p. dexerit et quod infra hos confines plenius continetur pro precio **supranumerato** promitentes ipsi extimatores ex auctoritate qua supra eidem capitulo predicte **ecclesie tergestine** vice et nomine comunis Tergesti stipullatum dictorum dare refutacionem consig**nacionem** et extimationem eis in sua solutione ut supra dictum est dictam rationem et non **contrafacere** vel venire aliqua ratione vel causa, comuni vel divisim.

Ego *Martius* Imperiali auctoritate notar. hiis omnibus interfui **et rogatus subscrip.**

Marco Ranfo, nobile, vassallo vescovile, Presidente della Curia dei Vassalli in luogo e per delegazione del Vescovo, Magistrato del Comune di Trieste, era stato come è probabile intorno il Settembre 1313 dannato a morte fosse anche per sicario, dal Consiglio di Trieste, poi anche ucciso, siccome è manifesto dalli Statuti di Trieste, e dal presente documento. Lo Statuto 1319 nella Rubrica 38 .contiene parecchie disposizioni date in tempi diversi, sussunte nella compilazione del 1319 in una sola Rubrica. Nella prima, condanna alla perdita di tutti i beni ed alla morte quelli che trattassero di dare ajuto a Marco Ranfo ed ai di lui seguaci, e ricevessero lettere da loro senza presentarle alla Magistratura, e non potendoli pigliare, bando perpetuo. I Ranfi banditi perpetuamente, maschi e femine, i loro discendenti ed eredi, i loro seguaci ed eredi, se presi, i maschi verrebbero decapitati, le donne bruciate. Poi posta taglia di 400 lire a chi uccidesse i Ranfi, 200 pei loro seguaci, ed impunità per delitti purchè non omicidio. Bandite le figlie che erano in Trieste. Poi, ed è nella Rubrica **XLIII,** pena di 10 lire a chi maledicesse gli uccisori dei Ranfi.

Queste minaccie si ripetono nelli Statuti del 1350 e del 1365, nei quali Statuti si trovano altre notizie delli individui di questo Casato, il cui delitto è ancora involto (ora che scriviamo) in mistero, che speriamo venga svelato col rinvenimento di altri documenti. Certo fu il delitto contro l'onore e lo stato di Trieste, forse macchinando grave alterazione a quella che dicevano la libertà del Comune.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1314.

15 Settembre, Indizione XII. Trieste.

Vescovo di Trieste Rodolfo pronuncia caduta l'appellazione al Colloquio generale del Friuli contro sua sentenza che toglie ai Brati il feudo di Sipar.

(Bonomo, Monete dei Vescovi di Trieste).

In nomine Dei aeterni. Anno ejusdem Millesimo tercentesimo quartodecimo. Indictione duodecima, die Dominico, quintodecimo intrante mense Septembris. Actum Tergesti in Episcopali palatio Terg. praesentibus Dominis Praesbiteris Obicino de Brixia Cappellano infrascripti Domini Episcopi, Praesbitero Casto Canonico Muglae, Raymundino Canonico Tergestino, Magistro Bartolameo, Magistro Ognabene Inzenerio, et Donato Longobardo de Veneciis, Guigelmo Not. de Civitate, et Matthaeo ejus filio, Gregorio filio quondam Glizoi testibus, et aliis multis.

Ibidem Dominus Dominicus Zuylettus de Tergesto sedendo inter multos Vassallos Ecclesiae Tergestinae, de Tergesto, de Justinopoli, Mugla, Vincumbergo et aliunde super infrascriptis convocatos et congregatos solemniter, exhibita quadam litera Patriarchae Aquilegen. sibi portata antea ex parte ipsius Domini Patriarchae per Paponem Not. filium quondam Guarnerii Paponis de Justin. Procuratorem et procuratorio nomine Gregorii et Joannis de Brattis de Justin. coram ipsis Vassalis fecerit aperiri ipsam litteram. Ea autem ibidem aperta et lecta, cum dicti Gregorius et Joannes de Brattis non comparuissent, nec aliquis pro eis, pro ut idem Judex mandaverat praedicto Procuratori quando praesentavit sibi dictam literam Domini Patriarchae, quaesitum fuit quid juris et quare judicatum fuit comuniter quae deberent publice clamari, si Gregorius et Johannes de Brattis de Justin. vel ipsorum procuratores essent ibi vel aliquis pro eis, quod comparere deberent ad videndum ipsam litteram, et ad faciendum quod de jure foret faciendum, Dominicus Sam. de Tergesto, de jussu dicti judicis et commissione, eos alta voce primo, secundo, et tercio vocavit.

His autem non comparentibus, nec aliquo pro eis, Rndus. Pater Dnus. Rodulphus Epus. Tergest. praesens ibidem, per suum perlocutorem proponi fecit et dici, quod ipsi Gregorius et Johannes perdiderant Appellationem interpositam ad Dnum. Patriarcham praedictum prout in litteris ipsius Patriarchae continebatur, cujus tenor inferius adnotatur.

Et quare cum appellaverint ad Colloquium Generale, et Colloquium Generale post haec celebratum fuisset per Dnum. Comitem Goritiae in Civitate Austriae, tamquam Capitaneum et Vicarium in talibus Dni. Patriarchae in quo suam appellationem non fuerint persecuti, eam de

jure perdiderant, praesertim quare Colloquia Dni. Comitis praedicti et **Parlamenta sunt** Dni. Patriarchae, et Aquileg. Ecclesiae, ubi talia producuntur et expediuntur, **cum ipse sit** Capitaneus Generalis ipsius Dni. Patriarchae, et fungitur in talibus vice ipsius, et **sic comuniter observetur.**

Et quare dictus Judex quaesivit a Curia quid juris, per omnes **judicatum fuit,** quod si Dnus. Epus posset probare, quod post interpositionem dictae Appellationis **celebratum** fuisset tale Colloquium, ipsa Appellatio perdita erat et cassa, et nullius valoris.

Et quare Dnus. Epus. incontinenti per multos qui interfuerant **in dicto Colloquio,** et scire debebant et sciebant quid observabatur in talibus, legiptime probavit **et judicatum fuit,** ipsum Dnum. Epum. bene et sufficienter id probasse, ipsa Appellatio interposita **coram Dno.** Patriarcha judicata fuit per omnes cassa et nullius valoris; unde Dnus. Epus. fecit **quaeri a Curia** quid juris si aliquis amodo aliquid vellet dicere super quaestione loci Syparii.

Et judicatum fuit per omnes quod Bratti non deberent amplius **audiri, nisi prius** expensas factas restituerent Dno. Epo. supradicto.

Et quare dictus Dnus. Epus. fecit quaeri quid debeat esse de **violentia** sibi et Ecclesiae Tergestinae illata super loco Syparii, et dicto loco, et de possessione **ipsius loci** et villae et pertinentiarum suarum et quidem de expensis quas fecerat idem Dnus. **Epus. in causa** et quaestione praedicta per juditium ipsius Curiae judicatum fuit, quod ipse Dnus. **Episcopus** possessionem ipsorum loci et villae et pertinentiarum suarum libere habere deberet, **salvo jure** cujuslibet personae. Et per sententiam ipsius Curiae dati fuerint sibi nuntii. Dni. **Giroldus Rubeus,** et Vitalis Bajardus de Tergesto, qui ambo vel eorum alter deberet judicare et **ponere ipsum Dnum. Epum.** vel procuratorem ejus pro ipso in possessione dictorum loci et villae **Syparii** et pertinentiarum ejus. Salvo jure cujuscumque personae, et legiptima taxatione ibidem **perhabita** expensarum per dictum judicem et vassallos condemnati fuerint praedicti Gregorius et **Joannes** eidem Dno. Epo. in centum et quinquaginta libr. den. parvorum pro expensis factis **a tempore quo negotium** Curiae vassalorum incepit.

Tenor autem litterae Dni. Patriarchae quae fuit coram ipsis **vassallis aperta et lecta,** talis erat:

"Octobonus Dei Gratia Sanctae Sedis Aquilegen. Patriarcha. **Discreto viro Dominico** Zuileto de Tergesto Judici in causa Appellationis infrascrip. salutem. **Noveritis per praesentes,** quod super appellatione praesentibus introducta coram Nobis per omnes **habentes manum feudi in** nostra praesentia existentes, excepto uno solo, fuit sententialiter definitum: **bene sententiatum et** male appellatum; per illum unum solum non fuit sententiatum: **bene appellatum et male senten-**tiatum, a qua majori sententia Papo Not. filius quondam Guarnerii **Paponis de Justin. procurator** et procuratorio nomine dictorum Gregorii et fratris, sentiens se et **illos quorum est Procurator** gravari, ad nostrum Generale Colloquium appellavit, volens **minoris partis sententiam obtinere.** Dat. in nostro Castro Utini die vigesimo octavo mensis Augusti duodecimae Indictionis".

Item tenor cedulae inventae interclusae dictae literae Dni. Patriarchae, et **ibidem similiter** lectae, talis erat:

"Constitutis in juditio coram Dno. Dominico Zuileto de **Tergesto quem Reverendus Pater** Dnus. Epus. Tergestinus per laudum et sententiam vassallorum **suorum posuerat loco sui ipso** Dno. Epo., ex parte una; et Dno. Gregorio filio quondam Dni. **Almerici Brattae Militis de Ju-**stinopoli pro se ac Procuratorio nomine Dni. Johannis fratris sui, **pro ut ostendi et probavit ibi-**dem quodam publico Instrumento, ex altera. Dictus Dnus. Epus. **cum perlocutore suo proposuit** dicens, quod ad petitionem atque instantiam Dni. Potestatis et **Communis de Justin. ac etiam ad** requisitionem et mandatum Magnifici viri Dni. Ducis Veneciar. **ipse convocaverat et congregave-**rat, seu convocari et congregari fecerat ad hodiernam diem **Curiam vassalorum suorum; et simi-**liter citaverat, seu citari fecerat per litteras suas dictos fratres **Gregorium et Johannem, ut si sua**

crederent interesse, comparere deberent hodie in dicta Curia coram ipso vel aliquo qui positus esset loco sui, pro quaestione villae Syparii audituri et facturi supra dicta quaestione seu causa quod justitia postularet; quare dicebat, quod si dicti fratres super hujusmodi quaestione seu villa aliqua petere vel ostendere volebant, paratus erat eos audire ac facere quod justitia postulabat.

"Ad quae dictus Dnus. Gregorius pro se et Procurat. nomine supradicto propesuit dicens, quod licet ipse non teneatur comparuisse in tno. supradicto; cum non debuisset citari pro tali causa per literas, sed per nuntium habentem manum feudi; nihilominus tamen, quare sibi ac dicto fratri suo expedire credebat, non prorogare sed abbreviare potius quaestionem, dicebat quod dum olim Dnus. Johannes quondam Dni. Zanini Militis de Justin. ipsorum Avunculus ab antiquo tempore habuisset, tam ipse, quam pater suus ab Ecclesia Tergestina ad rectum et legale feudum villam et locum de Sypario, et de hujusmodi feudo idem Dnus. Johannes ab ipso Dno. Epo. investitus fuisset, placuit olim dicto Dno. Johanni conferre atque investire hujusmodi villam et locum de Sypario pro ut in se habebat ad rectum et legale feudum fratribus supradictis, qui fratres vivente quondam dicto Dno. Johanne per annum et dies et ultra per menses plures sine praejuditio habuerunt tenuerunt et possiderunt dictam villam et locum de Sypario pacifice et quiete. Mortuo vero eodem Dno. Johanne, infra debitum tempus venerunt ad praesentiam dicti Dni. Epi. humiliter postulantes se ab eodem dicto Dno. Epo. de hujusmodi feudo investiri prout et jus et consuetudo feudorum requirit. Cum dictus Dnus. Johannes nullum ex se praecedentem, vel qui alias in dicto feudo succedere debuisset, reliquisset haeredem; et hoc quidem fecerunt semel, bis et ter, cum debito ipsius intervallo; nec dictus Dnus. Epus. eos de hujusmodi feudo voluit investire; imo auctoritate propria, sine laudo et sententia ipsis fratribus tenentibus et possidentibus dictam villam, ipsisque ignorantibus et non citatis anno et die non expectato, ut debuit, se de dicta villa et loco de Syparo intromisit et eam indebite occupavit, propter quod dicebat dictus Dnus. Gregorius per se et Procuratorio nomine dicti fratris sui, quod de jure et consuetudine feudorum et patriae erat, quod ipsi de coetero non tenentur recognoscere vel habere dictam villam et locum ab ipso Dno. Epo., nec sibi per ea in aliquo obedire. Nihilominus tamen propter fidem et devotionem quam habet et habere intendit ad praefatam Ecclesiam de Tergesto, absque praejuditio jurium ipsorum fratruum hactenus acquisitorum quorumcumque, petebat, et petivit instanter dictus Dnus. Gregorius semel pro tertio per se et dicto fratre suo investiri a dicto Dno. Epo. de jure ipsorum feudi praedicti, salvo de jure cujuslibet personae.

"Qui Dnus. Epus. haec facere recusavit, dicens, quod ipse non tenebatur nec debebat ipsum vel ipsos de dicto feudo investire, rationibus infrascriptis. Primo videlicet, quod ipse Dnus. Johannes decessit sine haerede masculo, propter quod statim intromisit se de dicto feudo et ipsum mensibus pluribus pacifice et quiete possedit. Et qui erant super dicta bona, dixerunt se tenuisse et possedisse usque ad obitum dicti Dni. Johannis ipsa bona feudalia nomine ipsius Dni. Joannis. Et quare moris est in Episcopatu Tergestino, quod quicumque vult dare vel transferre aliquod suum feudum in aliqua persona debet ipsum feudum in manibus dicti Dni. Epi. libere resignare, qui Dnus. Epus. tunc habet ipsum investire. Item quare, nec dictus Dnus. Johannes qui dicitur feudum hujusmodi investisse, nec dicti Gregorius et fratres habuerunt nec habent manum feudi; et dato quod haberent, ipse Dnus. Johannes non potuit eos investire in praejuditium ipsius Dni. Epi. et Ecclesiae Tergestinae pro eo quod tunc temporis dictus Dnus. Johannes erat in articulo mortis constitutus, in quo decessit. Item pro eo, quod dictus Dnus. Johannes non remanebat vassallus dicti Dni. Epi. de aliquo feudo, nec poterat sibi deteriorare vassallum.

"Item quare idem Gregorius coram dicto Dno. Duce cessit dicto feudo, asserendo, se non habere aliquid facere in illo feudo, nec se de illo intromittebat.

"Item quare cum familia dicti Dni. Epi. esset in Sypario, ipsumque locum teneret pro dicto Dno. Epo., idem Gregorius et fratres venientes ad dictum locum cum hominibus armatis de

Justinopoli equestribus et pedestribus per mare et per terram quamplures de ipsa familia quasi ad mortem vulneraverunt; propter quod ipso facto privati essent de dicto feudo, si vassalli dici possent.

"Item quare dictus Gregorius et frater dicta bona feudalia Dno. Potestati, Consilio, et Communi de Justinopoli dederunt, et eos de ipsis investiverunt ad rectum et legale feudum quod de jure minime facere potuerunt, cum rectum et legale feudum non transeat ad Commune aliquod, nec ad aliquam incertam personam. Et propter hoc petivit etiam sibi fieri securitatem, quod si evaderet ab eis absolutus esset ab omni homine et persona. Supradicto Dno. Gregorio pro se et procurat. nomine supradicto allegante et dicente quod ante omnia tenebatur et debebat per dictum Dnum. Epum. investiri de jure suo feudi praedicti, nec non debebat et tenebatur aliquid respondere vel dicere de jure suo, cum diceret se ad dictum fratrem suum investitos fuisse de villa Syparo jure recti et legalis feudi a dicto quondam Dno. Johanne; ipsamque eo vivente, secundum quod praedicitur, possedisse pacifice et quiete.

"Dictus Dnus. Epus. replicavit et dixit quod dictus Dnus. Johannes eosdem Gregorium et fratrem de praedicto feudo Syparii supradictis rationibus et causis non potuit investisse nec ipse Dnus. Epus. tenebatur eos de dicto feudo investire causis et rationibus supra allegatis.

"Super quibus quaerente dicto Dno. Judice quid juris inde esset, sententiatum fuit per vassallos praedictos, quod dictus Dnus. Epus. non tenebatur nec debebat dictos fratres investire de jure aliquo feudi praedicti, nisi prius doceant et fidem faciant ipsi Dno. Epo. de jure sibi investito, ut dicunt per quondam Dnum. Johannem praedictum. Salvo eo quod idem Dnus. Epus. dicere et opponere voluerit contra jus hujusmodi investiturae, et videri et recognosci debebit per vassallos Curiae dicti Dni. Epi. utrumque investito facta per dictum Dnum. Johannem, valeat, aut non. Aut utrum etiam dicti fratres teneantur, et debeant praestare et facere securitatem petitam per Dnum. Epum. supradictum.

"A qua sententia dictus. Dnus. Gregorius per se, ac procuratorio nomine supradicto propter causas per eum allegatas sentiens se gravatum, Reverendi patris Dni. Ottoboni Sanctae Sedis Aquilegens. Patriarchae praesentiam appellavit.

"Dat. in Ecclesia Majori Terg. die decimo octavo mensis Augusti duodecimae Indictionis.

"Ego *Michael Ade* de Tergesto Imperiali auct. Not. praedictis interfui et rogatus scripsi."

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1314.

20 Novembre, Indizione XIII. Trieste.

Consegnazione a custodia della chiesa di S. Sabba, presso Silvola di Trieste.

(Archivio Capitolare di Trieste).

In nomine Dei eterni amen. Anno Domini millesimo tercentesimo quarto decimo, Indictione terciadecima, die vigessimo Novembris. Actum Tergesti in ecclesia majore tergestina in choro Sancte Marie, presentibus presbiteris Bernardo, Johanne de Padua Mansionariis terg., presbitero Obiano de Brisia, Blasio filio Vantuli, et aliis. Discreti viri domini Andreas Decanus, Justus Ade Archid., Warnerius, Gavius, Johannes, Raymundinus et Nicolaus canonici et capitulum predicte Ecclesiae ..... considerantes et videntes necessitatem Ecclesie Sancte Sabbate et eidem ecclesie volentes providere fecerunt et constituerunt Petrum de Willa custodem et eidem contulerunt liberam auctoritatem dictam Ecclesiam inluminandi aperiendi et claudendi et eam in custodia habendi, et omnes reditus dicte Ecclesie sibi proprios habendi ac gaudendi in vita sua, promittens dictus Petrus eisdem Canonicis bene illuminare custodire dictam ecclesiam et bona eidem pertinencia in vita sua et post obitum ejus si aliquid Ecclesie defraudaverit redere plenarie eidem Ecclesie cum omnibus ejus bonis tam habitis quam habendis obligac.... promittentes dicti Canonici per se suosque successores se firmam habere et tenere et non contrafacere vel venire si predictus Petrus observaverit supradicta in vita sua s... quinquaginta libr. pena ejus obligatione omnium bonorum Ecclesie tam habitorum quam habendarum.

Ego *Johannes Scruyta* Sacri palatii Notarius predictis omnibus interfui et rogat. subscripsi.

Questa cappella regionaria di Santo Sabba Abbate era al promontorio fra Silvola (Servola) e Zaule, alle marine, e dura tuttora il nome creduto di una Santa Sabbata, fino dal secolo XIV. Siffatti custodi di chiese suburbicarie si riscontrano spesso in Carte vecchie, sotto nome di *Monaci*, nome attribuito ancor oggidì nel Friuli ai *Santesi*.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1315.

16 Gennaro, Indizione XIII. Cividale.

Dietalmo di Reifemberg vende a Cozio fiorentino una parte del bosco di Grisignana posto fra Visinada e Monte Formento.

(Atti del Notajo Domenico di Cividale).

Anno Domini MCCCXV. Indictione XIII. Die XVI intrantis Januarii in Cimiterio Fratruum predicatorum de Sancto Dominico Civitatis Austriae, presentibus domino Guicardo de Petrapelosa, Dietalmusio de Rifimbergo, presbitero Valtramo de Istria, Lazaro de Capoistria, Otto olim Bergogne Servitore domini Guicardi predicti et aliis.

Vargentus de Carantano Servitor domini Day almi de Rifimbergo precio et foro quatuor Marcharum et dimidia soldorum denariorum Aquilegensis monetae, quod totum contentus, et confessus fuit se habuisse, ac integre recepisse a Cozio de Florentia comorante Istriae in loco qui dicitur Grisignana, predictus vero Vargentus vendidit dedit, et tradidit predicto Cozio quamdam suam partem cujusdam Nemoris siti in loco, qui dicitur Grisignana, cujus nemoris hii sunt confines, ab una parte sunt due Ville domini Comitis, silicet, Lazara, et Visanez, ab alia parte est Nigrignana, a tertia est quedam aqua que dicitur Basina, a quarta est Sancta Maria de Campo etc. Ad habendum, tenendum, etc. Promitens predictus Vargentus habere dictam venditionem etc. Constitues se possidere nomine precario. Pro quibus etc. dominus Costemanus miles de Pisino, et dominus Guicardus de Petrapelosa extiterunt manutentores, ac etiam Varentatores dicti nemoris Nuncius tenutae datus fuit presbiter Valtramus Testis predictus. Cum omni melioramento etc.

Item eo die, loco, et Testibus. Cozius de Florentia comorans Istriae in loco qui dicitur Crusignana contentus, et confessus fuit se habuisse nomine mutui a domino Valtramo presbitero de Istria in loco qui dicitur Crusignana, quatuor Marchas cum dimidia soldorum denariorum Aquilegensis monete. Renuncians exceptioni etc. quam quidem pecuniam promisit predictus dominus Cozius dare, et solvere usque ad Festum Resurectionis Domini proxime venturum, sub pena mediae marchae denariorum Aquilegensis monetae etc. Qua soluta etc. Si vero non solveret dictam pecuniam in termino supradicto, ut dictum est, quod possit accipere de bonis dicti creditoris sine nuncio alicujus dominii, usque ad plenam solutionem. Cum omni melioramento etc.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1315.

17 Ottobre, Indizione XIII, Trieste.

Podestà di Trieste Paolo de Silliman diffida li scienti a manifestare i beni relitti dall' Arcidiacono Giacopo, defunto.

(Archivio Capitolare di Trieste).

In nomine Dei eterni amen. Anno domini millesimo tricentesimo quintodecimo, indictione terciadecima, die veneris, decimoseptimo intrante mense Octubris. Actum Tergesti in palacio comunis, presentibus dominis Sardio de Argento, Avizuto de Judic et bando de Judic not. et aliis.

Nicolaus Novellus preco comunis civitatis terg., retulit mihi notario subscripto se publice et alta voce cridasse sive preconizasse super scalas palatii comunis civitatis tergesti de mandato nobilis et sapientis viri domini Pauli de Sylliman de Bononia doctor legum, honor. pot. civitatis Terg. quod si qua persona civis vel habitatrix tergesti scit aliquem tenere vel possidere de bonis quondam domini presbiteri Jacobi Archidiaconi tergestini vel aliquid esse de bonis expeditis ipsius domini Jacobi presbiteri usque ad proximum tercium diem comparere debeat ad presenciam dicti domini potestatis et ei denunciare dicta bona expedita et ubi sint, alioquin procederet ad bona olim dicti domini presbiteri alienata secundum quod de jure fuerit procedendum et hoc ad instanciam et requisitionem capituli ecclesie tergest. Et duos grossos precio hujus scripture.

Ego *Justus de Viana* imperiali auctor. not. predictis interfui et rogatus subscripsi.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1316.

8 Marzo, Indizione XIV. Pirano.

Badessa Ilda di Santa Maria di Aquileja scuote il pievano ed il Capitolo di Pirano a dare il censo di cento libre di olio per la Chiesa di S. Basso.

(Archivio domestico de' Conti Portis di Cividale).

In nomine Domini Amen. Anno Domini M.CCC.XVI, Indictione XIV, die octavo intrante mense Marcii. Actum Pirani apud Ecclesiam Sancti Petri, presentibus Capo de terra de Insula nunc morante in Pirano, Osgaldo qm. Paguli Perutio qm. Nersii de Pirano et aliis. Coram discreto Viro Dno. Marquardo de Apollonio Dei gracia Ecclesie Sancti Georgii Plebano de Pirano, assistentibus ibi Dnis. presbiteris Petro Campo, et Dorando Canonicis Ecclesie predicte, comparuit Rantulfus Jachit.... de Insula et presentavit eidem Dno. Plebano sibi litteram unam ex parte discreti viri Dni. Guilielmi Decani et Capituli Sancte Ecclesie Aquilegensis supra quantitate olei quam dictus Plebanus et Capitulum Piranense annuatim persolvere tenebatur Religiose Domine Domine Ilde Dei gracia Abbatisse Monasterii Sancte Marie Majoris Aquilegensis ..... littera ..... erat in potestate dicti Domini Decani et Capituli Ecclesie Aquilegensis .....

Ego *Dominicus qm. Marini* de Pirano imperiali auct. Not. scripsi et roboravi.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1316.

11 Maggio, Indizione XIV. Trieste.

Vescovo Rodolfo Pedrazzani instituisce stabile pievano e chierico nella chiesa di Tomai, e ne assegna le doti.

(Da pergamena dell' Archivio Capitolare di Trieste).

In nomine Dei eterni Anno ejusdem millesimo trecentesimo sextodecimo indictione quartadecima, undecimo intrante Majo. Actum tergesti in contrata Castelli juxta Ecclesiam Sancti Silvestri, presentibus Domino presbitero Ubicino, qui fuit de Brixia nunc officiante in Ecclesia S. Justi, domino Anzulo Munario qui fuit de tergesto, Ugerio qui fuit de Rebecho, nunc servitore Reverendi patris et domini Redulfi Episcopi tergestini, morandino et petro clerico fratribus et filiis q.m domini Justini qui etiam fuit de Rebecho, Philippo dyacono et notario qui fuit de Justinopoli, et aliis testibus ad hoc vocatis et rogatis.

Ibique reverendus in Christo pater et dominus Redulfus Episcopus tergestinus ut in plebe Thomay cultus divini numinis augeretur deinceps ibi esse unum plebanum et unum clericum ordinavit. Itaque medietas reddituum proventuum oblationum et jurium honorum et onerum dicte plebis cedat plebano et alia medietas clerico infrascriptis et secundum ipsam ordinationem eandem plebem vacantem per mortem presbiteri Bertoldi olim canonici tergestini contulit Raymundino Canonico tergestino, recipienti pro Melchiore Canonico tergestino, tanquam pro plebano et qui plebanus sit ipsius plebis et pro se ipso Raymundino recipienti tanquam pro clerico et qui clericus sit plebis ejusdem. Ipsumque quodam libro quem tenebat in manibus recipientem ut supra pro se et Melchiore predicto investivit propter fidelitatem ipsorum de ipsa plebe et juribus spiritualibus et temporalibus suis ac bona fide per sortes facta ibidem divisione quartesii et mansorum dotis ipsius plebanatus declaratum fuit et decretum per ipsum dominum Episcopum quod mansi quos habet ipsa plebs in Dotoglan, Caslan, Otoglan, et Scopa et quartesium et jura que habet ipsa plebs in villis de Ponicha, Alber, Gradina, Godimer, Dobraugna, Ottoglan, Casglan, Gradischa, duobus bredis, Xipuglan et in S. Cruce, Liscoviz, Ternoviza, Vercoglan.

Ad plebanatum mansi vero quos habet ipsa plebes in Thomay S. Cruce, Alber, et Craynovas, et quartesium et jura que habet dicta plebes in villis de Sancta Maria, Reppen, Voglan, Sabragen, Choprive Craynavas, Scopa, breca, Thomay, Dotoglan, Godignan, Crepeglan ad clericatum dicte plebis de Thomay q. Adam dyaconus Eccle. tergestine induceret in tenutam et corporalem possessionem dicte plebis et jurium ejus spiritualium et temporalium. Recipientem pro plebano et clerico memoratis et inductum defendere secundum modum et formam collacionis investiture et divisionis supradictarum ac predictum Adam ad premissa sibi nuncium deputavit.

Ego *Bartholomeus de Anselmo* imperiali auct. notar. et judex ordinarius predictis interfui terogatus scripsi et roboravi.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1316.

1. Luglio, Indizione XIV, Trieste.

Vescovo Rodolfo di Trieste concede l' abbinazione dei benefizi canonicali nella pieve e chiericato di Tomai a Melchiore Munar e Raimondino Canonici.

(Archivio Capitolare di Trieste).

In nomine Dei eterni amen. Anno Domini millesimo ter-centesimo sexto decimo, Indictione quartadecima, Actum tergeste in sala Episcopatus die primo Julii presentibus Nasino ade, Salione domini Crisencii Morandino et Pidrino fratribus nepotibus domini Episcopi infrascripti Filipino de Justinopoli notario familiare domini Episcopi predicti et alii.

Accedens ad presenciam Reverendi in Christo patris et domini domini Rodulphi dei gratia episcopi terg. Melchior Munar Canonicus terg. plebanus de Tomay dixit, Requir vobis domine Episcope, de eo quod michi contullistis, ut pleban medietatem dicte plebis de Tomay sive Raymundino Canonico terg. ejusdem plebis clerico pro me recipienti plebanatum et pro se clericatum plebis prefate, que plebs per obitum presbiteri bertoldi terg. canonici et plebani ipsius plebis vacavit et ipsum collationem et divisionem ut prout contineri dicitur magistri bortolomei gramatis not. manu factam, habeo gratam et ratam.

Quibus peractis dictus dominus Episcopus dispensavit cum eis quod prebendam terg. et plebem et clericatum predictum simul optinere possint Melchior et Raymundinus predicti.

Ego *Johannes Scruyta* Sacri palacii Not. predictis omnibus interfui et rog. subs.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1316.

Prima quindicina di Novembre, Indizione XIV. Trieste.

Nicolò Alberti, veneziano, vende al Capitolo di Trieste una sua casa, posta nelle pertinenze della contrada di Cavana, sembra fuor delle mura di Trieste.

(Archivio Capitolare di Trieste).

In nomine domini amen. Anno eiusdem millesimo trecentesimo sextodecimo, indictione quartadecima, die ..... intrante mense novembri. Actum tergesti in platea comunis in statione infrascript. dom. nicolai venditoris presentibus matheo Judice de flumine, Justo Zotto, Dominico diacono nepote quondam magistri concii scolastici et aliis testibus ad haec vocatis et rogatis. Dominus Nicolaus Albertus de Veneciis nunc habitator tergesti per se suosque heredes dedit vendidit atque tradidit domino presbitero Andree canonico et decano Ecclesie tergestine recipienti et ementi in nomine proprio et ..... vice ac nomine canonicorum et capituli tergestini unam domum suam olim dominici depichel positam in pertinentiis terg. in contrata cavane cujus domus hii sunt confines a capite anteriori adest introitus vicinitatis, a posteriori possident heredes quondam Udurlici muglisani ab uno latere possidet dominus Nicolaus Ade, ab alio latere possidet domina Wineda filia q. domini bartholomei Ade et cum omnibus et singulis que ipsa domus habet super se vel infra se seu intra se ..... ad habendum tenendum possidendum et quidquid dictis canonicis sive predicto capitulo modo aliquo deinceps ex ipsa domo ppo placuerit faciendum omnique jure et actione usu sive requisitione ipsi domino nicolao ex ipsa domo pertinent sive spectant de jure vel de facto. Et hoc pro precio et precii nomine decemocto marcharum denar. soldor. veter. de tergesto, quos denarios nominatus venditor fuit confessus et contentus se habuisse et recepisse ac o mog foro datum traditum et numeratum in dom. natis tempore hujus contractus, ab ipso domino andrea decano dante et solvente vice ac nomine supradicti capituli pro precio et precii finiti nomine supradicte domus vendite. Renuncians exceptioni non habiti sive non recepti sive non numerati et non traditi dicti precii, exceptioni doli mali, actioni in factum condictioni sine causa beneficio restitutionis in integrum vel ult. dimid. just. precii et cuilibet alio juris vel legum auxilio canonico et civili si per hoc modo aliquo cohent de jure vel de facto. Quam domum venditam nominat. venditor se dicti emptoris nomine, vice ac nomine quos constit. possidere quousque ipsi domus vendite accepit possessionem tenutam corporalem quam accipiend et deinceps retinendi sua propria auctoritate nomine qs licentiam ..... contulit concessit ipsi emptori promitens supradictus dns nicolaus venditor per se suosque heredes solempniter stipulant. nominato domino Andree decano emptori vice ac nomine qs seps legitime defendere warentare auctorizare et disbrigare ipsi domum venditam ab omni homine persona et universitate ecclesiastica et civili de ipsa domu sive parte ips. nullam litem questionem aut controversiam facere vel movere sed ipsum emptorem facere pociorem et si vacuum tradere pcem vice ac nomine quos et predorum vindicare etc. etc.

Ego *Nasinguera Ade* Imper. Auctor. not. predictis omnibus interfui et rogatus scribere sub.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1317.

5 Aprile, Indizione XV. Giustinopoli.

Vescovo di Capodistria Tomaso Contarini investe a titolo feudale delle ville di Padena e Morosina Colmano e Simone Vergerio, resignate le ville da Celino dei Sabini.

(Dall' Ughelli, Italia sacra. — Justinopol. Episc.)

In anno Domini 1317. Ind. XV. Actum Justinopoli in Episcopatu die 5 mensis Aprilis praesentibus D. Jacomino de Placentia infrascripti D. Episcopi Vicario, D. Presb. Forti Dugerio Canonico Justinopol. presb. Nicolao q. Guidoboni, Marco Contarino Canonico Ecclesiae S. Marci de Venetiis, Anrico q. D. Joseph de Ralmi, et aliis. Constitutus in praesentia R. P. et DD. Thomasini dei gratia Episc. Justinpol. Celinus q. Ugolini de Sabino, non per errorem, vel circumventionem aliquam, sed suo proprio motu, et spontanea voluntate, non coactus, sed ex certa scientia per se, suosque haeredes, et successores in manibus dicti D. Episcopi recipientis pro se, et successoribus suis refutavit, renunciavit, ac libere resignavit integre decimam totius villae de Padena positae in districtu Justinopolis, ac integre decimam totius villae, quae villa nova, seu Maurisina nuncupatur, posita in eodem districtu, et omnia jura, jurisdictiones, honores, et honorificentias pertinentes dictis decimis, et cuilibet ipsarum, quas quidem decimas praedictus Celinus habebat, et possidebat, sive Antecessores ejus usi sunt, habuisse et possedisse in feudum per multum tempus ab Episcopatu, et Ecclesia Justinopolitana, ut ostendebat per publica instrumenta, et sibi evenerunt, sive deciderant haereditario sive successorio nomine olim D. Almerici de Sabinis militis avi sui. Qua refutatione, sive resignatione suscepta idem D. Episcopus considerans devotionem, et fidem, quam Colmanus de Vergerio, nec non et Simon frater ejus ad ipsum, et Episcopatum Justinop. gerebant, ac munera, et obsequia per ipsos fratres, et illos de domo sua hactenus exhibita, et praestita dicto Episcopatui, volens eisdem, et cuilibet eorumdem bene suis exigentibus meritis respondere, ut de caetero ipsi, et alii pro honore, et utilitate ejusdem Episcopatus fortiter animentur, cum suo annulo, quem tenebat in manibus per se, suosque successores jure recti, et legalis feudi dictum Colmanum, et Simonem de Vergerio fratres, stantes flexis genibus coram eo, et quemlibet ipsorum pro se, et eorum liberis haeredibus integre de decimis dictarum villarum, videl. de Padena, et Villanova, seu Mauresina, et qualibet ipsarum, et omni jure feudi pertinenti dictis decimis, et cuilibet ipsarum praesentialiter, et personaliter investivit; ita tamen quod praedicti Colmanus, et Simon, et quilibet ipsorum, et eorumlibet haeredes, et successores, et cuilibet ipsorum integre

decimas praedictarum villarum, et cuilibet ipsarum, et jus feudi pertinens, honores, honorificentias, jura, jurisdictiones, et usufructus quocumque modo, vel jure spectantes, sive pertinentes eisdem decimis, et cuilibet earumdem, in se habeant, teneant, et possideant, et gaudeant ad eorum commodum, et utilitatem perpetuo, quemadmodum supradictus Celinus, sive antecessores cui retroactis temporibus faciebant absque aliqua contradictione ipsius D. Episcopi, et successorum suorum, et cuilibet alterius hujusmodi personae; quam quidem resignationem, et investitionem idem D. Episcopus per se, suosque successores praedicto Colmano, et Simoni, et eorum liberis, haeredibus, seu successoribus promisit firmam, gratam, et ratam habere, perpetuoque tenere, et non contrafacere, vel venire per se, vel alios aliqua occasione, vel exceptione. Pro qua vero investitione nominati Colmanus, et Simon, et quilibet eorum praedicto D. Episcopo praestiterunt fidelitatis debitum juramentum, sicut boni vassalli suo Domino facere consueverunt, promittentes facere, et exercere ea, quae in Capitulo fidelitatis vassallorum continentur. Insuper praedictus D. Episcopus commisit supradictis Marco Contareno, et Artuyco, et cuilibet eorum, ipsosque, et quemlibet ipsorum ad hoc nuncios constituit speciales, quatenus eant, et dictum Colmanum, et Simonem, et quemlibet ipsorum integre de decimis ipsarum villarum juxta investitionem hujusmodi in tenutam, et corporalem possessionem induant, adhibentes solemnitates, quae in talibus consueverunt haberi, facientes nihilominus de tali inductione fieri publicum instrumentum.

Ego Zanettus de Urso Vicedominus ss.

Ego Franciscus de Berto Vicedom. ss.

Ego Presb. *Michael de Justino* Canonicus Justinopol. Imperiali authoritate notarius, et ipsius D. Episcopi scriba praedictae resignationi, et investitioni praesens fui, et de mandato ejusdem D. Episcopi publicam in formam redegi, meoque signo consueto, et nomine proprio roboravi.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1318.

17 Marzo, Indizione I. Parenzo.

Sinodo tenuto in Parenzo dal Vescovo Graziadio. Decime di Montona.

(Da Manoscritti del signor Assessore Flego).

In Christi nomine Amen. Anno a Nativitate ejusdem Mil-lesimo trecentesimo decimo octavo, Indictione prima, die decimo septimo Martii. Actum Parentii in Episcopali Palatio, presentibus Reverendis Viris F. Lapo Abbate Monasterii S. Michaelis de sub Terra Dioecesis Parentine, Fratre Fredo Abbate Monasterii S. Petronille Dioecesis Parentinae, Praesbytero Accursino Praeposito Rubini Dioecesis Parentinae, et Presbytero Ugolino Plebano de Ursaria et aliis.

Congregata Sinodo omnium clericorum Civitatis, et Dioecesis Parentinae, ut moris est die decimo septimo Martii, in qua Sinodo interfuerunt clerici infrascripti Domini Praesbyter Antonius Archipraesbyter Parentinus, Charolinus Archidiaconus Parentinus pro se, et Capitulo Parentino, F. Lapus Abbas Monasterii S. Michaelis de sub Terra, F. Fredus Abbas S. Petronille, Presbyter Accursinus Praepositus Rubini pro se, et Capitulo de Rubino, Praesbyter Andreas Plebanus Ecclesie de Montona, cum Praesbytero Dno. de Dominico Canonico Ecclesie de Montona, Praesbyter Dominicus Plebanus Ecclesie S. Laurentii, Praesbyter Bartholomeus Plebanus Ecclesie de duobus Castellis, Praesbyter Ugolinus Plebanus Ecclesiae de Ursaria, Ugulinus Mariscolus Canonicus Ecclesie de Valle, et Praesbyter Venerius Canonicus ejusdem Ecclesie pro se, et Capitulo de Valle, Praesbyter Coradus Plebanus Ecclesiae de Pisino superiori, Praesbyter Zanerius Plebanus Ecclesiae de Turri, Praesbyter Joannes Plebanus Ecclesiae de Monte delle Botte, F. Nicolaus Abbas S. Michaelis prope Polam Rector Ecclesiae S. Barbarae Dioecesis Parentinae, Praesbyter Nicolaus Plebanus Ecclesiae de Antignana.

Ibique venerabilis in Christo Pater, et D. D. F. Gratiadeus Dei gratia, et Apostolicae Sedis Episcopus Parentinus pro reformatione Ecclesie sue, et ordinatione, ac defensione Jurium Ecclesiarum suae Dioecesis fecit diligenti examinatione cum omnibus suprascriptis Praelatis et Clericis super statum suarum Ecclesiarum, petivit in praesentia omnium supradictorum Praelatorum, et Clericorum a Praesbytero Andrea Plebano Ecclesiae de Montona, et Praesbytero Dominico olim Plebano, et nunc Canonico Ecclesiae S. Stephani de Montona, si Ecclesia S. Stephani Castri Montonae, aut Rectores ejusdem aliquo tempore perceperint, aut habuerint quoque modo Decimam, sive Decimas dicti Castri Montonae, vel si novalia dicti Castri Montonae ad dictam Ecclesiam spectant S. Stephani, vel quid juris a Populo Castri Montonae.

Ex certa scientia, et pure, et libere dixerunt, et in juditio confessi fuere supradicto Dno. Episcopo Parentino, quod omnes decimae Castri Montonae quae sunt infeudatae, et aliae quaecumque, sunt Ecclesiae Parentinae, et proprie spectant ad Episcopatum, et Episcopum Parentinum, et quod si hujusmodi homines quibus infeudatae sunt decederent absque liberis, omnes hujusmodi Decime infeudatae revertuntur ad Episcopatum, et Episcopum Parentinum, et quod Dnus. Episcopus Parentinus habet, et semper habuit totam Decimam Castri Montonae, sive infeudata, sive non infeudata, et omnia novalia dicti Castri sunt propria Dni. Episcopi Parentini, et quod aliqui sunt qui solvant Decimam Dno. Episcopo, et Episcopatui Parentino, et omnes qui non solvant, tenentur solvere Dno. Episcopo, et Episcopatui Parentino, cum omnes decimae, et novalia dicti Castri Montonae semper, a quibus non extat memoria, fuerunt, et esse debent, et sunt Episcopatus, et Episcopi Parentini: Et quod Ecclesia S. Stephani de Montona nunquam, seu aliquo tempore, ab aliquo mortuo, vel vivente percepit aliquas Decimas nec ad ipsam Ecclesiam S. Stephani de Montona, aut ratione temporis, aut ratione cujuscumque Privilegii dictae Decimae, seu novalia debeantur, et libere spectent ad Episcopatum, et Episcopum Parentinum; Quartam vero partem Decimarum, aut quartesium inibi dixerunt, supradictus Praesbyter Andreas Plebanus Ecclesiae de Montona, et Praesbyter Dominicus olim Plebanus Montonae, et nunc Canonicus ejusdem Ecclesie nomine suo, et Capituli Ecclesiae S. Stephani de Montona libere pertinere et illam quartam solummodo, sive quartesium perceperunt, et cotidie recipiunt ab hominibus de Montona a longissimo tempore a quibus non extat memoria et omnia supradicta jura, tam ad dictum Episcopum, et Parentinum Episcopatum pertinere super facto Decimae, et novalium Castri Montonae, qua etiam super facto quartesii, quod debetur Ecclesiae S. Stephani, et Capitulo de Montona; et quod aliquis Plebanus, sive Clericus S. Stephani de Montona, nunquam aliquo tempore receperunt aliquas Decimas, seu novalia dicti Castri Montonae nomine suo, seu Capituli S. Stephani, cum ut superius dictum est, libere spectent ad Parentinum Episcopatum.

In quorum testimonium idem Dnus. Episcopus Parentinus de consensu, et de voluntate supradicti Plebani Montonae, et Presbyteri Dominici pro Capitulo de Montona, et supradictorum Praelatorum, et Clericorum ad perpetuam memoriam de his omnibus supradictis mandavit mihi notario infrascripto conficere publicum instrumentum.

Ego *Viliemus* filius Ugolini de Bulgardi de Nasinpace de Imola Imperiali auctoritate Notarius hiis omnibus interfui, et rogatus scribere scripsi.

Carlo Defranceschi.

Queste decime di Montona sono del territorio proprio e dell' interno di Montona, non del distretto. Nell' interno delle mura, quello che veramente era il Castello per eccellenza, pagava le decime al Vescovo, nè queste furono infeudate. Le decime dei borghi intramurani erano infeudate, e le ebbero i Castropola. Allora erano borghi i tre: *Latadarche* (Gradicciolo), *Fontanelle* e *Cegla*. Del borgo Fontanelle ciò che sta alla destra di chi sale, era infeudato, ciò che stava alla sinistra, era episcopale. Il clero percepiva il Quartese.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1318.

23 Giugno. — Cividale.

Procura lasciata dal Marchese d' Istria Filippo del quondam Contii da Cividale a Giovanni Cazeta.

(Bianchi, Memorie per la storia del Friuli, pag. 161).

Die VIII exeunte Junio. In Civitate Austria. Ante domum Francisci Chosize. Presentibus Nicholao filio Manfiutti de Civitate, Herbordo pellipario Civitatensi, Nicholussio Cirobago q. Scofolotti de Civitate, Pertoldo servitore q. D. Leonardi Canonici Civitatis testibus et aliis.

Discretus vir D. Philippus q. D. Contii de Civitate Marchio Istrie, fecit constituit et ordinavit Johannem dictum Cazetam q. Artusini de Civitate, licet absentem, tanquam presentem suum certum nuntium et procuratorem legittimum ad excipiendum ab hominibus de Bulgiis omnia sua jura ad dictum Marchionatum pertinentia de Istria: petendum recipiendum, condempnationes et generaliter ab omnibus subditis dicti Marchionatus etc. Promittens ratum et firmum habere, atque tenere quidquid per ipsum Johannem factum fuerit, aut modo aliquo procuratum tam in perdendo quam in lucrando etc.

Et si necesse fuerit ad agendum, defendendum. Sub bonorum suorum omnium ypotecha.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1318.

28 Agosto, Indizione I. Giustinopoli.

Vescovo Tomasino Contarini di Giustinopoli accorda alla Congregazione di pie donne in S. Basso, la regola di S. Agostino, le costituisce in Monastero con priora annua.

(Naldini, Corografia di Capodistria).

Quemadmodum divina sapientia testatur, duas Vitas esse cognovimus, per quas incedentes boni Homines, in eis Vitae cursum foeliciter consumantes post devictum triumphatumque Mundum, ad perpetuas aeternitates Misericordia Omnipotentis praevia transire maerentur. Haec videlicet sunt Vita activa, et contemplativa, forma quarum in veteri, novoque Testamento multipliciter demonstratur. Quamquam enim ambae ad Vitam finaliter aeternam tendant, Contemplativa tamen supereminere dignoscitur, quod figuratum intelligimus in duabus uxoribus Patriarchae Jacob; licet Lia, per quam vita praefiguratur activa, multum esset sobole faecunda, scriptum tamen est, quod lippis erat oculis; sed Rachel Soror ejus typum contemplativae rapresentans, decora facie, et venusto aspectu fuisse describitur, quia contemplatio quanto magis amori, et dulcedini sui Conditoris inhaeret, tanto magis illius charitatis ardore, et pulchritudine decoratur. Sic etiam, ut Sanctus Evangelista testatur; Marthae circa frequens ministerium occupatur, Maria Sorore ejus vacante in audientia Verbi Dei, dicit Sermo Divinus; Maria optimam partem elegit, quae non auferetur ab ea. Martha bonam, sed Maria meliorem elegerat, quia contemplationi divinae devotissime inhaerendo jam ex illo spirituali convivio Altissimi laetabatur, ubi Rex noster ministrabit nobis, et cognitionem infundet. Hanc autem vitam multi Sancti, tam Viri, quam Faeminae a populari frequentia segregati in Monasteriis sub Regulari Disciplina eligere voluerunt, quatenus Omnipotenti Deo cum humilitate cordis, ac mansuetudine inservientes, caelesti sponso jungerentur in Coelo, cujus amore, ac desiderio Mundum cum ejus concupiscentiis calcaverunt. Quorum exemplo, et forma tam pie, quam salubriter hortata Religiosa Domina Soror Paysana cum pluribus aliis Dominabus de Civitate Justinopolis in Sancto proposito serviendi Deo, sub habitu Regulari, unam Congregationem fecisset, et absq. alicujus Regulae professione simul in charitatis unitate Justinopoli apud Ecclesiam Sancti Blasii longo tempore perstitisset; demum divinitus inspiratae volentes procedere de virtute in virtutem, humiliter, ac devote a Reverendissimo in Christo Patre, et Domino, D. Thomasino Episcopo Justinopolitano Regulam B. Augustini Doctoris Eximii petierunt unanimiter sibi tradi, firmiter proponentes de cetero sub eadem Regula in Obedientia, Castitate, et sine proprio, Domino famulari.

Qui Dominus Episcopus earum justis desideriis gratum praebens assensum in die festivitatis praedicti Divi Augustini infra Missarum solemnia, quam in Dictarum Dominarum Ecclesia solemniter celebravit, multis adstantibus viris Religiosis, et saecularibus, et Populi multitudine, omnibus illis, et singulis Dominabus, videlicet Sorori Paysenae praedictae, sororibus Monossae, Bonettae, Fornovellae, Honestae, Beatrici, Prudentiae, Mariae, Valentinae, Gavardinae, et Crupolosae, dictam regulam dedit, tradidit, atque concessit; et ab omnibus, et singulis earumdem manualiter obedientiam recepit; et de voluntate earum praecepit eisdem, quod deberent eligere, quam vellent, pro uno anno tantum, et nominare Priorissam. Quae supradictae Sorores omnes in loco, ubi sua negotia tractare consueverunt, ibidem convenientes supradictam Dominam Sororem Paysanam, una voce, et uno spiritu elegerunt pro uno anno tantum, ipsamque electam praesentaverunt Domino Domino Episcopo confirmandam. Quam electionem ipse Dominus Episcopus suo Annulo confirmavit, ratificavit et approbavit, dans, et concedens eisdem Sorori Paysanae canonicam administrationem ad annum in Monasterio praelibato. Quoniam vero ad quoslibet Regulares a Secularibus negotiis se abstinere, et orationibus, vigiliis, ac ieiuniis vacare, Deoq. deservire; convenit; idem Dominus Episcopus degratia speciali, accedente ad hoc libera voluntate, et consensu Dominorum Decani, et Canonicorum suae Cathedralis, voluit, quod praedictae Sorores, et Succedentes, sive earum Monasterium non possit cogi a se ipso Domino Episcopo, et Successoribus suis ad solutionem aliquarum Collectarum impositam, vel imponendam Clero Justinopolitano a Summo Pontefice vel Legatis eiusdem.

Actum Justinopoli sub Anno Domini 1318. Indictione prima, die 28 Mensis Augusti in Ecclesia, et Monasterio supradicto S. Blasii, praesentibus Religiosis Viris Fratribus Paulo de Justinopoli, et Antonio de Mantua Ordinis Praedicatorum, Fratribus Petro, et Octonello de Tergesto Ordinis Minorum, Rev. Viro D. Praesbitero Jacobo de Placentia Generali Vicario Domini Episcopi, Dominis Canonicis Cathedralis, aliisque Clericis, Nobilibus Viris, et Populi adstante multitudine copiosa.

Et Ego *Joannes Stanozza* Diaconus de Justinopoli, authoritate Imperiali Publicus Notarius, et Domini Episcopi Cancellarius praedictis omnibus, et singulis interfui, ac de Mandato prefati Domini Episcopi, et a praedictis Dominis Sororibus rogatus scripsi, et in praesentem publicam formam redegi, et Sigillo Episcopali munivi.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco

Anno 1318.

25 Settembre, Ind. I. Aquileja.

Procura per riscuotere dai Veneti il censo dovuto al Patriarca per le terre d' Istria.

(Bianchi. — Memorie per la storia del Friuli pag. 187).

In Christi nomine Amen. Anno Domini M.CCC.XVIII. Indictione I, die XXV mensis Septemb. In Capitulo majoris Ecclesie Aquilegensis. Presentibus discretis viris dominis Savio Canonico Tergestino, Presbitero Tadeo Plebano Plebis de Circhiniz Aquilegensis Canonici, et Guilelmino de..... Domicello D. Bernardi Aquilegensis Canonici.

Venerabiles viri domini Guido de Villalta Vicedecanus et capitulum S. Aquilegensis Ecclesie, Patriarchali sede vacante, ad infrascripta more solito in capitulo et ut capitulum, specialiter congregati fecerunt constituerunt atque ordinaverunt suo, Patriarchatus, et Ecclesie Aquilegensis nomine venerabilem virum D. Guilielmum suum et dicte Ecclesie sue nunc vacantis, certum nuntium sindicum, actorem et procuratorem legitimum specialiter ad comparendum coram Magnifico D. Jo. Superancio, Dei gratia illustri Duce, Consilio et Commune Venetiarum, et ad petendum exigendum, et recipiendum ab eis suo, et ipsius Ecclesie Aquilegensis nomine, Marchas dugentas et viginti quinque denariorum Aquilegensis monete, quas dicti domini Dux Consilium et Comune Venetiarum persolvere tenentur et dare D. Patriarche et Ecclesie Aquilegensi pro termino presentis mensis Septembris, pro jurisdictione juribus et terris Istrie, quas dicti domini Dux et Commune Venetiarum tenent et possident juxta conventiones et pacta inter ipsos et D. Patriarcham et Ecclesiam Aquilegensem inita et contracta, et ad confitendum nomine quo supra et de hiis que receperit, finem, quietationem, remissionem, absolutionem, cessionem, et pactum de ulterius non petendo faciendum et ad vallandum contractum hujusmodi pactis, penis, obligationibus, renuntiationibus et solempnitatibus opportunis; et ad substituendum unum procuratorem et loco sui et revocandum. Et generaliter ad omnia et singula faciendum et liberaliter exercendum que in predictis et circa predicta fuerint opportuna, et necessaria videbuntur. Dantes et concedentes eidem procuratori suo, plenum liberum et generale mandatum et administrationem in omnibus et singulis supradictis, promittentesq. stipulatione solemni mihi notario infrascripto pro omnibus quibus interest aut interesse poterit stipulanti, firmum, ratum, et gratum habere et tenere perpetuo quidquid per ipsum procuratorem aut quemvis substitutum ab eo in predictis, et circa predicta factum fuerit, aut quomodolibet procuratum, sub obligatione suorum omnium et dicte Aquilegensis Ecclesie bonorum. In cujus rei testimonium etc.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1319.

18 Agosto. — Cividale.

Patriarca Pagano della Torre Marchese Principe d' Istria nomina il proprio nipote Franceschino della Torre in Marchese Governatore d' Istria.

(Bianchi, Documenti per la storia del Friuli pag. 310).

Paganus Dei et Apostolice Sedis gratia S. Sedis Aquilegensis Electus, Istrie et Carniolie Marchio, universis et singulis infra Marchionatum hujusmodi constitutis, salutem in Domino sempiternam.

Populorum commodis tunc recte prospicitur, cum eorum regimini Rectores idonei proponuntur per quorum industriam salubriter gubernentur et eorum status de bono in melius prosperetur. Cupientes igitur ut vos qui nobis et Ecclesie Aquilegensis imperio mero et mixto subjecti estis per talem Marchionem et Rectorem gubernemini, cujus industria et circumspecta prudentia in statu tranquillo et pacifico conservari possitis, Marchionatum Istrie et Carniole ad nos, et Ecclesiam nostram predictam spectantem cum omnibus juribus et jurisdictionibus debitis et consuetis, nobili viro dilecto Nepoti nostro Francischino de la Turre, de cujus fide et approbata strenuitate magnam in Domino fiduciam obtinemus usque ad nostrum beneplacitum duximus concedendum, ipsumque vobis et universis terris, ipsi marchionatui subjectis, in Marchionem prefecimus et Rectorem. Quo circa vobis universis et singulis districte precipiendo mandamus quatenus eidem Francischino Marchioni vestro, de cetero in hiis que ipse vel ejus vicarii, quos per loca vestra deputaverit vobis duxiter injungendum, obediatis humiliter et efficaciter pareatis. Alioquin penas sive multas quas rite tulerit in rebelles ratas habebimus.

Datum Civitate, die XVIII Augusti M.CCC.XIX.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1320.

19 Ottobre, Indizione III. Trieste.

Andrea Giroldi chiede investitura del feudo di Calisedo, vacante la Sede Episcopale di Trieste, dinnanzi al trono Episcopale vuoto.

(Da copia autenticata dal Nodaro Capuano nell' Archivio generale di Venezia. Libro *Giroldia*).

Anno Domini Millesimo trecentesimo vigesimo, Indictione tertia; Actum Tergesti in Ecclesia majori Sancti Justi, die dominico decimonono Mensis Octobris, praesentibus Lazario q. Dni. Guadani militis Nicolao q. Dni. Basini Civibus Justin. Natale dicto Neto q. Dni. Adami, Matheo q. Dni. Dominici; Petro q. Dni. Viti Ballarii; Magistro Pasquale Murario, omnibus de Tergesto, testibus ad haec vocatis, et specialiter rogatis, et aliis. Andreas q. Dni. Giroldi de Justin. nomine sui, et Jacobi fratris eius presentavit se devote flexis genibus semel secundo tertio coram sede Episcopali Tergesti carente nunc Episcopo Tergestino, petens Investituram Pheudi Castri Caliseti, et omnium alior. Juriu. Pheudi, Parentinae Diocesis. Quod Pheudum olim Dnus. Giroldus pater dictorum Andreae. Jacobi, et ejus Antecessores habuerunt ad Pheudum ab Episcopatu Tergestino temporibus retroactis, salvo tamen Jure Ecclesiae, et Episcopatus Tergestini. Et de hoc dictus Andreas nomine sui, et predicto, coram testibus nominatis rogavit me Notarium infrascriptum, ut inde tibi facerem publicum et autenticum Instrumentum.

Ego *Albertus de Canciano* de Justin. Imp. auct. Notarius, interfui rogatus scripsi et roboravi.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1321.

8 Gennaro, Indizione IV. Parenzo.

L' Abbate del Monastero di S. Pietro in Selve manifesta i feudi che tiene dalla Chiesa di Parenzo.

(Da copia tratta dall' Archivio Episcopale di Parenzo).

In Christi nomine Amen. Anno a Nativitate ejusdem millesimo trecentesimo vigesimo primo, Indictione quarta, die octavo januari. Actum Parentii in Platea, praesentibus Marco Albo, Martino Talisii, Pagino de Ursaria, et aliis.

Ibique cum per venerabilem Patrem Dominum Fratrem Gratiadeum Dei gratia et Romanae Ecclesiae Episcopum Parentinum investitum fuerit virum Reverendum Dominum Fratrem Mengosium Abbatem Monasterii S. Petri de Sylva de omni jure, et Feudo, quod olim Praedecessores dicti Domini Abbatis tenuerunt, habuerunt ab Episcopatu et Ecclesia Parentina, et praecepit dicto Domino Abbati sub debito juramenti, quod dare deberet in scriptis dicto Domino Episcopo per Instrumentum publicum Feudum, quod a Domino Episcopo, et ab ejus Ecclesia tenebat, et cognoscebat; volens praedictus Dominus Abbas favere mandatis jamdicti Domini sui, dedit in scriptis per praesens Instrumentum dicto Domino Episcopo tale Feudum, quod habet, et cognoscit a dicto Domino Episcopo, et ab Ecclesia Parentina: Terram habitabilem, et inhabitabilem, et praecipue octo Villanos in Villa Turris, et spiritualem jurisdictionem Villae de Visinato, et Territorium S. Joannis de Zovario.

Ego *Gerardus* de Parentio Imperiali Auctoritate Notarius rogatus a praedicto Domino Abbate scripsi, et roboravi.

Auscultatum per me *Carolum Zambellum* Notarium.

La villa di Vicinale, della quale si fa menzione nel presente documento, non è già la Visinada notissima sovrastante al Quieto; è quel territorio che forma la parocchia di S. Pietro in Selve, villa che figura in Bolla di Papa Alessandro III ed in altre carte dell' Abbazia di S. Pietro. Fu in antico plebania propria, e ritornò parocchia alla soppressione di quella Abbazia che in origine di Benedettini, passò ai Paulini. Nel tempo di esistenza dell' Abbazia, non v' era paroco o pievano, la giurisdizione curaziale erasi data in feudo dai Vescovi di Parenzo all' Abbazia di S. Pietro.

Marchese Francesco dei Polesini.

Tipografia del Lloyd Austriaco

10000100

Anno 1321.

Die XIV ex. Julii Indict. IV in Villa Felonese.

Questioni fra Montona e Piemonte per causa del Bosco in Valle.

(Da copia privata antica).

In nomine Domini Amen. Anno ejusdem nativitatis millesimo trecentesimo vigesimo primo, quarta indictione die XIV mensis Julii exeuntis. Actum in Histria sub villa Felonese apud paludem Comunitatis Montonae coram conspectu Nobilium Virorum, videlicet Domini Friderici Cornario de ducali mandato honorandi Potestatis Montone et Domini Hartuychi de Castro S. Michaelis et illustrissimi Domini Domini Henrici Comitis Goritie Capitanei Castri Piemontis hac infrascripta de causa ad invicem agentium et litigantium praesentibus testibus ad haec vocatis et adstantibus, videlicet Religioso Viro Domino Fratre Zannino de Rubeis de Parma Priore Aulae Sancte Marie de Campo, Nobili militi Domino Hoxalco dicto Quaspelt de Mimigliano, Alberto Notario, Marino Notario et Zanoto q. Libori Judice dicti Domini Potestatis, Mengosio q. Rizzardi omnibus civibus de Montona et aliis multis. Cum praedictus Dominus Fridericus Cornarius Potestas Montonae in hoc presenti anno nomine et vice Comunitatis Montone fecerit incidi quosdam morelos fraxineos in nemore paludis Montone sub Molendinis Farre et Blaze jurisdictionis Montone tantos sive tot quod capiebat pretium solidorum decem Venetorum grossorum, incisos per quemdam Petrum dictum de Morellis de Venetia, cui Dominus Hartuycus Capitaneus Piemontis dicebat elegendo dictos morellos fore incisos et laboratos in palude sive nemore Castri sui Piemontis et Domini sui Comitis Goritiae, videlicet sub dictis Molendinis Blate et Farre, idcirco praedicti D. Fridericus Cornarius Potestas Montone et Hartuycus Capitaneus Piemontis unanimiter et concorditer deposuerunt praetium dictorum morellorum seu dictos decem solidos grossorum in manu praedicti Domini fratris Zanini de Parma prioris Sanctae Mariae de Campo qui conservaret dictum praetium donec cognosceretur cujus foret locus ille et paludes et nemus in quo erant sive fuerant incisi et laborati sopradicti morelli. Ideo supradictus D. Fridericus Cornario Potestas Montonae et D. Hartuycus Capitaneus Piemontis volontarie et unanimiter et concorditer constituerunt pro utraque parte jurare bonos viros senes, unus centenarius, sive centum annorum et octuagenarios et nonagenarios et sexagenarios dignos fide, ita quod fideliter et legaliter deberent ostendere et designare totum nemus praedictae paludis

pro utraque parte et veritatem solam dicere remotis fraude odio praetio amore ac timore et omni objecta malitia et malivolentia.

In primis de Montona juraverunt ad sancta Dei evangelia super evangelio B. Joannis de veritate dicenda et fideliter designando et legaliter demonstrando qui testes infrascripti examinati et interrogati sunt per supradictum D. Oxalcum militem de Mimigliano et per me Notarium subscriptum. Michael de Medelino homo centum annorum per assertionem sui juramenti juravit ad sacra dei Evangelia bene et legaliter dictam ostendere paludem et totum nemus dictae paludis qui sub corporali dato sacramento, quod a tempore suae juventutis et recordationis semper vidit Comune Montone quod tenuit, et ipsum Comune Montone possedit et laboravit ac boscavit totum dictam paludem et in toto dicto nemore dicte paludis laborare vidit homines comunitatis Montonae et nemus dixit sic teneri per Comuni Montone, videlicet incipiendo a Molendino D. Guicardi de Petrapelosa quod dicitur de Leyme et a fine cujusdan flumelli quod dicitur ora Seracenicha respondendo versus occidentem eundo ab utraque dicti nemoris parte in amplitudine et longitudine dicte paludis usque ad saxum quod dicitur Vene de Ancino sub Monte Sovignachi, et inde girando sub saxo super quo est Ecclesia S. Stephani qui dicitur de la Vena et fuit ibi Castrum antiquitus quod dicitur Gardaz, et inde eundo usque ad Valles quae sunt sub villa Chersicla respiciendo versus Orientem, capiendo partem territorii quod dicitur Mocleli de Sancto Quirino, prout homines Montone inde de dictis Moclellis sua possunt ostendere instrumenta, descendendo per viam quae vadit in medio territorii Portularum et Piemontis et ville Yxichi ac apud dictum nemus dictae paludis pro ut vadit dicta via. Itaque tantum plus dixit dictus testis quod homines et Comunitas Montonae acceperunt datium sive..... salis sub ponte Marchionis quis est versus dictum Molendinum D. Guicardi a tempore quo est memoria hominum. Item dixit dictus testis quod si in temporibus praeteritis inventi fuissent homines Castagni et Piemontis qui etiam jam dictis temporibus inventi fuerant oppignorati et hominibus de Montona et a Comuni terrae ejusdem dum incidebant lignamina pro circulis et pro vegetibus faciendis. Item dixit quod homines Sovignachi et Pinquenti semper impignorati fuerunt a Comuni Montonae dum inveniebat eosdem laborare in dicto nemore vel boscantes absque licentia Comunitatis Montone ut bene manifestum est. Stephanus q. Nectendi et Stephanus q. Bibia jam octuagenarii et Petrus q. Venerii Baratarii et Dominicus q. Dominici de Aldissa et Mattheus q. Moreti et Faricus Sartor et Bosius q. Pre Bertrandi et Andreas dictus Bellamita, omnes sexagenarii et octuagenarii per corporalem eorum sacramentum dixerunt quod a predictis terminis et limitatis confinibus quas dictus Michael de Midolino denuntiavit et demonstravit ipsi testes viderunt a tempore sue recordationis et memoriae quod homines et Comunitas Montone fecerunt incidi et lignamen boscari et remos et spondas et trabes libere pacifice et quiete conducendo et vendendo usque ad mare salsum per flumina dicti nemoris et paludis et venati eunt semper in dicto nemore, apros et alias feras sine contestu Domini Comitis et alterius cujuscunque, prout in propria possessione; omnes asserentes ibidem affirmantes praedicti testes supradictos limites et confines quos prenominatus Michael declaravit quod cum supradictus Dominus Hartuycus etiam accepti sacramentum de veritate dicenda ab infrascriptis suis villanis supradicta causa et ostensione facienda, videlicet Vulenio de Rosario, et Dominico Surdo de Medelino et Andrea ac Mocoxano de Rosario et a Bosio et Cergentio de Visinada et illos invenerit vacillantes in dicta ostensione etiam compellendo ad sacramentum eosdem suos etiam. ... dentque testes de modo vera dicere, qui dictus D. Hartuycus praecepit dicto D. Priori de Sancta Maria quod restituat dictos danarios decem soldorum grossorum praedicto D. Friderico Cornario Potestati Montonae pro ipso Comuni Montonae qui fuerunt in deposito dati dicto D. Priori pro dictis morellis et causa dictae questionis. Quibus omnibus sic peractis prefatus D. Fridericus Cornario Potestas Montonae cum dictis judicibus, Dei nomine invocato, protestatus fuit coram praedictis nomine Comunitatis Montonae de jure teneri in possessione dicti nemoris et paludis omnium superdictorum

testium sic authentice et legitime forte ad oculum et approbata de supradictis confinibus limitibus eodem Hartuycho presenti et non contradicenti.

Ego Nassiguerra de Montona Imperiali Auctoritate Notarius his omnibus interfui et a dicto D. Potestate Montone rogatus scripsi et roboravi.

Questo documento, della cui sincerità non possiamo dubitare, tante sono e piene le caratteristiche interne, assai cose svela, propizie a porre in bella luce le cose fisiche e storiche di questa parte d' Istria. Quel canale che per tante miglia s' interna da Cittanova a Pinguente, entro naturale crepatura formatasi allorquando la solida si alzò sopra le aque, fu detto in vecchio *Lama,* voce che propriamente significa alveo depresso, comune in Istria ad altre cosiffatte formazioni, non fosse altro al Leme. In tempi più prossimi a noi, quel fiume fu detto *Quieto,* crediamo, soltanto nelle parti inferiori. Da 18 secoli era canale marino fino al ponte appiedi di Visinada, più addietro il mare deve essersi avanzato di più. Quella vallata sembra essere stata in condizione di palude, anche nel primo medio Evo. Fu detto che l' odierno Bosco di Montona sia stato seminato dai Veneziani, e che il Comune avesse fatto dono del terreno al Principe Veneto, notizie che riponiamo tra le dicerie. Certo era bosco nel 1321, tale da fornir remi, madieri, travi, la cui maturità, bosco come è di quercie, porta ben più addietro che alla dedizione di Montona al Principe Veneto che fu del 1278; nè pacifica o continuata.

Vedesi che nel 1321 Montona era dei Veneti, però il Comune disponeva del bosco, non ancor l' Arsenale di Venezia; il Castello di Piemonte apparteneva allora non in diretto governo del Patriarca Marchese, bensì in governo del Conte d'Istria, il quale in questo come in altro documento portava il nome della Casa di Gorizia, che veramente era Casa.

Figura un Priore di S. Maria di Campo presso Visinada che era dell' Ordine dei Templari (non fidiamo di cangiare la voce *Aula* applicata a quel Priorato), uno della Casa di Momiano, la Baronia di Medelino, la quale figura in diplomi più antichi sotto nome di Montelino, l' odierno S. Vitale; nei nomi dei luoghi e delle persone si riconosce la derivazione unica. — Belle sono le indicazioni sui termini di quella Palude o Valle.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

366

Anno 1321.

11 Dicembre. — Udine.

Albrighetto di Bologna Canonico della plebe di S. Servolo di Buje nell' Istria resigna il Canonicato; il Vescovo di Cittanova conferisce il Canonicato a Miglioranza di Tienni Canonico di Udine.

(Atti del Notajo Pantaleoni da Cividale).

Anno Domini MCCCXXI. Die XI exeuntis Decembris. Presentibus domino Albertino de Placentia Canonico Utinensi, domino Dominico plebano plebis de Bugis, Mathe de Bononia nunc Utini commoranti Testibus, et aliis.

Albergetus de Bononia Notarius Canonicus, seu Clericus plebis Sancti Servuli de Bulliis Emonensis Diocesis, constitutus coram Venerabili patre domino Canciano Episcopo Emonensi sponte, et libere resignavit, et renunciavit in manibus ejusdem domini Episcopi Beneficium Canonicatus, et Clericatus, quod ab eo obtinebat in plebe predicta de Bulliis cum quodam Capuceo' quem habebat in manibus. Qui dominus Episcopus resignationem, vel renunciationem predictam benigne acceptavit, quibus acceptatis volens dictae Ecclesiae suae de Canonico, et Clerico salubriter providere domino Meliorantiae de Tiennis Canonico Utinensi gratiam facere specialem ipsum de Canonicatu, et Clericatu predictae plebis Sancti Servuli vacante per renuntiationem predictam liberaliter investivit, ac eidem dictum beneficium contulit cum omnibus juribus spiritualibus, et temporalibns modo quolibet spectantibus, ac ipsum de dicto Beneficio manibus propriis cum quodam anulo investivit, dando dictum Dominicum plebanum dictae plebis nuncium tenutae etc.

Actum Utini in domo domini Melioranciae predicti etc.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1322.

15 Gennajo. — Udine.

Alcuni Canonici di Pirano compromettono nel Podestà di Pirano per alcune differenze col Pievano di S. Giorgio di Pirano.

(Atti del Notajo Melioranza nella Biblioteca Comunale di Udine).

Anno Domini 1322 die XV Januarii. Utini supra patriarchali Palacio presentibus D. Marcho Baffo, Rogerio de Mediolano Gastaldione Civ. Austrie, Thomadello filio q. D. Oliverii ac Nicolusio filio olim Arnoldi de Civitate et aliis. Discretus vir D. Presb. Marquardus Plebanus Eccl. S. Georgii de Pirano ex parte una et Presb. Petrus Marescolus Canonicus dicte Ecclesie suo proprio nomine et procuratorio nomine ut dicebat Presb. Petri Corvi Canonici dicte Ecclesie ex altera vicissim compromiserunt se in Nobilem virum D. Michaelem Loredanum de Veneciis Potestatem Pirani licet absentem tamquam presentem tamquam in arbitrium et arbitratorem et amicabilem compositorem de omnibus et singulis litibus, causis, questionibus, discordiis, controversiis et querelis que vertuntur seu verti videntur atque verti possent inter ipsas partes occasione expensarum factarum per ipsas partes occasione excomunicationum et accusationum obiectarum ipsi Plebano per dictos Presb. Petrum Marescolum et Presb. Petrum Corvum seu alterum eorum et eciam de quibusdam preceptis factis per predictum Plebanum predictis Presbiteris Petro Marescolo et Petro Corvo et de omni eo una dictarum parcium alteri dicere seu petere posse predictis occasionibus vel aliqua predictarum usque ad hunc diem presentem, dantes dicte partes plenam auctoritatem, potestatem et liberum arbitrium dicto arbitro quod hinc ad XV dies proximos per totam diem possit dicere, diffinire, sentenciare et arbitrari inter ipsas partes alte et basse et tam amicabiliter quam de iure una vice et pluribus diebus feriatis et non feriatis in scriptis et sine scriptis sedendo et in pedibus stando ordine iuris servato et eciam non servato cum consilio sapientum et sine consilio partibus presentibus et absentibus et una presente et alia absente, citatis et non citatis omnique alio modo prout de sua processerit voluntate, promittentes dicte partes per se et suos heredes cum obligatione omnium suorum bonorum presentium et futurorum sibi mutuo sub pena 100 libr. veronensium parvorum pro qualibet parte stare et parere laudo, sententie et diffinitioni quam dictus Arbiter dixerit, pronunciaverit atque arbitratus fuerit supra predictis et quolibet predictorum inter partes predictas et non contradicere, facere vel venire dolo aliquo etc.

Dr. Vincenzo Joppi.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1322.

12 Febbrajo. — Udine.

Vescovo di Emona Canciano fa pagare gli affitti de' beneficii che possedeva nella sua Diocesi Pietro Colonna Cardinale di S. Angelo.

(Atti del Notajo Melioranza nella Biblioteca Comunale di Udine).

Anno Domini 1322. Die XII Februarii in Castro Utini supra patriarchali palacio, presentibus Ven. viro D. Fr. Joanne Abbate Rosacensi Vicario Rmi. Patris D. Pagani Patr. Aquilegensis, Presb. Dominico dicto Floredato de Utino, Acino de Ozate familiare dicti D. Vicarii, Lanzaloto de Tridento familiare infrascripti Domini Cardinalis et aliis. Discretus vir D. Berofinus Canonicus Aquilegensis Vicedominus predicti D. Patriarche Procurator ut dicebat Rdi. Patris D. Petri de Columpna S. Angeli Diaconi Cardinalis, procuratorio nomine ipsius Dni. Cardinalis dixit, guarentavit et confessus fuit se habuisse et integraliter recepisse a discreto viro D. Presb. Golfardo de hic Capellano et nuncio Ven. Patris D. Canciani Dei gratia Episcopi Emonensis dante et solvente pro ipso D. Episcopo solidos quadraginta denariorum venetorum grossorum pro affictu et integra solutione fructuum et redituum beneficiorum que ipse D. Cardinalis habet in Civitate et Diocesi Emonensi pro duobus annis proxime preteritis silicet MCCCXX MCCCXXI, pro quibus redditibus solvere tenebatur solidos XX venetorum grossorum in anno: renuncians exceptioni non sibi date, numerate, recepte ac in se habite dicte quantitatis pecunie, doli mali et in factum ac omni spei future numerationis et solutionis, faciens nomine quo supra dicto Presb. Golfardo recipienti pro dicto D. Episcopo finem et quietationem perpetuam de amplius non petendo pecuniam antedictam.

Dr. Vincenzo Joppi.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1322.

5 Marzo, Indizione V. Montona.

Podestà di Montona Giovanni Molino vieta al nobile veneto Nicoletto Bolani di vendere la villa di Mondellebotte a Rodolfo Mattafoni vassallo del Conte Enrico d' Istria.

(Archivio domestico dei Marchesi Polesini).

In Christi nomine. Anno ejusdem Nativitatis M.CCC.XXII Indictione V Montonae die quinto mensis Martii in Lobia Comunis, praesentibus vocatis et rogatis Ser Albanio Notario Civi Montonae, Ser Ursio, Ser Guerra Notario, Ser Alberto Notario et Ser Zanato de dicta Terra.

Constitutus in praesentia Nobilis et Sapientis Viri Domini Joannis de Molino Montonae honorandi potestatis, et testium suprascriptorum et mei Notarii infrascripti, Ser Nicoletus quondam Domini Marci Bollani, et interrogatus per dictum Dominum Potestatem si ipse Villam suam Montis della Botte vendiderat Domino Rodulpho de Mathafonis Militi Domini Comitis Goritiae, ut ad ipsius Domini Potestatis aures et notitiam venit fama publica referente, et quod eidem debeat exprimere veritatem.

Qui Ser Nicoletus non vi, non metu, non coactus, sed spontanea voluntate, et certa scientia dixit, et respondit quod non; sed quod bene fuit in tractatu cum dicto Domino Rodulpho vendendi ipsam villam ei, et forum factum fuisse cum hac conditione, quod scribere debebat, ipse Ser Nicoletus suis propinquis de Venetiis qualiter facta conditio se habebat, et quod ab eis responso haberet facere sicut ei videretur. Et quod ab eis responsum receperat quod modo aliquo Villam ipsam vendere non deberet dicto Domino Rodulpho cum in grave damnum reddere posset Domini Ducis, et Comunis Venetiarum, et suorum fidelium et quod habito responso a dictis suis propinquis nullo modo voluit, nec vult nec ipsius intentionis est villam ipsam velle vendere dicto Domino Rodulpho ad praesens, nec alicui alteri personae cujusvis conditionis in damnum et detrimentum reddere posset Domini Ducis et Comunis Venetiarum et suorum fidelium. Qui vir Nobilis Dominus Joannes de Molino Montonae honorandus Potestas audita et intellecta ipsius Ser Nicoleti responsione, et volens de his quae dixit tutum se reddere sicut ad praesens melius facere potest, et timens deceptio aliqua lateret, et fixus cum sub spectie recti sint multi crimine tecti, idcirco dixit et praesentatus fuit ipsi Ser Nicoleto ibidem qui in praesenti tanquam homo qui representat personam Domini Ducis et Comunis Venetiarum in offitio Potestatis ipsius Terrae Montonae existente, quae dicto Domino Duci et Comuni Venetiarum subiecta est, quod nullo modo Villam ipsam Montis delle Botte causa, seu ingenio sine ipsius Domini Potestatis licentia,

seu Potestatum qui per tempora fuerit ad regimen dictae Terrae Montonae, debeat alicui personae vendere, donare, permutare, refutare, obligare seu modo aliquo alienare, cum in grave damnum esset preiuditium et gravamen Domini Ducis et Comunis Venetiarum et suorum fidelium, et specialiter Castri Montonae, et hominum et Comunis Castri ipsius in cujus districtu dicta Villa posita est, et qua Comune et homines Montonae jurisditionem habent et merum imperium.

Inhibens insuper praeceptis, et mandans dictus Vir Nobilis Dominus Joannes de Molino Montonae Potestas tam nomine dicti Domini Ducis et Comunis Venetiarum, quam suo nomine tanquam Montonae Potestas dicto Ser Nicoleto sue jurisdictionis subposito tanquam civi Montonae, quatenus praedicta per ipsum Dominum Potestatem protestata, et dicta tam dicto nomine, quam suo debeat attendere, observare, et contra ipsa, seu aliqua praedictarum non contrafacere vel venire, sed ea perpetuo attendere et observare sub poena duorum millium librarum denariorum parvorum.

In quam poenam dictus Dominus Potestas voluit dictum Ser Nicoletum Montonae civem, et suae subpositum jurisdictioni incurrere ipso facto ex nunc pro ut ex tunc si contrafaceret vel veniret, et sic per suam sententiam affirmavit et monere voluit, jubens etiam dimidium ejusdem poenae si contrafaceret, vel veniret per se vel alium, pervenire debeat in Comune Venetiarum, et aliam medietatem in Comune Montonae.

Ego *Joannes* de Ferraria Imperiali auctoritate Notarius et dicti Domini Potestatis Cancellarius praedictis omnibus praesens fui, et rogatus scribere scripsi.

Documento memorabile per più riguardi, nel tempo in cui fu rogato. Mondellebotte (o quale altro sia il nome retto di questa villa) che in origine era dell' agro proprio di Parenzo, erane uscito per infeudazioni, come pensiamo, a vassalli del Conte d' Istria, nel 1322 il possessore Nicoletto Bolani, gentiluomo veneto, era in procinto di venderle a Rodolfo Mattafoni, vassallo del Conte d' Istria, che era il Conte Enrico. L' alienazione avrebbe potuto recare di conseguenza ciò che in altri tempi ed altrove era avvenuto; il Conte sarebbe facilmente intervenuto pel suo vassallo, ampliando così la giurisdizione territoriale. S. Marco, Principe di Montona, voleva preservate le sue giurisdizioni territoriali, e dichiarando cosa di Stato il passaggio di Mondellebotte ad un vassallo del Conte d' Istria, vietava al Bollani la alienazione. Mondellebotte comperavasi poi dal Comune di Montona.

Il Podestà della quale dichiaravasi rappresentante del Principe, dichiarava suo suddito il gentiluomo veneto perchè cittadino di Montona, ciò che non si usava dappoi, essendo i gentiluomini veneti, membri del Principato *K.*

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1322.

16 Aprile, Indizione V, in Curte Ursariae.

Il Monastero di S. Pietro in Selve, e Vescovo Graziadio di Parenzo transigono nelle questioni per territorio fra Leme ed Orsera.

(Annali dei Camaldolesi).

In Christi nomine Amen. Anno nativitatis ejusdem millesimo trecentesimo vigesimo secundo, indictione quinta die sexto decimo mensis Aprilis. Actum in curte Ursarie, presentibus Zuzio olim Betuzii de Lanzano canonico Parentino, presbytero Zanino plebano..... Azzone de Gumbertis de Bononia factore in Ursaria infrascripti domini Episcopi Parentini, et Johanne de Cremona. Cum quedam questio verteretur cujusdam territorii positi in districtu Ursarie inter reverendum virum fratrem Mengosum abbatem sancti Petri de Silva ipsius nomine et monasterii sancti Petri de Silva ex una parte agentem, et ven. in Christo patrem et dominum dominum fratrem Gratiadeum Dei et apostolice sedis gratia episcopum Parentinum et homines de Ursaria ex altera defendentem, cujus territorii dicuntur esse confines, videlicet incipiendo a vena Varcina, que est supra Lemum, et veniendo usque ad molos lapidum, et postea transeunt per lamam parvulam aque, et venit ad terminum alture terre, et vadit per terminum illum usque ad paludem secundam, cum suis juribus, dominationibus et confinibus, secundum quod ecclesia sancti Michaelis continet de Lemo. Ex altera parte versus castrum Ursarie hii sunt confines. Incipiendo ab Arno, quod est supra Lemum, et veniendo per terminum Corone juxta pedem montis Calvi, et transeunt per cacumen montis Ficulnee, et veniunt ad semitas, que vadunt versus Parentium, et redeunt per terminum illum ad dictam paludem, et ex utraque parte usque ad aquas salsas, secundum quod Marchus abbas sancte Petronille de mandato dicti domini episcopi Parentini, qui predictos confines affirmavit et ratificavit. dederat plenam et liberam potestatem domino Bergogne abbati sancti Michaelis de Subterra ponendi in tenutam et possessionem supradicti territorii domnum Semperbonum abbatem sancti Petri de Silva, ut patet publico instrumento scripto manu Petri auctoritate imperialis aule notarii a me notario infrascripto viso et lecto, pro bono pacis et concordie, ac firmiter in perpetuum observande, de consensu et voluntate fratris Odolrici monaci dicti monasterii sancti Petri de Silva, cum plures monachi ad presens non habeat, generalem compositionem et concordiam fecerunt, approbaverunt et ratificaverunt his pactis et conditionibus inferius annotatis. Videlicet quod medietas totius territorii predicti supra versus ecclesiam sancti Johannis de Zouario ex parte sancti Laurentii sit et esse debeat abbatis et monasterii predicti sancti Petri de Silva et successorum suorum libere et sine aliqua contradictione cum quartis provenientibus dicto monasterio de supradicto territorio.

Alia vero medietas dicti territorii, que est versus castrum Ursarie, sit et esse debeat libere et sine contradictione dicti domini episcopi Parentini et successorum suorum, et omnes quarte que provenient ex dicto territorio, sint episcopi antedicti et successorum suorum, ac predicti domini abbatis et successorum suorum, dividendo ipsas quartas communiter inter eos, et dictus dominus abbas sancti Petri de Silva, et successores sui una cum domino episcopo Parentino et hominibus castri Ursarie presentibus et futuris, valeant pasculare, et pasqua habere et tenere cum omnibus suis bestiis pertinentibus et spectantibus ad dictum dominum episcopum Parentinum et homines de Ursaria, ac dictum dominum abbatem sancti Petri de Silva. Ita tamen quod dicte bestie proprie sint domini abbatis et in expensis suis tenendo eas supra jamdicto territorio totius castri Ursarie. Et quod dictus abbas, qui nunc est, et qui pro tempore fuerit, possit et valeat recipere socium in societatem quencumque voluerit ad pasculandum supra dictis territoriis cum duobus quarnariis pecudum, et non cum pluribus, sub pena banni consueti in dicto castro. Et quod dominus abbas et successores sui non possit, nec valeat alteri vendere, donare vel alienare, nec etiam suppignorare nec affictare alicui, quam hominibus castri Ursarie, et hominibus dicti abbatis vel alicui alteri in societate cum ipso domino abbate existenti. Promittentes dicti scilicet unus alteri vicissim per pactum expressum omnia et singula in instrumento presenti contenta firma et rata habere, tenere, et non contrafacere vel venire, aliqua ratione vel causa, de jure vel de facto, ingenio vel colore, sub pena centum librarum denariorum Venetorum parvorum cum refectione damnorum et expensarum litis etc. cuilibet contrafacienti sub obligatione omnium suorum honorum presentium et futurorum.

Ego *Guilielmus* filius quondam Ugolini quondam Bulgarelli de Nascimpace de Imola imperiali auctoritate notarius hiis omnibus interfui et rogatus scribere scribsi.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1322.

3 Giugno, Indizione V. Montona.

Il Comune di Montona compera da S. Nicoletto Bollani la villa di Mondellebotte.

(Archivio Municipale di Montona).

In Christi Nomine, anno ejusdem Nativitatis MCCCXXII, Indictione V in Castro Montonae prope Portam majorem, praesentibus testibus vocatis et rogatis Ser Albano Notario q. Terentii, Ser Ursio Tomic, Ser Mengosio q. Domini Rizardi Guerra Notario, Alberto Notario, Zannato Sutti, Masineo Nob. de Montona, dicto q. Domini Floramontis de Parosii, et Franasto filio Mecisse de dicta Terra.

D. Nicoletus Bollani q. Domini Marci Bollani Civis Venetus, sponte et ex certa scientia, et non per errorem, per se suosque filios, et heredes, dedit, vendidit, tradidit, cessit, transtulit atque mandavit Nobili et Sapienti Viro Domino Domino Joani de Molino Montonae Honorando Potestati, praesenti, ementi per se suosque heredes, et vice et nomine comunis et Universitatis hominum Montonae, et eorum heredum et successorum, omnia jura omnesque doctes tam universales, quam speciales, utiles, et directas, et nominatas, tacitas, et expressas, quae et quas habent, seu habere poterat, vel posset ex quacumque ratione, modo, causa, vel ingenio in tota et integra villa Montis delle botte, cum toto ejus districtu posito in districtu Montonae, et in accessibus et egressibus ac egressibus suis ex omnibus suis pertinentiis, et in terris cultis et incultis, arboribus fructiferis, et infructiferis, vineis, semitibus, et limitibus, et in montibus, vallibus et planitiis, in pasculis, acquis, nemoribus, silvis, venationibus, aucupationibus, in decimis, reddictibus, proventibus, colectis, bannis, consuetudinibus, et in omnibus honoribus, et juribus, presentibus, et futuris, eidem quibuscumque modis spectantibus, tam de jure, quam de facto, ex quacumque de consuetudine et in lacubus et honorificentiis, in domibus, chasalibus, sediminibus, ortis, curtivis, et Pratis, et ponens ipsum Dominum Potestatem nomine antedicto in locum suum prout constat ut in rem suam, ut antedicto suo nomine possit agere, excipere, experiri, et sequi, deffendere, et se tueri, et omnia facere directis et validibus actionibus realibus, et personalibus, ut ipsemet Nicoletus facere poterat vel posset, et hoc nominatim pro pretio, et merchato inter eos convento, et diffinito mille quadrigentarum librarum denariorum parvorum, quod pretium dictus venditor praesens, quatenus confessus et bene in concordia cum dicto Viro Nobili Domino Joani de Molino Montonae honorando potestate, nomine dicti Comunis solvente, et ab eodem habuisse, et recepisse. Renuntiando exceptioni non date, non tradite et non numerate pecunie, speique future traditionis, et mutationis, fori privilegio. Constituens se obligavit haec omnia in quacunque Civitate, Castro,

Villa, et Burgo, et generaliter in quacumque alio loco, terra et mercato, ac si locus foret a principio nominatus; exceptioni doli, mali, conditioni iniusti, et sine causa omnique alio suo jure exceptioni deffensionis et sequ..... scilicet in hoc, et ex hoc oportet, vel oporteret, quocumque modo natura et causa, et si dicta res seu dictum jus cessum et venditum, nunc et in futurum plus dicto praetio valet, vel valeret, illud plus quantum supradictum sit, eidem emptori dicto nomine stipulanti, et recipienti, dedit, donavit, remissit, et pactum eidem promissit de non plus petendo per se, vel alium aliqua ratione vel causa, de jure, nec de facto, per vendictionem, et jurium tradictionem perpetuo promissit habere, et non contravenire. Dans dictus venditor dicto viro Nobili Domino Joani de Molino Montonae honorando Potestati, nomine antedicto faciente, et recipiente licentiam, et liberam potestatem intrandi, et standi tenutam, et corporalem Possessionem dictae Villae Montis delle botte, et ipsius jurium, et accessum et egressuum suorum et pertinentiarum ipsius, et terrarum cultarum et incultarum, vinearum, erbarum fructiferorum et infructiferorum, semitum et limitum, montium, vallium et planitiarum, pasculorum, aquarum, nemorum, silvarum, venationum aucupationum decimarum, reddituum proventuum salectarum, bonorum, et consuetudinum et omnium bonorum et jurium presentium et futurorum, eidem venditori, et dictae Villae spectantium, tam de jure, quam de facto, quam de consuetudine, lacuum honorificentiarum, domorum, casalium, semitum, ortorum, curtivorum et pratorum, sua auctoritate ad habendum, tenendum, possidendum, vendendum, donandum, alienandum et quidquid ipsi Domino Potestati nomine dicti Comunis stipulanti et recipienti, deinceps placuerit faciendi, constitutus se pro eo et ejus nomine praedictam rem venditam possidere, donec ipsius rei tenutam et Possessionem ingressus fuerit corporaliter et ipsum in vacuam et expeditam possessionem praedicte villae Montis delle botte et ipsius jurium et omnium proventuum inducere promissit. Ita tamen quod dictus venditor de evictione ipsius villae et jurium et omnium proventuum manutenere teneatur. Nisi quantum est pro suo facto, quam de ipsa Villa jurium ipsius et omnium praedictorum nulli fecisset donationem, venditionem, alienationem, obligationem, seu jurium tradictionem, modo aliquo, causa, seu ingenio. Dicens etiam asserens, et protestans dictus venditor se nullae personae de dicta villa et ipsius jurium et praedictorum omnium nulli fecisse, cessisse, dasse, donasse, vendidisse, alienasse, obligasse seu jurium tradictionem fecisse, modo aliquo, causa seu ingenio. Quam venditionem pretii habiti confessus, renuntiavit dominationem et jurium tradictionem, et quaequae praedicta promisit dictus venditor per se suosque filios, et heredes dicto emptori stipulanti nomine quo supra, et per suos haeredes, et successores, attendere, observare, et non contravenire sub poena stipulata, et promissa duplo valore dictae rei venditae, et jurium cessorum, ut plus forent rei extimatae valore tempore convenctionum ipsarum, et obligatione omnium suorum bonorum praesentium et futurorum, et refactionem damni et expensarum litis et extra quo bona se pro eo emptore, et ejus nomine constituit possessionem et poena comissa, soluta vel non, predicta omnia et singula in quolibet capitulo supradictus plenam obtineat firmationem.

Actum die tertio mensis Junii.

Ego *Joanes* q. Domini Bonavitae Notarius de Ferraria, imperiali auctoritate Notarius et dicti Domini Potestatis Cancellarius praedictis omnibus praesens fui, et rogatus scribere.

Marchese G. P. dei Polesini.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1322.

7 Giugno, Indizione V. Mondellebotte.

Il Comune di Montona prende possesso della Villa di Mondellebotte.

(Archivio Municipale di Montona).

In Christi nomine. Anno ejusdem nativitatis millesimo tercentesimo vigesimo secundo. Indictione V, die septimo mensis Junii, in Villa Montis delle botte, praesentibus testibus vocatis et rogatis nobilibus viris Domino Thomae Barbadico Paysanatici Istriae Capitanei, Domino Joane Contareno Parentii honorando Potestate, Guerra Notario de Montona et Chrestecha dictae Villae Gastaldione. Cum Nicoletus Bollani q. Domini Marci Bollani civis Venetus Viro Nobili Domini Joanni de Molino Montonae honorando Potestati vendidisset vice et nomine comunis et universitatis hominum Montonae et suorum successorum Villam Montis delle Botte cum omnibus suis juribus, accessibus et egressibus suis, et omnibus suis pertinentiis, et terris cultis et incultis, arboribus fructiferis et infructiferis, vineis, semitibus, et limitibus et cum montibus, vallibus et planitiis, cum pasculis, aquis, nemoribus, silvis, venationibus, aucupationibus, decimis, redictibus, proventibus, collectis, bannis, et consuetudinibus, omnibus honoribus, et juribus praesentibus et futuris, et eidem quibuscumque modis spectantibus, tam de jure, quam de facto, quam de consuetudine, cum lacubus et honorificientiis, in domibus, casalibus, sediminibus, et pratis per praetio librarum mille quadragentorum denariorum parvorum ut constat instrumento vendictionis stipulato manu mei Notarii infrascripti, sub anno dicto et indictione praedicta, die tertio mensis praedicti Junii, et promisisset dicto Domino Potestati dicto nomine recipienti in vacuam et expeditam possessionem inducere. Et faciens se ad hoc teneri virtute ipsius promissionis et ad hanc obligationem etc. et idcirco induxit et posuit dictum Virum Nobilem Dominum Joannem de Molino Montonae honorandum Potestatem, se et nomine antedicto recipientem in tenutam, et corporalem possessionem Villae praedictae et omnium jurium praedictorum, dando eidem ostia domus, dictus Chresteche Gastaldionis in manibus, et claudendo et aperiendo ipsa ostia, et tradendo etiam eidem in manibus de scandolis domus dicti Gastaldionis, et volvendo et revolvendo ipsa scandola idem Dominus Potestas, et in domo revertendo. Et dando etiam eidem de terra, herbis, et arboribus ipsius villae. Qui vir nobilis Dominus Joanes de Molino Montonae honorandus Potestas, per se et vice et nomine Comunis et universitatis hominum Montonae, et per eorum heredes et successores ipsarum tenutam, et corporalem possessionem dictae villae Montis delle Botte, et ipsius jurium et omnium predictorum accessit, et intravit animo detinendi per se et nomine antedicto.

Ego *Joanes* q. Domini Bonavitae Notarius de Ferrara Imperiali auctoritate Notarius et dicti Domini Potestatis Cancellarius praedictis omnibus praesens fui, et rogatus scribere scripsi.

Marchese G. P. dei Polesini.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1322.

12 Giugno. — Udine.

Procura dell' Abbate di Rosazzo per riscuotere alcuni redditi di olio che quel Monastero possedeva in Parenzo.

(Atti del Notajo Melioranza nella Biblioteca Comunale di Udine).

Anno Domini 1322. Die XII Junii in Castro Utini prope portam Patriarchalis Curie, presentibus D. Martino de Oppreno, Wecelino filio q. D. Embaradi de la Turre, Simone de Budrio et aliis. Venerabilis et Religiosus vir D. Fr. Johannes Abbas Monasterii Rosacensis fecit, constituit et ordinavit nomine suo et nomine et vice Conventus, Monasterii predicti, Religiosum virum D. Fr. Mengosium Abbatem Monasterii S. Petri in Silva licet absentem tamquam presentem suum et dicti Conventus Procuratorem, sindicum et nuncium specialem specialiter ad petendum, exigendum et recipiendum pro ipso D. Abbate et Conventu suo predicto in Civitate Parentii quatuor libras veronensium parvorum pro anno MCCCXX que defecerunt dicto Monasterio suo pro extimatione quinquaginta librarum olei et centum libras olei pro A. D. MCCCXXI sibi et dicto Monasterio Rosacensi debitas in Parentio pro quibusdam possessionibus et olivis dicti Monasterii a quibuscumque dictam pecuniam et oleum solvere debentibus et ad faciendum finem remissionem et pactum de ulterius non petendo de hiis que receperit, revocans omnes alios procuratores ad predicta constitutos, nec non ad agendum et defendendum coram quocumque iudice dato vel dando litem contestandum, iuramentum calumpnie seu de veritate dicenda et cuilibet alterius generis iuramentum in animam suam prestandum, exceptiones cuiuscumque generis proponendum, testes et instrumenta producendum, beneficium absolutionis si opus fuerit et restitutionis in integrum implorandum, et generaliter ad omnia et singula facienda et exercenda que ipsemet facere et exercere posset si personaliter interesset, promittens se firmum et ratum perpetuis temporibus habiturum quicquid per dictum ejus Procuratorem factum fuerit in premissis et quolibet premissorum. Insuper volens dictum Procuratorem relevare ab omni onere satisdandi promisit mihi Notario stipulanti nomine et vice omnium quorum interest vel intererit iudicio sisti et iudicatum solvere in omnibus suis clausulis sub obligatione omnium bonorum suorum et monasterii sui predicti.

Dr. Vincenzo Joppi.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1322.

14 Agosto Indizione V. — Trieste.

Aggiudicazione di vigna in Grignano la quale era del defunto Pietro figlio di Marco Ranfo.

(Archivio diplomatico di Trieste, Atti dei Vicedomini).

In nomine Dei aeterni anno Domini millesimo trecentesimo XXII indictione V die XIIII intrantis mensis Augusti actum Terg. in sala novi palacii Comunis presentibus dominis Geroldo Rubeo Petro Gremone Not. Naxiguera Ade Roba de Leo not et aliis. Cum dominus Petrus Ranfus filius qm. domini Marci Ranfi Militis venisset ad extimariam ex manibus extimatorum et eidem deliverata fuisset quandam vineam sitam in pertinentiis Terg. in Contrata Grignani tunquam de bonis Cini tabernarii quae vinea cohoeret vineae Petri Balarii et vineae Domini Francisci Nibli pro precio XIIII Marcharum solidorum ut patet de praedictis tenore publicae scripturae manu Michaelis Ade Not. confecte sub Anno Dom. Millesimo trecentesimo nono, Indictione XII, die nona intrantis Mensis Februarii et ut haec et alia in dicta scriptura per ordinem continetur. Et cum idem Dominus Petrus Ranfus predictam vineam obligasset nomine pignoris Domino Otoni Coradegno de Alba et Vigelmo dicto Coppa foeneratoribus in Tergesto pro marcis XX solidorum veterum de Terg. ut patet tenore publici Instrumenti manu Nicolai Imperiali auctoritate Notarii confecti sub anno Domini Millo. trecentesimo nono indictione VII die secundo intrante Maio ut hae et alia in dicto Instrumento per ordinem plenius continetur. Et cum pars dictae vineae de Grignano evicta fuerit et sit.....dicto Vigelmo per Benvenutam uxorem Jacobi Mussni. ut patet tenore publice Sententie late per nobilem et potentem virum Dominum Monfloritum de Coderta alias honorandum Potestatem civitatis Tergesti et scriptae manu Zorobabelis de Leo Not. presenti Millesimo et Indictione die VII intrantis Mensis Januarii.. ....quae pars evicta extimata fuit per extimatores Comunis Tergesti esse valoris Marcharum XIIII sold. veterum de Tergesto ut patet publica scriptura manu Vitalis de Baschere de Naucherio Notario confecta sub predicto Millesimo et Indictione die XV intrantis Mensis Madii etc. Et cum postea residuum dicte vinee de Grignano evicta fuerit et sit dicto Vigelmo per Jacobum Cirussicum Procur. et procur. nomine D. Michaeli Justi et Benvenutae filiorum qm. Thomasii Glorani ut constat tenore publicae sententie late per SScriptum Dominum Vicarium et scriptae manu mei Justi Not. infrascripti sub praescripto millesimo et indictione, die vigesimoctavo mensis Julii et quae vero pars extimata fuit per extimatores Comunis Terg. de mandato Dominii ad petitionem dicti Vigelmi esse valoris et

valere Marchas quatuordecim sold. veterum de Terg. ut patet publica scriptura manu Valesii Hereurici Not. confecta sub prefat. millesimo et indictione die primo Mensis Augusto et ut in dictis scripturis habetur et alia plenius per ordinem continetur. Et cum ipse Vigelmus publice faceret cridare super scalis Palatii Comunis per preconem Comunis de mandato Dominii quod si qua persona esset habens vel que vellet defendere hereditatem dicti qm. Petri Ranfi vel quae conosceret de bonis expeditis qm. dicti Domini Petri Ranfi comparere debent ad terciam diem coram Dominio Tergesti ad defendendum dictam haereditatem et denunciandum dicta bona expedita, alioquin ad impedita procedetur prout de Jure fuerit ut constat publica scriptura manu mei Justi Not. confecta sub praedicto millesimo et indictione die tercio Augusti. Et cum per Dominum Vicarium inscriptum fuerit pronunciatum excusationem bonorum legitime etiam factam ut patet publica scriptura manu mei Justi de Viana Not. sub profectis milles. et indictione die duodecimo Mensis Augusti et ut in dictis scripturis habetur et alia per ordinem continetur cum quibus omnibus instrumentis et scripturis ad presenciam nobilis et Sapientis Viri Domini Armanis de Aquazot's de Ferraria Jud. utrusque Juris peritus Vicarius pro Comuni Tergesti illustris D. D. H. Comitis Goritie honorand. Potest Terg. comparuit dictus Vigelmus Coppa hypothecarius, petens cum instancia sibi dari et concedi intromissionem bonorum omnium mobilium et fixorum q. dicti Domini Petri Ranfi expeditorum et impeditorum per aliquam personam et si de expeditis reperiri non possent tunc de impeditis cercando plano possessiones eorundem et hoc usque ad suam integram solucionem et satisfactionem Marcharum XXVIII sold vet. de Tergeste pro sua indepnitate vineae supradictae de Grignano sibi emere ut est predictum et omne damnum et expensae inde factorum et faciend. et hoc peto secundum formam juris et Statutorum Civitas Terg. Unde dictus D. Vicarius audiens dictam petitionem quae justa erat et intellecto tenore dictorum instrumentorum.....et scripturarum et habita super his diligenti deliberatione et accepta fide a dicto Vigelmo qui corporaliter testis scripturis juravit ad S. Dei Evangelia se de predictis nihil recepisse et sibi non fore in aliquo satisfactum, se juste debere recipere et habere dicta XXVIII Marchas sold. veter. pro sua indepnitatione vineae supradicte sibi in jure ut in praedictum est suum dampnum excepti dedit et tradidit et concessit dicto Vigelmo licentiam et liberam vocem sua propria auctoritate accipiendi intromittendi et vendi seu vendi faciendi ad incantum extimariae tantum de bonis ipsius quond. Petri Ranfi immobilibus et fixis quam ad suam integram solucionem et satisfactionem pervenerit sue indempnitati predictae, et primo de expeditis et non impeditis per aliquam personam et si de expeditis reperiri non possent, tunc de impeditis cercando primo possessiones eorundem bonorum. Salvo tamen jure cujuslibet alterius personae.

Manu Justi de Viana Not. sup.

Questo Pietro Ranfo figlio del nobile Milite Marco Ranfo, non figura negli atti di persecuzione ed odio contro la famiglia dei Ranfi e loro seguaci; anzi senza questa carta rimarrebbe ignorato del tutto. Convien dire che fosse morto prima dell' esterminio di quella famiglia, uccisa, infamata.

Comparirebbe in questa carta la moneta nuova di Trieste, la quale potrebbe essere quella moneta che fu coniata da Vescovo Rodolfo Pedrazzani, e che fu l' ultima, divenuta rarissima per l' odio che portavano i Triestini al Vescovo medesimo, e che facilmente può essere stata coniata nel 1306; su quella moneta compariva per la prima volta lo stemma gentilizio del Prelato, e sotto questo lo scudo della città, in modo che indicava soggezione.

La vigna era in Grignano e dalle poche indicazioni si può argomentare che fosse entro l' odierna *Villa Arciducale di Miramar*.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1322.

23 Agosto, Indizione V. Trieste.

Inventario di masserizie lasciate da Giovanni de Gennani, spettanti per eredità alle sue figlie.

(Archivio diplomatico di Trieste).

In nomine Dei eterni amen. Anno Dom. Millo. CCC.XXII Indict. V die XXIII intrant. mens. Aug. Actum Tergesti in vetere palacio Comunis ubi jus redditur; presentibus Dominis Gufredo nomine Bandi de Jud, Naxiguera Ade nomine Leonardi de Matelda, Nicolao Rubeo et aliis. Nos Armanus de Aquagotis de Ferraria Vic. pro Com. Terg. ill. Dni. Dni. H. Comitis Goricia potestatis Tergesti. Cognoscentes de questione inter mulierem Margaritam uxorem ipsius filii S. Leonardi de Matelda ex una parte petentem et Dominam Brunam uxorem Facii de Prebixa sive ipsum Facium ut defensor se ex altera defendentem sub inscripta petitione, tenor cujus talis est.

Coram vobis nobili et sapienti viro Dno. Armano de Aquagotis de Ferraria Vicario pro Comuni Tergesti per illustrem Dnum. Dnum. H. Comitem Goricie potestatem Tergesti, petendo dico ego et expono. Ego Margareta uxor et filia qm. Dni. Johannes Gennani et quondam Dne. Donate giugalium, quod infrascripte res et Mobilia sive Masaricie remaserunt in domo habitationis quondam supradictorum meorum parentum post mortem ipsorum parentum in contrata Castelli coherenti videlicet primum domui Dni. Valesii de Heurenrico, in qua domo predicta moratur et morata fuit soror mea Bruna a die obitus supradictorum nostrorum parentum usque ad diem presentem, et cum ipse res bona mobilia expectent et pertineant ad me per medietatem tum hereditatis nomine supradictorum nostrorum parentum, tum successionis nomine qm. Nicolai fratris nostri qui decessit in pupillari etate, quas res et bona comissarii nostri sive tutores supradicti fratris Dominus Gennanus patruus noster, quondam Dnus. Thomas Lissiza noster avunculus, et Dni. Montulus Munarius et Andreas Rubeus tunc posuerunt ibidem in dicta domo in custodia et consignatione supradicte Dne. Brune sororis mee oneste femine que permansit et permanet in ipsa domo continue a die obitus supradictorum nostrorum parentum ad larem, focum et masaricias usque ad diem presentem, omniaque mobilia et masaricias comunes inter me et dictam sororem meam Dnam. Brunam. (Omissis)

Res sunt hec: Primo tria schuta; item unum tavolazum et unam rutellam; item tres baliste de cornu et una balista de ligno; item tres cirnalere (?) et una spata et unum spatonum, et due lancee longe et unus cultellus de ferro, et una serra; item due sape et due secures aut manare; item una bancha, una tabula ad comedendum; item due fresore magne, et unum freserolum

parvum, et due catene, et duo calderia, et duo stagnati desuper igne, et unum alium stagnatum ad colandum aquam, et unus trepes de ferro, et duo paria moletarum seu de igne et de pisibus, et una pala pro igne, et unum cippum de ferro, unus leves eneus, et quinque pale de ferro ad capiendum ollas. Item unum palum ferreum, et unum saponem, et unam clavaduram magna, altera parva; Item una trabs segada in tabulas, et paredane duarum onciarum; item unum stagnatum de stagno et duo capices de ferro, et unum pilleum de ferro, et tres lanternas; Item duo caneri, et unam concam et due urne pro vino, et duo mastelli pro lavandis pannis, et tres quintare, et una mediam quartam, et unum mezenum, et tres desvoltores, et quatuor arboli magni, et duo parvi, et unum cochleare; et duo magna canestra sine manubrio, et duo canestra coverclata, et tria alia magna, et duo alia parva, et unum malvassum scudellarum et unum malvassum cupparum, et unum catinum inferratum et unum non ferratum; item due cupe magne pro accipiendo vinum, et due cupe pente, et sex cupe parte non pente; Item unum vas XL urnarum, et unum XXXVIII urnarum, et alium XXXVIII urnarum, quartum XXXII urnarum contentu, unum quintum, sextum trigintarum (sic) urnarum, septimum XX urnarum, octavum sedecim urnarum, nonum XII urnarum, decimum et undecimum X urnarum, una butixella sex urnarum, altera trium urnarum, unum butixinum pro aceto, alterum butixinum quatuor congiarum, duo butixini quantitate duorum congiorum. Item onnegli, sive tinacia quatuor magna et duo parva, et alteri duo parvi viles, due urne et due plere pro trabaxando vinum, et duo paria brentarum; item tres ronçerie et una mantegla rigata, sex banchos, arcelle tres parvae et magnae, et nove et veteres novem, unum scaneum magnum novum, et aliud parvum novum, et unum vetus; due casselle; quatuor lapides sive avella lapidea ad tenendum oleum; item duo urcii de ere sive bocales. (Omissis)

Dr. Cumano.

Tipografia del Loyd Austriaco.

Anno 1323.

Tra il 20 Agosto ed il 3 Settembre, Indizione VI. Udine.

Sentenza del Vicario Patriarcale colla quale si condannano al pagamento di quindici marche di soldi gli Economi del Vescovo di Trieste, per debiti lasciati dal fu Rodolfo Vescovo di Trieste.

(Atti del Notajo Melioranza nella Biblioteca Comunale di Udine).

In nomine Domini Amen. Nos Frater Johannes Abbas Rosacensis Vicarius Rev. Patris D. Pagani Dei et Apostolica gratia S. Sedis Aquilegensis Patriarche Arbitrator et amicabilis compositor assumptus comuniter et concorditer a D. Otolino de Cremona olim habitatore Tergesti ex una parte et a discreto viro Gabriele de Cremona Notario predicti D. Patriarche procuratore et procuratorio nomine D. D. Presb. Raymondi et Presb. Johannis Canonicorum Eccl. Tergestine yconomorum, procuratorum et Syndicorum Episcopatus Tergestini ex parte altera, super eo quod dictus D. Otolinus petebat ab ipsis yconomis certam pecunie quantitatem quam dicebat se solvisse de propria pecunia pro debitis bone memorie D. Rodulfi Episcopi Tergestini prout in instrumento compromissi in Nos facti plenius constat, visis et intellectis iuribus ipsius D. Otolini, solemnique per nos deliberatione perhabita ex vigore dicti compromissi in nos facti, Dei nomine invocato, laudamus, arbitramus, pronunciamus, dicimus et mandamus predictos Presb. Raymondum et Johannem yconomos debere dare et solvere de bonis Episcopatus Tergestini usque ad prox. festum S. Luce Marchas quindecim solidorum Aquil. monete cum dampnis et expensis propter hoc factis per ipsum D. Otolinum, quarum taxationem nobis in posterum reservamus, sub pena in compromisso contenta in singulis et pro singulis capitulis hujusmodi laudi et compromissi predicti solvenda quam tocies exigi possit quociens in predictis vel aliquo premissorum fuerit contrafactum, reservata nobis nihilominus potestate declarandi et imperandi supra predictis ubicumque et quocumque super ipsis vel eorum aliquo fuerit oportunum et eciam semel et pluries pronunciandi si nobis videbitur expedire, presentibus D. Otolino et Gabriele predictis et omologantibus et confirmantibus laudum seu arbitrium per prefatum arbitrum et arbitratorem in Castro Utini prope portam Patriarchalem presentibus D. Francisco de la Turre Canon. Aquilegense, Nerio Viola qui fuit de Florentia et habitat in Utino, Francisco Notario filio q. Pizoli de Utino, Moraschino de Mediolano familiare supradicti D. Abbatis et aliis.

Sub anno nativitatis Domini MCCCXXIII, Ind. VI.

Dall'esame degli atti che precedono e seguono questa sentenza si desume che fu pronunciata tra 20 d' Agosto ed il 3 Settembre 1323.

Dr. Vincenzo Joppi.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1323.

Die tertio exeuntis mensis Octobris. Indizione VI. Trieste.

Giovanni del fu Ottobono vende a Giusto Terino del fu Jacopo a titolo di feudo la decima di casa in Contrada Mercato a Trieste, confinante da un lato cum Curia Caniparum *del fu Marco Ranfo.*

(Archivio diplomatico di Trieste. V. D. Vol. XI, a metà).

In nomine Domini. Anno ejusdem Millesimo tricentesimo vigesimo tercio, Ind. VI, die tercio exeuntis mensis Octubris. Actum Tergesti in statione infrascripti emptoris, presentibus Dominis Giroldo Rubeo, Francisco Gremonio, Sarafino Zoto de Parma testibus ad hoc vocatis et rogatis, et aliis. Dominus Johanes qm. Dni. Ottoboni dedit, vendidit cessit, atque tradidit Ser Justo qm. Domini Jacobi Terini pro se suisque heredibus recipienti et ementi Jure recti et legalis feudi, modis, pactis et conditionibus infrascriptis decimam sive decimas domus Domine Nicolote uxoris qm. Dni. Udurlici Thefanii, in qua ad presens predicta Domina Nicolota cum filiis suis heredibus qm. predicti Dni. Udurlici habitat et moratur, posita in Contrata Mercati, coherens introitui dicte domus, et domui Benedicti filii qm. Dni. Sardii Not. de Alborio, et domui Domine Pirine de Mangdiarano, et domui Stanche uxoris qm. Ziroli de Bagnolo, et Furno heredum qm. Benvenuti Burlo et Curie Caniparum quondam Dominorum Marci Ramffi et Sardii Mosteglo, et si que alie sint coherens ipsius domus, ad habendum tenendum et possidendum Jure recti et legalis feudi, omnique Jure et actione, usu seu requisitione reali, et partiali utilitati et directa eidem Dno. venditori ex ipsis decimis sive ipsis decimis modo aliquo modo pertinenti de jure vel de facto, constituens eumdem Ser Justum emptorem procur. suum sive ut in rem suam, et ponens ipsum in locum suum. Ita quod omnibus actionibus utilibus et directis realibus et partialibus nominatis, Ser Justus emptor possit et valeat agere ex opere, replicare, consequi, et se tueri contra unamquamque personam nomine et occasione dictarum decimarum ut idem Dnus. Johanes facere poterat; et hoc fecit supradictus Dnus. Johanes pro precio et precii nomine quadragintaduorum cum dimidio soldorum venetorum grossorum, quos denarios dictus Dnus. Johanes venditor ipsis juribus et actionibus primo cessis, fuit confessus et contentus se tempore hujus contracti habuisse et recepisse ac sic integre fore datis, traditis et numeratis ab ipso Ser Justo emptore; renuncians exceptioni non habitorum et non receptorum seu non traditorum dictorum denariorum ob dictam causam, spei future mutacionis, exceptioni doli et male actionis in facto predictorum sive causa, et cuilibet alio Juri vel legum auxilio canonico et civili, sit pro hoc modo aliquo coherens de jure vel de facto, et antedictas decimas predictus Dominus Johanes venditor per se suosque heredes promisit, et ex pacto solempni superius premisso promisit antedicto Ser Justo emptori suisque heredibus semper legiter

Jure recti et legalis feudi defendere, warentare, auctorizare, et disbrigare ab omni homine, persona, et universitate ecclesiastica et civili, et infra quindecim dies ante Episcopum et dominum pastore Ecclesiam tergestine, postquam idem Dnus. Johanes suisque heredes fuerint requisiti per Dominum Ser Justum emptorem suosque heredes, prefatus Dominus Johannes venditor promisit, et debeat, et teneatur facere investiri dictas decimas eidem Ser Justo suisque heredibus ab Episcopo et a pastore Ecclesie tergestine qui fuerit pro tempore. Et si contigerit dictum Ser Justum non fore investitum de ipsis decimis, quod tunc dictus Dominus Johanes venditor debeat et teneatur per se suosque heredes Jure recti et legalis feudi semper legiter defendere, warentare, auctorizare, et disbrigare nominato Ser Justo emptori suisque heredibus ipsas decimas ab omni homine, persona, et universitate ecclesiastica et civili, et etiam Domino Episcopo tergestino, salvo tamen hoc et excepto quod si contingerit dictum Dnum. Johanem suosque heredes decedere absque heredibus masculis ex ipsis descendentibus, ita quod ex defectu heredum masculorum dictas decimas non posse manuteneri, defendi et substitui ; quod tunc, et ex nunc prout ex tunc, dictus Dnus. Johanes venditor per se suosque heredes solempniter stipulans sine aliqua exceptione juris vel facti se obligando promisit et convenit dicto Ser Justo pro se suisque heredibus stipulanti dare, solvere, reddere, ac restituere quadraginta duos cum dimidio soldos veneticorum grossorum, totum in denariis bone monete et non in alicujus altere, rei emptori nominato Ser Justo Terino suisque heredibus infra quindecim dies postquam dictus Ser Justus impeditus et occupatus fuerit de ipsis decimis, et desisterit habere et recipere redditus et proventus dictarum decimarum ; et heredes ipsius Ser Justi. Que omnia et singula supradicta et in hoc contractu contenta promiserunt supradicti contrahentes vicissim se ad invicem alter alteri per se suosque heredes solempniter stipulantes; hinc etiam intervenerunt firma et rata habere, tenere, et in nullo contrafacere vel venire per se vel alios aliqua ratione vel causa de jure vel de facto, sub pena dupli valoris dictarum decimarum, ut pro tempore plus valuerint; cum refusione dampnorum, expensarum, et cujuslibet interesse litis vel expense, tam si res foret evicta, quam non. Pro quibus omnibus et singulis firmiter observandis obligaverunt dicti contrahentes alter alteri, seu ad invicem, omnia sua bona habita et habenda.

Ego *Giroldus Rubeus* Vicedominus subscripsi.

Ego *Justus de Viana* Vicedominus subscripsi.

Ego *Nasinguerra Ade* Imp. Auct. Not. predictis omnibus interfui, et rogatus scripsi et subscripsi.

Dr. Cumano.

Questa Carta ha importanza, meno pel nome di Marco Ranfo che vi si registra per la *Corte delle Cantine vinarie* che vi aveva in società con Sardio Mostelli, di quello che per la *fondalità* (così dicevasi fino a poco, l'alto dominio delli immobili) la quale si vede essere di ragione del Vescovo di Trieste, e che da lui conferivasi a titolo feudale. Lo Statuto cui fu posta falsamente la nota cronica di 1150, ma che è compilazione del 1319, vietava ricevere feudi dai Vescovi, ma ciò era soltanto di feudi nuovi, non dei feudi antichi. In questa Carta, le parti contraenti si mostrano titubanti, però riconoscono l'alto dominio feudale.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1323.

15 Decembre, Indizione VI. Trieste.

Il plebano di Slavina (Adelsberg) e prete presenta al Capitolo di Trieste il deliberato di questo del 1310 relativo ad elezione di canonici.

(Archivio Capitolare di Trieste).

In nomine Dei eterni amen. Anno a nativitate ejusdem millesimo tricentesimo vigesimo tercio. Indictione sexta, die quintodecimo mensis Decembris. Actum terg. in sacristia majoris eccles. terg. Presentibus Gregorio Diacono Rizardo et Hermano Clericis tergestin. test. ad haec vocat. et rog. et aliis.

Dominus Johannes Dotolatus presbiter et plebanus de Sclavina tergestin. dioc. dedit et porrexit et dimisit ibidem domino presbitero Johanni de Brecha Canonico et Scolastico in Eccl. terg. predicta ac caniparo Capituli Eccl. ejusdem, quoddam instrum. publicum manu sua scriptum in quo quidem continebatur quedam constitutio jurata facta inter canonicos et Capitulum terg. ac ipsum publice de verbo ad verbum legi fecit per me not. infrascriptum cujus tenor sic anotatur. (*Vedi diploma 5 Febbraro 1310*).

Quo vero instrumento sic prelecto coram testibus supradictis Dominus presb. Johannes Dotolatus supradictus plebanus rogavit cum instantia me infrascripto not. ut de predictis conscriberem publicum instrumentum.

Ego *Pasqualis de Niblis* pub. Imp. auctoritate not. predictis omnibus interfui et rogatus subscripsi.

Quest' atto del 5 Febbraro 1310 è la deliberazione del Capitolo dei Canonici di Trieste, di non accogliere alcuno in loro confratello prima che sia vacante una prebenda canonicale. Sembra che questa deliberazione canonicale non venisse osservata. Il plebano di Slavina Giovanni de Ottolati fu notaro rogatore dell' atto 1310, forse rimasto nel suo minutario. *K.*

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000000

Anno 1324.

15 Febbraio, Indizione VII. Udine.

Questioni dinnanzi il Patriarca d' Aquileja Pagano, tra Vescovo di Parenzo Graziadio e Contessa d' Istria Beatrice della Casa di Gorizia pel minore Conte Enrico a causa del Patronato della Chiesa prepositoriale di S. Nicolò di Pisino.

(Atti del Notajo Melioranza di Cividale).

Anno nativitatis Domini Millesimo trecentesimo vigesimo quarto, Indictione septima, Die XV Februarii in Castro Utini super Patriarchali palacio, presentibus domino Francisco plebano Murucii, Leonardutio de Bellomnibus de Utino, Gabriele de Cremona Notario domini Patriarchae, Federico de Soldanerio incola de Florentia et aliis.

Constitutis in presentia Venerandi viri domini Fratris Johanis Abbatis Rosacensis Vicarii infrascripti Guidone dicto Lula filio qm. Teste de Goritia procuratore, et procuratorio nomine Egregie dominae dominae Beatricis Goritiae, et Tyrolis Comitissae, Matris Tutricis et Rectricis Magnifici Viri domini Johanis Enrici Goritiae et Tyrolis Comitis ad hec specialiter constituto, ut de ipsa procuratione constat publico Instrumento scripto manu Zamboni de Civitate Belluni Notarii Goritiae habitantis producto ibidem sub Anno Nativitatis Domini Millesimo trecentesimo vigesimo tertio, Indictione sexta, die XII intrante Decembre; a me Notario infrascripto viso, et lecto, ex una parte, et Francisco qm. Simonis de Strasis de Cremona procuratore, et procuratorio nomine Venerandi Patris domini Graciadei Dei gratia Episcopi Parentini, cum protestatione premissa quod non comparebat coram ipso domino Vicario tamquam coram suo judice, nec consentiebat in eum tamquam in suum judicem prout de sua procuratione ibidem producta constat publico Instrumento scripto manu Johanis de Mantechellis de Bononia Notarii sub Anno Nativitatis Domini MCCCXXIIII, Indictione septima, die Martis septimo mensis Februarii, a me Notario infrascripto viso, et lecto ex altera, dictus Guido procuratorio nomine quo supra produxit in scriptis quamdam petitionem cujus tenor talis est.

Coram vobis Venerando Viro, et discreto domino Johani Abbate Rosacensi juris Canonici peritissimo, et generali Vicario Reverendi Patris domini Pagani Dei, et Apostolicae Sedis gratia Aquilegensis Sedis Patriarchae dico, et propono ego Guido dictus Lule qm. Testae de Goritia procurator, et procuratorio nomine nobilis, et excellentissime domine domine Beatricis uxoris qm. nobilis et egregii Viri domini H. Goritie, et Tyrolis Comitis tutricis, et rectricis filii

sui Johanis Henrici patroni Ecclesiae Sancti Nicolaii in Pisino, quod cum pater ejus supradictus, et ipse essent in plena, et pacifica possessione juris patronatus, et presentandi rectorem ad Ecclesiam predicti Sancti Nicolaii instituendum et confirmandum per reverendum Virum dominum Graciadeum Dei gratia Episcopum Parentinum, qui predictus Episcopus nescio quo spiritu ductus predictum filium, et heredem dicti domini Comitis jure patronatus predictae Ecclesiae spoliavit, alium nomine Guilielmum in dicta Ecclesia de sua auctoritate propria instituendo, qui tandem sepe, et pluries requisitus a me procuratorio nomine quo supra ut id quod de dicto Guilielmo indebite fecit debite studeat revocare, et presbiterum Franciscum a me sibi presentatum procuratorio nomine antedicto sine causa admittere et confirmare contempsit, propter quod sentiens me, et predictam dominam, et ejus filium aggravari, a gravamine dicti domini Episcopi, ad Aquilegensem Sedem infra tempus debitum solemniter appellavi. Quare peto nomine quo supra quot predictam dominam, et ejus filium sic de facto, et contra justitiam spoliatos, in possessionem vel quasi presentandi rectorem ad dictam Ecclesiam vestro officio restituatis, ipsi domino Episcopo super possessorio perpetuo silentium imponendo, et insuper amoveatis Guilielmum per ipsum dominum Episcopum sic intrusum in Ecclesia antedicta, et illam intrusionem nullam fuisse Sententialiter declaretis, ipsum in expensis factis, et faciendis, vestro officio condempnetis, non intendens me astringendum ad probandum omnia in hac petitione contenta, sed solum ad ea que ad victoriam meae causae sufficiant, salvo jure addendi, mutandi, et minuendi, cumulandi, declarandi in qualibet parte litis.

Dictus vero Franciscus procuratorio nomine domini Episcopi suprascripti produxit, et dedit in scriptis quasdam exceptiones, seu scripturam hujus tenoris.

In Christi nomine Amen. Coram vobis venerando viro domino fratre Johane Dei gratia Abbate Monasterii Rosacensis Venerandi in Christo Patris et domini domini Pagani miseratione divina Sancte Aquilegensis Ecclesiae dignissimi Patriarchae in spiritualibus Vicario generali, compareo ego Franciscus qm. domini Simonis de Strasis de Cremona procurator, et procuratorio nomine Venerandi in Christo patris, et domini domini fratris Graciadei Dei gratia Episcopi Parentini, nomine, et occasione cujusdam citationis de ipso domino Episcopo factae per quasdam patentes litteras dicti domini Vicarii, sub data sextodecimo mensis Januarii, Indictione septima, ad petitionem, et instantiam domini Guidonis dicti Lula qm. Testae de Goritia, qui se dicit procurator, et procuratorio nomine excellentissimae dominae Beatricis Guriciae, et Tyrolis Comitissae matris tutricis, et administratricis illustris domini Johanis Henrici Comitis Guriciae, super appellatione quadam, que interposita esse dicitur pro parte dicti domini Comitis ad dictum dominum Patriarcham, et Aquilegensem Sedem, a quadam confirmatione facta per ipsum dominum Episcopum de Preposito, et Prepositura Ecclesiae Sancti Nicolai de Pixino Parentinae Diocesis, et protestatione ante omnia dictus procurator procuratorio nomine quo supra, quod non comparet, nec comparere intendit coram vobis nomine dicti domini Fratris Graciadei Episcopi Parentini tamquam coram suo Judice, vel jurisdictionem aliquam in ipsum habente, vel prorogare volente, nisi quatenus de jure tenetur, et debet, quam protestationem, et omnia, et singula in ea contenta voluit esse repetita, et intellecta, repetit, et intelligit in omni verbo facto, vel dicto per que appareret, vel apparere possit ab ea in totum, vel in partem recisum, vel in aliquo derogatum, quibus sic premissis, dictus procurator nomine quo supra, primo et ante omnia allegat coram vobis proponit, et excipit, quod secure, et sine mortis periculo esse, et stare contra dictum dominum Comitem, cujus subiecti adeo sunt potentes, et tales sunt homines, quod si adesse velet, et adesset causae predictae sibi posse mortis periculum imminere, et cum ipse dominus Episcopus habeat inimicicias capitales in Forojulio, per quos, seu quorum potentiam habet facere de necessitate transitum volendo coram vobis comparere, et esse pro causa predicta, ipsius etiam domini Comitis, et Co-

mitissae potentiam merito perorescens, ita quod sine mortis periculo ad vos, ad locum Forijulii accedere non potest nec esse, et maxime cum non sit ibi copia peritorum pro prosecutione causae predictae, et petit copiam delegationis si quam habetis, seu comissionem super causa predicta ut deliberare possit, et informari super ea, qua habita petit, et instat per vos sibi assignari locum tutum et securum in quo, et ad quod idem procurator, et alius quicumque nomine dicti domini Episcopi secure, et sine aliquo periculo comparere possit, et jura ipsius domini Episcopi allegare, et probare, et salvis premissis, et repetitis primo, et ante omnia suprascripta protestatione, et alia que sequntur super proximo negat appellatum fuisse pro parte excellentissimae dominae predictae, seu excellentissimi domini Comitis supradicti. Et si appellatum, quod negatur, negat appellatum legitime, et negat appellatum in scriptis, et negat appellatum infra decem dies, infra quos de jure in talibus appellari debuit, ac etiam tales causas expressas fuisse in ipsa appellatione que ipsam causam devolvant, seu devoluisse dicantur ad vos per appellationem predictam a collatione predicta per predictum dominum Episcopum facta propositure predictae, de quibus ante omnia constare de jure dicit, et negat dictum dominum Guidonem dictum Licla talem esse, et talem personam prout se asserit, et asseruit coram vobis, et predicta proponit, opponit, et excipit, salva semper premissa, et repetita protestatione supradicta, et in omnibus, et singulis in ea contentis, a qua nullo modo recedere intendit, ac etiam disiuntive, subcessive, et alternative proponendo, et preterponendo, que de sui natura et de jure proponi, et preterponi possunt. Et salvis omnibus aliis suis exceptionibus, et oppositionibus, et salvo jure addendi, diminuendi, mutandi, corrigendi, et declarandi, protestans quod non intendit se astringere ad probandum nec astringit, nisi que sibi sufficiant de predictis.

Cui procuratori domini Episcopi respondit dominus Vicarius super eo quod petebat copiam jurisdictionis, si quam habebat super causa presenti offerebat se daturum sibi copiam Vicariatus sui, et quod bene erat in Forojulii copia peritorum pro prosecutione dictae causae, et quod dictus dominus Episcopus, et quilibet procurator suus secure poterat venire ad presentiam suam pro prosecutione ipsius cause, et si volebat dicere locum non esse tutum sibi, vel suo procuratori, terminum sibi assignabat. Exceptionem vero de inimiciis capitalibus, quas dicit se habere in Forojulio dixit se admitere, et statuit terminum sibi ad diem lunae proximum ad probandum ipsam exceptionem, et aliam de loco non tuto, cui termino procurator dicti domini Episcopi non consensit, nec ab ipso recepit nisi quatenus de jure tenetur et debet. Post hec dictus procurator domini Episcopi produxit et interposuit in scriptis quamdam appellationem infrascripti tenoris, cui procuratori prefatus dominus Vicarius statuit terminum ad diem Sabbati proximum ad audiendum responsionem suam, et ad recipiendum Appellos, cui termino dictus procurator non consensit, nec ab ipso recepit, nisi quatenus de jure tenetur et debet. Tenor autem predictae appellationis talis est.

In Christi nomie Amen. Coram vobis reverendo viro domino Fratre Johane Dei gratia Abbate Monasterii Rosacensis Venerandi in Christo patris, et domini domini Pagani miseratione divina Sanctae Aquilegensis Ecclesiae dignissimi Patriarchae in spiritualibus Vicario generali, dico, et propono ego Franciscinus qm. domini Simonis de Strasis de Cremona procurator, et procuratorio nomine Venerandi in Christo patris, et domini domini fratris Graciadei Dei gratia Episcopi Parentini, quod die quintadecima mensis Februarii comparui coram vobis, et pecii, ac etiam proposui modo, et forma infrascriptis.

In Christi nomine Amen. Coram vobis reverendo Viro domino fratre Johane Dei gratia Abbate Monasterii Rosacensis Venerandi in Christo patris et domini domini Pagani miseratione divina Sancte Aquilegensis Ecclesiae dignissimo Patriarchae in spiritualibus Vicario generali, compareo ego Franciscinus qm. domini Symonis de Strasis de Cremona procurator, et procura-

torio nomine Venerandi in Christo patris et domini domini fratris Graciadei Dei gratia Episcopi Parentini, nomine, et occasione cujusdam appellationis de ipso domino Episcopo facte per quasdam patentes litteras dicti domini Vicarii, sub data XVI mensis Januarii, Indictione septima ad petitionem, et instantiam domini Guidonis dicti Lula qm. Testae de Guricia, qui se dicit procurator, et procuratorio excellentissimae dominae dominae Beatricis Guriciae et Tyrolis Comitissae, matris, tutricis, et administratricis Illustris domini Johanis Henrici Comitis Guriciae super appellatione quadam que interposita esse dicitur pro parte dicti domini Comitis ad dictum dominum Patriarcham, et Aquilegensem Sedem a quadam confirmatione facta per ipsum dominum Episcopum de preposito, et prepositura Ecclesiae Sancti Nicolai de Pixino Parentinae Diocesis, et protestatur ante omnia dictus procurator procuratorio nomine quo supra, quod non comparet nec comparere intendit coram vobis nomine dicti domini fratris Graciadei Episcopi Parentini, tamquam coram suo Judice, vel jurisdictionem aliquam in ipsum habente, vel prorogare volente, nisi quatenus de jure tenetur, et debet, quam protestationem, et omnia, et singula in ea contenta volunt esse repetita et intellecta repetit, et intelligit in omni verbo facto vel dicto per que appareret, vel apparere posse ab ea in totum vel in partem recisum, vel in aliquo derogatum, quibus sic premissis dictus procurator nomine quo supra, primo et ante omnia allegat coram vobis proponit, et excipit, quod secure et sine mortis periculo esse, et stare non potest in judicio coram vobis pro prosecutione dictae causae appellationis, cum agatur tam contra dictum dominum Comitem, cujus Subditi adeo sunt potentes, et tales sunt homines, quod si adesse velet, et adesset causae predictae, sibi posse mortis periculum imminere, et cum ipse dominus Episcopus habeat inimicicias capitales in Forojulii per quos seu quorum potentiam habet facere de necessitate transitum volendo coram vobis comparere, et esse pro causa predicta, et domini Comitis et Comitissae potentiam merito perorescens, ita quod sine mortis periculo, ad vos, et ad locum Forijulii accedere non potest, nec esse, et maxime cum non sit ibi copia peritorum pro prosecutione causae predictae, et petit copiam delegationis si quam habetis, seu comissionem super causa predicta, ut deliberare possit, et informari super ea, qua habita petit, et instat per vos sibi assignari locum tutum et securum, in quo, et ad quem idem procurator, et alius quicumque, nomine dicti domini Episcopi, securo et sine aliquo periculo comparere possit, et jura ipsius domini Episcopi allegare, et probare, et salvis premissis, et repetitis, primo et ante omnia suprascripta protestatione, et aliis, quae sequuntur, super proximo negat appellatum fuisse pro parte excellentissimae dominae predictae, seu excellentissimi domini Comitis supradicti, et si appellatum, quod negat, negat appellatum legitime, et negat appellatum in scriptis, et negat appellatum infra decem dies, infra quos de jure in talibus appellari debuit, ac etiam tales causas expressas fuisse in ipsa appellatione que ipsam causam devolvant, seu devoluisse dicantur ad vos per appellationem predictam, a collatione predicta per dictum dominum Episcopum facta Propositure predictae, de quibus ante omnia constare de jure dicit, et negat dictum dominum Guidonem dictum Lula talem esse, et talem personam, prout se asserit, et asseruit coram vobis, et predicta proponit, opponit, et excipit, salva semper premissa, et repetita predicta protestatione, et in omnibus, et singulis in ea contentis, a qua nullo modo recedere intendit, ac etiam disiunctive, successive, et alternative proponendo et preterponendo que de sui natura, et de jure proponi, et preterponi possunt, et salvis omnibus aliis suis exceptionibus, opponitionibus, et salvo jure addendi, diminuendi, mutandi, corrigendi, et declarandi, protestans quod non intendit se astringere ad probandum, nec astringit, nisi quod sibi sufficiat de predictis, quas petitionem, requisitiones, et oppositiones, et predicta in eis contenta recipere, et cum effectu admittere, recusastis, et adhuc hodie recusatis, in gravem mei, et juris mei, et dicti Venerandi Patris, cujus sum procurator, et Episcopatus Parentini predicti prejudicium, et gravamen, ex qua denegatione, recusatione, et non admissione reputavi, et adhuc reputo

579 a

dictum dominum Episcopum, et Episcopatum, et ipsorum jura aggravari et aggravatos fore et esse, in hiis presentibus scriptis ad Sanctissimum in Christo Patrem, et dominum dominum Johanem Papam XXII, et ejus Sanctam Sedem Apostolicam appello, et appellos peto, et iterum peto, et iterum cum instantia michi dari peto, supponens me, et jura mea, et dicti domini Episcopi, et Episcopatus Parentini protectioni, et defensioni dicti Sanctissimi Patris, et Sedis Apostolicae, protestans quod me non intendo astringere ad probandum nec astringo nisi quod michi sufficiat de predictis.

Die Sabbati XVIII Februarii in Castro Utini super Patriarchali Palatio, presentibus dominis Francisco plebano Murucii, Gabriele de Cremona Notario domini Patriarchae, Federico de Soldanerio, Federico Notario filio qm. domini Galvagni Notarii, et aliis.

Constitutis coram Venerando Viro domino Fratre Johane Abbate Rosacensi Vicario suprascripto, Guidone qm. Testae de Goricia procuratore, et procuratorio nomine quo supra ex una parte, et Franciscino qm. Symonis de Strasis de Cremona procuratore, et procuratorio nomine domini Episcopi suprascripti ex altera, cum protestatione sua quod non consenciebat in ipsum dominum Vicarium tamquam in suum Judicem, dictus dominus Vicarius respondendo appellationi interposite procuratorio nomine antedicto per procuratorem dicti domini Episcopi, dixit quod appellationi predictae tamquam frustatoriae, et frivole, et ex falsis causis, et simulatis interposite non deferebat, nec deferre intendebat, sed appellationem ipsam tamquam frustatoriam, et nullam repellebat et penitus rejiciebat, et hanc responsionem fecit, et dari mandavit dicto procuratori nomine antedicto loco appellorum, et litterarum refutariarum. Salvo quod admitebat ut supra dictum procuratorem ad probandum supradictas duas exceptiones in termino sibi assignato, quas si probabat, et probare poterat eidem appellationi reverenter deferre intendebat.

Insuper dictus dominus Vicariuis statuit terminum dicto Guidoni procuratori dominae Comitissae a die lunae proximo ad octo dies ad probandum de jure suo in causa predicta, et Franciscino procuratori sepedicti domini Episcopi, ad audiendum probationes ipsius dominae Comitissae, et utrique parti ad comparendum, et procedendum prout de jure fuerit, cui termino procurator domini Episcopi non consensit, nec ab ipso recepit tamquam a suo Judice nisi quatenus de jure tenetur, et debet.

Contumacia procuratoris Domini Episcopi Parentini.

Die XX Februarii in Castro Utini super Patriarchali Palatio presentibus dominis Beresino Canonico Aquilegense, Federico de Savorgnano, magistris Odorico, et Francisco Notarii de Utino et aliis.

Guido procurator suprascriptus procuratorio nomine quo supra comparuit coram suprascripto domino Vicario, et accusavit contumaciam suprascripti domini Episcopi Parentini quem vocatum, et non comparentem, dictus dominus Vicarius pronunciavit contumacem.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1324.

29 Marzo, Indizione VII. Gorizia.

Corrado di Reifenberg investe Nicolò di Montona del molino di Corte sul Quieto a piedi del castello di Montona.

(Archivio domestico dei Marchesi Polesini).

In **Nomine Domini Amen. Anno Domini millesimo trigen-**tesimo vigesimo quarto Indictione septima die vigesimo nono intrante mense martii. Actum in claustro fratrum minorum de Goritia, praesentibus nobilibus viris Dominis Bernardo de Strassolt, Garofolo de Goyna de pirano, Gono tusco habitatore goritiae, Joanne Serviciali Domini plebani de trasat, Marco Serviciali Domini Henrici de trasat testibus vocatis et rogatis et aliis.

Nobilis et potens vir Dominus Coradus de rifimberg cum Lancho suae Clamidis ad rectum et legale feudum investivit Nicolaum filium quondam Domini Almerici de montona de quodam feudo cujusdam molendini qui dicitur de Curte positum sub Castro montonae quod ipse Nicolaus et ejus majores et antiqui cognoverunt et habuerunt ex bonitate et gratia antiquorum supradicti Domini Çoradi qui Nicolaus ibi praesens flexis genibus ipsi Domino Corado fidelitatis fecit debitum sacramentum. Et quae bonus vasallus suo domino facere consuevit. In cujus rei testimonium presens pagina in formam publicam reducta ut rei testimonium declaravit ipse Nicolaus ac supradicti domini Coradi consensu rogavit me notarium infrascriptum sibi facere publicum instrumentum, quod autenticandum feci publicum ut apparet.

Ego *lucas* logvirus de pirano imperiali auctoritate notarius hiis omnibus interfui et praesentibus partibus dictam investituram intellexi et rogatus scripsi meum signum publicum adjungendo etc.

Marchese G. P. dei Polesini.

Tipografia del Lloyd Austriaco

10000100

Anno 1324.

7 Maggio, Indizione VII. Cividale.

La nobil Donna Fumia figlia del nobile Ottone di Sovignacco, e moglie a Francesco Bojani nomina nunci al Duca di Carintia e al Conte di Gorizia per investita di feudi a lei devoluti in morte del padre.

(Atti del Notaro Stefano Candelari. Carte Bojani).

In Christi Nomine Amen. Anno a Nativitate Ejusdem M.CCC.XXIV, Indictione VII. Die VII intrante Madio. Nobilis Domina Fumia filia quondam Nobilis Militis Dni. Ottonis de Suvignacho, uxor Francisci filii Domini Pauli de Civitate cum consensu et voluntate dicti Francisci sui mariti presentis consentientis ..... constituit et ordinavit Nobiles Viros Dominos Fulcherium de Savorgnano Civitati commorantem et Philippum de Portis de Civitate licet absentibus tamquam presentibus, et quemlibet ipsorum ..... suos veros, certos nuncios missos ..... ad petendum ab illustri Domino Duce Karintie, vel Magnifico Viro Dno. Alberto Comite Goricie, vel alio quocumque cui pertinent vel debentur investituram feudorum que tenere videtur seu potest a domo Goricie, que sibi pervenerunt et pervenit M. ex hereditate dicti quondam Domini Ottonis sui Patris, et in volt..... recipiendum, et sacramentum Vassalatici faciendi prout moris est Vassallorum, investituram recipiendi et ad omnia et singula .....

Actum in Civitate Austrie in ..... Domus ipsius Dni. Pauli, presentibus ipso Dno. Paulo, Religiosis ..... Jacobo fratre ipsius Dni. Pauli.

Et ego *Stephanus* filius Magistri Antonii Candelari de Civit. Aust. ..... Not. .....

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1324.

11 Maggio, Indizione VII. Trieste.

Fra Salimbene dell' Ordine dei Crociferi confessa al Capitolo di Trieste di essere stato pagato, per li beni mobili e stabili del Priorato di S. Maria di Venezia, oppignorati dal Nuncio della Sede Apostolica per decime arretrate.

(Archivio Capitolare di Trieste).

In nomine Domini Amen. Anno Domini millesimo trecen-tesimo vicesimo quarto, indictione septima, die undecima mensis maii apud tergestum, presentibus domino petro gremona, Cingone de Lablata, Galtero de Duino not. et aliis de tergest. testibus ad haec vocatis et rogatis.

Noverint universi presentes et futuri quod cum frater Salimbene de ordine cruciferorum procurator et negociorum gestor bonorum et rerum dominii de tergesto, confessus fuisset quod dominis decano et capitulo tergestino facientibus executionem et comissariam p. ven. virum dominum petrum Alrici sedis apostolice nuncium in capiendo bona prioratus Sancte Marie Cruciferorum de Veneciis que sunt in tergesto pro decima debita duorum annorum pp. bona aliqua mobilia p. nonnullos facin. homines eorum portata essent ut dicebant idem frater salimbene per se et nomine et vice prioris et prioratus Sancte Marie Cruciferorum de Veneciis dictos decanum et capitulum presentes et accipientes ab omni eo quod pro predictis tenentur ac teneri invenirentur de jure absolvit sollempniter et quitavit et pactum de non petendo fecit eisdem presentibus ipsis decano et capitulo dicentibus et protestantibus nihil se habuisse seu sibi appropriasse de predictis, de quibus omnibus et singulis predictus decanus et capitulum requiviserunt me notarium infrascriptum ut de predictis ei facerem publicum instrumentum.

Et Ego *Bernardus* de Villa Nemausens dioces. publica auct. Imperiali notar. et dicti domini petri Alrici sedis apostolice Nuncii not. et scriba presens instrumentum scripsit et signo meo solito signavi requisitus et rogatus.

Il Priorato dei Crociferi di Venezia aveva Convento in Trieste e precisamente nel sito ove è oggidì il giardino Episcopale. *K.*

Tipografia del Lloyd Austriaco

10000100

Anno 1324.

Nonis Julii. — Avinione.

Papa Giovanni XXII concede la Diocesi di Trieste in contesa fra due, eletti in discordia, dal Capitolo Cattedrale, in semplice commenda a Vescovo di Feltre e Belluno, Gregorio.

(P. Agostino Theiner, *Vetera Monumenta Slavorum Meridionalium*).

Iohannes Episcopus etc. Venerabili fratri Gregorio Episcopo Feltrensi et Bellunensi, Administratori in spiritualibus et temporalibus ecclesie Tergestine, salutem etc. Inter ceteras sollicitudinis nostre curas, quibus assidue premimur, illud potissime continua nos pulsat instantia, angitque propensius mentem nostram, ut circa omnium ecclesiarum et ministrorum dei, presertim pontificali dignitate fulgentium, statum sic vigili ac solerti sollicitudine intendamus, ut ipsi ecclesie et ministri nostre cooperationis studio, eorum utilitate et necessitate pensatis, quantum nobis ex alto permittitur, tranquillis et votivis successibus gratulentur. Sane dudum ecclesia Tergestina per obitum bone memorie Radulphi Episcopi Tergestini in illis partibus decedentis pastoris solatio destituta, due fuerunt in ea electiones, una videlicet de dilectis filiis Iusto Archidiacono Tergestino, et alia de Guidone de Villalta canonico Aquilegensi, a dilectis filiis Capitulo eiusdem ecclesie Tergestine in discordia celebrate. Orta igitur inter eosdem Archidiaconum et Canonicum occasione electionum huiusmodi coram Venerabili fratre nostro (*Pagano*) Patriarcha Aquilegensi loci Metropolitano auctoritate metropolitica materia questionis, tandem huiusmodi negotio post nonnullos processus coram eodem Patriarcha habitos per appellationem ipsius Iusti ad sedem apostolicam legitime devoluto, et negotio ipso in consistorio exposito coram nobis, nos causam appellationis huiusmodi et negotii principalis bone memorie Berengario Episcopo Portuensi tunc viventi primo, et eo postmodum rebus humanis exempto, dilectis filiis nostris Petro tituli sancti Stephani in Celiomonte presbitero, ac deinde ex certa scientia Iohanni sancti Theodori diacono Cardinalibus duximus committendam, coram quibus successive fuit huiusmodi negotium ventilatum, et adhuc coram eodem Iohanne Cardinali remansit et remanet indecisum, propter quod eadem ecclesia Tergestina dampna non modica et incommoda est perpessa. Nos itaque volentes ecclesiam ipsam ab huiusmodi dampnis et incommodis inantea preservare, et attendentes quod tu possessionem bonorum et iurium ad tuam Episcopalem Feltrensem et Bellunensem mensam spectantium, ex eo quod per Gorgiam Decanum ecclesie Feltrensis tenentur indebite occupata, adipisci nequis, nec ad ea tutum habere potes accessum, sicque non habeas unde valeas iuxta tui status decentiam commode sustentari, et

habentes propter hoc ad personam tuam paterne compassionis affectum, digneque volentes tam tibi, quod necessitates tue per apostolici favoris auxilium releventur, ne intollerabilis necessariorum defectus te in tanta preminencia dignitatis in opprobrium generalis ecclesie inhonoret, quam eidem ecclesie Tergestine, que dampna et incommoda ex diuturna vacacione spiritualiter et temporaliter verisimiliter posset incurrere, ut utilis gubernatoris presidio fulciatur, iuxta officii nostri debitum salubriter providere, dictam ecclesiam Tergestinam de fratrum nostrorum consilio tibi auctoritate apostolica commendamus, per te usque ad dicte sedis beneplacitum gubernandam, curam et administrationem ipsius plenam et liberam tibi in spiritualibus et temporalibus committendo, ut eandem Tergestinam ecclesiam tue gubernationi et administrationi commissam spiritualiter et temporaliter iuxta datam a deo tibi prudentiam amplifices et augmentes, ac de fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventionibus universis ad Episcopalem mensam Tergestinam spectantibus ordines et disponas, prout tuis et eiusdem ecclesie Tergestine commodis videris salubriter expedire, alienatione quorumcunque bonorum immobilium eiusdem Tergestine ecclesie tibi penitus interdicta. Tu itaque circa ipsius ecclesie Tergestine regimen salubriter exercendum sic te exhibeas studiosum, quod ipsa Tergestina ecclesia, divina tibi assistente clementia, sub tua gubernatione salubri votivis continuo amplietur commodis et salutaribus proficiat incrementis. Datum Avinione Nonis Iulii, Pontificatus nostri Anno Octavo.

In e. m. Venerabili fratri (*Pagano*) Patriarche Aquilegensi, et dilectis filiis Capitulo ecclesie Tergestine, universis Vassallis eiusdem ecclesie, necnon Clero et populo Civitatis et diocesis Tergestine, verbis competenter mutatis. Datum ut supra.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco

Anno 1324.

23 Ottobre. — Udine.

Collazione di un Canonicato a Pirano.

(Atti del Notaro Gabriel da Cremona).

Fr. Johannes Abbas Monast. Rosacensis Vicarius Revdi. Patris Dni. Pagani Dei et Apostolice Sedis gratia Sancte Sedis Aquileg. Patriarche, Dilecto Nobis discreto Viro Georgio Subdiacono nato Nicholai de Pirano Justinopolitane Diocesis, Salutem in Domino. Vite ac morum honestas ..... Nos inducunt ..... Cum itaque Canonicatus et prebenda Plebis Sancti Georgii de Pirano Justinopolit. Dioc. quos qm. Petrus Marescholus ibidem Canonicus in Ecclesia obtinebat ..... per ipsius Petri obitum vacare dicantur ad presens, et tanto tempore vacavisse, quod secundum statuta Lateranensis Concilii eorum collatio est ad Sedem Aquilegensem et Dnum. Patriarcham prefatum legitime devoluta, cum de ipsorum vacatione a quindecim diebus citra ad nostrum auditum pervenerit, Nos volentes tibi ..... gratiam facere specialem Canonicatum et prebendam prefatos sic vocantes ..... tibi ducimus conferendos .....

Datum in Castro et Palacio Patriarchali, die XXIII Mensis Octobris Anno M.CCC.XXIIII.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1324.

17 Novembre, Indizione VII. Trieste.

Andrea Giroldi feudatario di Calisedo chiede rinnovazione d'investita, mentre la Chiesa triestina era vedova.

(Da copia autenticata dal Nodaro Capuano nell' Archivio generale di Venezia. Libro *Giroldia*).

In nomine Domini. Anno Domini Millesimo trecentesimo vigesimo quarto, Indictione septima, Actum Tergesti in Domo habitationis Dni. Episcopi, die decimo septimo Mensis Novembris; presentibus Dnis. Cadulo Bana Vicedomino, Andrea q. Dni. Hieremiae Nassinvera, omnibus Civibus Tergesti testibus ad haec vocatis, et rogatis, et aliis. Cum Andreas q. Dni. Giroldi de Justin. suo nomine et nomine Jacobi fratris sui, per vacationem Ecclesiae Tergestinae Episcopi, et Pastoris, infra debitum tempus comparuisset et se presentasset in Ecclesia Cathedrali Tergestina, ante sedem episcopalem episcopo, et Pastore Vacante, et reverenter semel, bis tertio flexis genibus petiisset pro se et dicto Jacobo fratre suo investiri de Pheudis, et juribus Pheudor.; quae ipsi Andreas, et dictus Jacobus frater suus habebat, et visi fuerant habuisse, et eorum precessores habuerant ab Ecclesia Tergestina, paratus facere, et adimplere quae bonus Vassallus suo Dno. facere tenetur, et debet, pro ut de praedictis patet publicum Instrumentum scriptum per Albertum Notarium de Cantiano. Accedente vero ad ipsam Ecclesiam Tergestinam quodam Viro Dno. Jacobo, qui se dicebat Vicarium esse Rdi. Patris Dni. (Gregorio) Episcopi Feltrensis cui dicebatur dictum Episcopatum Tergestinum a Summo Pontifici ipsius Dni. Episcopi Feltrensis procuratoris ac comissarii fuisse comissum. Idem Andreas pro se et nomine dicti Jacobi fratris sui, nollens sibi preiudicari per pigritiam vel tarditatem, in dicta Civitate Tergesti in Episcopatu coram Dno. Vicario se presentavit supplicando eidem semel, bis et tertio flexis genibus quats. ipsum Andream recipientem per se, et dicto Jacobo fratre suo de Pheudis, et Juribus Pheudor. quae ipsi habuere, et visi sunt habuisse et eor. precessores, in Diocesi Parentina ab Ecclesia Tergestina dignaretur investire, paratus sibi fidelitatis prestare debitum iuramentum, dumodo dictus iuridice habeat investiendi. Alioquin protestatus fuit, quod talis petitio sibi et fratri suo preiudicare non debeat. Qui dictus Dnus. Vicarius audita petitione ipsius Andreae predictum Andream voluit investire, sed precepit eidem Andreae, ut de suis iuribus Pheudor. suor. ipsum Dnum. Vicarium conducere deberet infra unum Mensem proxime secuturum in Civitate Tergestina in Episcopatu ubi habitat, ut de predictis publicum patet Instrumentum scriptum manu mei Zaneti infrascripti Notarii.

Ego *Zanetus* q. Rainerii de Justin. Imp. auct. Notarius scripsi etc.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco

10000100

Anno 1324.

3 Dicembre, Indizione VII. Trieste.

Andrea Giroldi da Capodistria produce al Vicario vescovile di Trieste i suoi titoli al feudo di Calisedo.

(Copia autenticata dal Nodaro Capuano nell' Archivio generale veneto. Libro *Giroldia).*

In nomine Domini Amen. Anno Domini Millesimo trecen-tesimo vigesimo quarto, Indictione septima; Actum Tergesti die tertio Mensis Decembris; praesentibus Dnis. Roba Vicedomino, Nassivera, Petro Gremone, Andrea q. Dni. Geremiae omnibus de Tergeste testibus vocatis, et rogatis, et aliis. Cum per discretum Virum D. D. Jacobum Vicarium Venerab. Patris Dni. ..... Episcopi Feltrensis, ut dicitur, protectoris, et rectoris Episcopatus Tergestini, a Summo Pontifice deputati, locatum fuisset terminum Andreae q. Dni Giroldi de Justin. ad ostendendum eidem Dno. Vicario jura sua quae habet, et frater eius Jacobus in certis Pheudis, quae sui precessores habuerunt, et ipsi obtinent ab Ecclesia Tergestina in Parentina Diocesi, usque ad unum mensem proxime venturum; Dictus Andreas nomine suo et dicti Jacobi fratris sui, infra dictum terminum coram dicto procuratore dicti Vicarii se presentavit paratus sibi sua jura ostendere dictor. suor. Pheudor., Dumodo a dicto D. Vicario dictus Andreas de jure suor. Pheudorum prius fuerit investitus, sicut de jure, et consuetudine Pheudor. investiri debebat. Qui procurator dicti D. Vicarii benigne acceptans presentationem eiusdem Dni. Andreae; respondens dixit, quod suo loco, et tempore faciet eidem Andree, quae sibi facere tenetur de jure, vollens quod aliqua prescriptio temporis eidem Andreae praeiudicare possit modolibet.

Ego *Zanetus* Notarius q. Rainerii de Justin. Imp. auct. Not. etc.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1325.

Specifica di beni e mobili dati in dote da Maestro Vitale pescatore a sua figlia.

(Libri dei Vicedomini).

(Omissis)

Hec sunt bona omnia mobilia et fixa quas dictus Magister Vitalis promisit et dedit nominate filie sue Lucie . . . . . sponse et uxori ipsius Stanconis in dotibus et nomine dotium, in dicto contractu matrimonii secundum formam statutam in consuetudine civitatis Tergesti hactenus observata.

Primo, medietatem totam vinee site in contrata Sancte Sabbate, quam partem ipse Stanco accipere voluit et sibi placuit, coherens vinee Guidonis antedicti, et vinee Matie de Silvula. Item una vinea sita in contrata Strugnani coherens vinee Dni. Dnizuti de Judicib., et vinee Dni. Justi de Judicib. Item una vinea in contrata grignani coherens vinee Ser Zaneti Nibli filii Ser Francisci Niblo, et rivo Cois. Item unum ortum suum situm in contrata Blancoli coherens vinee Ser Michaelis Ade rivo mediante, et orto ipsius Magistri Vitalis piscatoris. Item unum lectum cum cultra et duobus linteaminibus. Item unum vas de tenuta XX urnarum. Item unum cabiculum de tenuta quatuor plaustrorum. Item unam casellam, unum banchum, unum lebetem, unam catenam, unum fresorium, tria manutorgia, unum gausape, et unum magnum cazolum.

(Omissis)

La contrada di Santo Saba Abbate conserva tale nome, nuovo affatto è il nome della contrada di Strugnano. La contrada di Blancol aderente alla palude poi saliera ebbe nome anche di Val di Rivo, ora è città.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1325.

21 Aprile, Indizione VIII. Trieste.

Il Capitolo di Trieste riserva ai canonici più anziani l' opzione di prebende vacanti.

(Archivio Capitolare di Trieste).

In nomine Dei eterni amen. Anno ejusdem millesimo tricentesimo vigesimoquinto, Indictione octava, die XXI mens. April. Actum in Sacristia S. Marie majoris Eccl. Tergest. Pr. Reverendo in Xpo. Patre Domino fratre Guizardo Dei Gra. Epo. Comanacensi, presbitero Serafino mansionario, presbitero Blasio, presbitero Xigardo Cappellanis supradicte Ecclesie Terg. test. ad h. vocatis et rog. et aliis.

Venerabiles et discreti viri D. Melchior Decanus, Joannes Scolasticus, Raymundus, Johannes Scryta, Joannes Gremon et Bonomus de Bonomis, Canonici Ecclesie Tergestine prefate ad capitulum et ut capitulum more solito super infrascriptis specialiter congregati omnes unanimiter nemine discrepante. Et omni modo jure et causa quibus melius et firmius valere et tenere potest diligenti deliberatione consilio et tractatu habitis inter eos decreverunt et statuerunt quod antiquiores canonici supradicte ecclesie Tergestine gradatim possint et valeant si voluerint alias optare prebendas cum vacaverint in Ecclesia tergestina predicta. Et ibidem omnes predicti tacto libro evangeliorum eis porrecto per venerabilem virum dominum Jacobum priorem Sci. Eusebii Volaterane dioces. Reverendo in Xpo. Patris et domini domini fratris Gregorii Dei et Apostolice sedis gratia Episcopi Feltrensis et Bellunensis ac administratoris Episcopatus et Ecclesie Terg. per sedem apostolicam deputati, Vicarium generale, juraverunt ad sancta Dei evangelia supradicta omnia et singula firma et rata habere et tenere. Et ea omnia perpetuo inviolabiliter observare. Qui dominus Jacobus Picarius supradictus auctoritate ordinaria supradicta omnia confirmavit. Mandans mihi notario infrascripto ut de predictis publ. conficerem instrumentum.

Ego *Petrus de Stoyanis* de Tergeste pub. Imperiali auctoritate Notar. predictis omnibus interfui et rogatus subscripsi.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1325.

15 Julii, Indictione VIII, in Sacristia Eccl. S. Marie.

Opzione di un Canonicato di Trieste.

(Dall'originale nell' Archivio Capitolare di Trieste).

In nomine Dei eterni amen. Anno ejusdem millesimo tercentesimo vigesimoquinto, indictione octava, die quintodecimo mensis Julii. Actum in sacristia Sancte Marie majoris Ecclesie tergestine, presentibus dominis presbiteris, Serafino et Daynesio Mansionariis, presbitero pasquale de niblis plebano de Thomay dioec. Tergestine, presbitero Flurucio, presbitero Marco, Capellanis Ecclesie Tergestine predicte, testibus ad hoc vocatis et rogatis, et aliis.

Cum quaedam canonicalis praebenda vacasset in Ecclesia tergestina per mortem quidem presbiteri Nicolai de Tmso olim ipsius Ecclesie Tergestine Canonici et postea collata fuisset Domini de Aunariis cum omni plenitudine juris canonici, congregatis ibidem in unum venerabilibus viris dominis Melchiore decano Johanne Scolastico, Raimundo Johanne Sornizia, Johanne Gremonio, Bonomo de Bonomis, Simone munof.... Johanne Dottolato Canonicis et Capitulo antedicte ecclesie, ad capitulum et ut capitulum more solito, prefatus dominus Melchior decanus assurgens coram ipsis cum omni reverencia qua decuit exposuit quod in ecclesia supradicta fuerat et erat ad presens quedam constitutio seu statutum in quo continebatur quod antiquiores canonici possunt, si vellent alias optare prebendas cum vacarent in Ecclesia tergestina predicta.

Quo circa idem dominus Melchior decanus petivit et requisivit instanter si aliquis procurator Archidiaconi S. Domini Iusti Ade, aut dominus Johannes Scolasticus antedictos vellent predictam obtare prebendam, tanquam antiquiores in capitulo et ecclesia tergestina. Ad quod responderunt predicti quod nomine dicti Archidiaconi se nullatenus impediebantur nec ecclesia suo proprio nomine dictam prebendam optare volebant, quare predictis sic expositis et naratis per sepedictum dominum Melchiorem decanum, ipse decanus Christi nomine invocato supradictam prebendam optavit cum omni plenitudine juris canonici ad eandem spectantis omni modo et forma quibus melius potuit ut in talibus mox frat sepedictus vero Simon ipsius domini decani canonicatum cum omnibus juribus suis acceptavit grater. Cui autem optioni et acceptatione, supradicti canonici et capitulum consenserunt omnimode ipsorum nemine discrepante suum ad hoc plenarie adhibentes assensum. Et ad majorem securitatem omnium predictarum, mandaverunt domino Johanni Scolastico predicto, quod ipsum suo nomine et aliorum canonicorum supradictum inducerent in tenutam et corporalem possessionem predictorum canonicatus et prebende et omnium jurium

spectantium ad eosdem. Qui dominus Johannes Scolasticus accedens ad altare majus cohopertorium altaris predicti in manibus predicti domini Melchioris decani tradidit in signum possessionis et apprehensionis omnium predictorum. Quibus omnibus taliter expeditis supradictus dominus decanus et Simon cum canonicis et testibus supradictis accedentes ad episcopatum presentaverunt se Reverendo in X... Patri et domino fratri Guizardo dei gratia Episcopo Comanacensi, Episcopatus et Ecclesie tergestine in spiritualibus vicario generali et rogaverunt eundem prece umili ac devota quod supradictas optionem et acceptationem factas per ipso, auctoritate ordinaria confirmaret. Qui dominus Vicarius eorum precibus inclinatus predicte optioni et acceptationi assentiens autoritatem suam interposuit et decretum mandans mihi notario infrascripto quod de predictis omnibus publicum conficerem instrumentum.

Ego *petrus de Stoyanis* de Tergest publicus imperiali auctoritate predictis omnibus interfui et rogatus subscripsi.

Questa chiesa di Santa Maria nella quale convengono li Canonici di Trieste, e della quale si fa menzione in altre Carte, è veramente il Duomo di Trieste, al tempo della presente Carta già formato ad un sol corpo di chiesa, colle due chiese l' una la Basilica di S. Maria, l'altra quella di S. Giusto Martire e della quale accadendo di indicare il sito preciso ove si celebrarono atti, si fa indicazione distinta del Coro di S. Maria e del Coro di S. Giusto o d' altre parti e così delle sacristie. Una S. Maria Maggiore figura in Carte anteriori alla costruzione della Chiesa dei Padri della Compagnia, la quale ebbe il titolo di *Maria sine labe concepta,* e lo serba tuttora, nè ci è noto che alla chiesa della Compagnia si dasse nome di S. Maria Maggiore, applicato poi quale nome di via che dalla Crociata mette alli Gesuiti. Questa S. Maria Maggiore pensiamo fosse l' odierna chiesa di Cristo Salvatore delli Svizzeri, o di S. Silvestro, della quale è memoria che fosse la Cattedrale prima, chiesa cristiana fino dal tempo delle persecuzioni. E fino a tempo della venuta dei Gesuiti fu chiesa del Capitolo complessivo, e luogo di funzioni. Però solitamente chiamavasi S. Silvestro. Ciò che diciamo nella nota presente, è un sospetto.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1325.

20 Ottobre, Indizione VIII. Trieste.

Fra Gregorio da Lucca Vescovo di Feltre e Belluno, Amministratore del Vescovato di Trieste, rinnova investitura feudale a Vitale Giroldi di Trieste.

(Archivio diplomatico di Trieste. V. D. Vol. VI, Fasc. II).

In nomine Domini Amen. Anno a Nativitate Domini Millesimo tricentesimo vigesimo quinto, Indictione octava, die vigesimo mensis Octubris. Act. Terg. in Camera Domini Episcopi, presentibus Ser Mauro Paveya Not., et Artuico Zuileto, et Dno. Guglelmo Judice de Parma, testibus ad hoc vocatis et rogatis. Accedens ad presentiam Dni. Tholomei Bonacursa de Camaiore procuratoris et Vicarii in temporalibus pro Venerabili in Christo Patre et Dno. Dno. fratre Gregorio Dei gratia Episcopo Feltrensi et Bellunensi atque administratore in Ecclesia Terg. prout de Instrumento rogato manu Ser Guiglelmi Vigorosi de Vigano clerici Tauranie facto hoc presente Anno Indictione, die vigesimasexta mensis Aprilis, Dominus Vitalis qm. Domini Giroldi de Tergeste petiit humiliter et devote flexis genibus se investiri ab eodem Dno. Tholomeo de omnibus et singulis feudis et Juribus quae habebat et retinebat, ac majores ejus habuerant in feudum ab Episcopatu et Ecclesia Tergestina; et sic Dnus. Tholomeus investivit cum Gayda Varnachie sue eumdem Dominum Vitalem de jure suo, omnibus et singulis Juribus predictorum Episcopatus et Ecclesiae nihilominus semper salvis. Hiis itaque pactis Idem Dominus Vitalis ipsi Dno. Tholomeo ut Vassalus Domino fidelitatis debite prestitit juramentum.

Ego *Johannes Stefanus* Luc. civis Imper. Auctor. Judex ordinarius et Not. predictis omnibus interfui et rogatus pub. et subscripsi.

Exemplatum et in publ. form. redactum per Johannem Rubeum Not., et hoc de mandato nobilis et potentis Militis Dni. Hectoris de Savorgnano honorab. Potest. Terg. Currente Millesimo tricentesimo trigesimo, Indictione tertiadecima, die secundo intrante Aprile. Post hoc dictus Dnus. Potestas suam et Communis Terg. auctoritatem interposuit et decretum et subscriptum per Justum Pacis et Amiço Masclum Not. et est vicedominatum.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1327.

15 Marzo. — Udine.

Concessione di feudo d'abitanza in Castel Venere fatta dal Patriarca d'Aquileja.

(Bianchi, documenti per la Storia del Friuli).

Die XV mensis Martii; Utini, in Castro et palatio Patriarcali. Presentibus venerabili patre D. Artico Dei gratia Episcopo Concordiensi, ac Venerabilibus viris D. D. Fratre Johanne Abbate Monasterii Rosacensis Vicario D. Patriarche infrascripti, Guilielmo Decano Aquilegensi Decretorum doctore, et Magistro Odorico notario de Utino testibus.

Accedens ad Presentiam Reverendi Patris D. Pagani Dei et Apostolice Sedis gratia S. Sedis Aquilegensis Patriarche, honorabilis et discretus vir D. Magister Johannes Phisicus Aquilegensis, filius qm. D. Magistri Egidii Phisici, qui fuit de Cremona, procurator, et procuratorio nomine Henrici filii qm. D. Johannis de Castroveneris ad infrascripta specialiter constitutus, prout constat publico Instrumento coram dicto D. Patriarcha per ipsum procuratorem producto, scripto manu Maphei notarii filii qm. Blasii de Aquilegia, a me notario infrascripto viso et lecto, procuratorio nomine antedicto, sponte, pure, et libere, et ex certa scientia in manibus ipsius D. Patriarche, suo, et Aquilegensis Ecclesie nomine recipientis, habitantiam, quam idem Henricus de Castroveneris habuit et habebat, seu habere videbatur, et poterat quocumque modo, nomine, seu causa, cum omnibus juribus, et pertinentiis ad ipsam spectantibus, et cum mansis infrascriptis pertinentibus ad habitantiam antedictam, cessit, ressignavit, et renunciavit expresse. Quam quidem renunciationem prefatus D. Patriarca, volens sibi et Ecclesie aquilejensi de habitantia prefata taliter ressignata, utilem habitatorem, et fidelem servitorem acquirere, et discretum virum Magistrum Franciscum Cirogicum, vicinum, et habitatorem Tergesti, ac dicto D. Patriarche et Ecclesie Aquilegensi devotum, de cujus industria et fidelitate dictus D. Patriarcha et Ecclesia antedicta, grata potest obsequia sumere, et servitia devota percipere, favore prosequi gratioso, dictam habitantiam cum omnibus juribus et pertinentiis suis, et mansis infrascriptis ad ipsam spectantibus prefato Magistro Francisco, et heredibus suis libere tradidit et concessit, ac predictum Magistrum Johannem medicum Aquilegensem, procuratorem ejusdem magistri Francisci, et procuratorio nomine ipsius, et suorum heredum recipientem, prout de procuratione hujusmodi etiam constitit evidenter per publicum Instrumentum scriptum manu Amizonis Maschat Imperiali auctoritate notarii, per dictum magistrum Johannem ibidem productum, et per me notarium infrascriptum visum et lectum, cum quodam capucio, quod habebat in manibus, de habitantia predicta, et juribus antedictis presentialiter investivit. Qui Magister Johannes procurator predictus, dicta Investitura

recepta nomine antedicto in animam ipsius Magistri Francisci solitum et debitum juramentum prestitit, sicut fidelis habitator domino suo prestare tenetur. Ita quod a modo magister Franciscus per se, suosque heredes, et quemcumque alium voluerit, dictam habitantiam cum mansis suis infrascriptis et aliis juribus ad eam spectantibus, tamquam novus et fidelis habitator habeat, teneat et possideat, sine contradictione et inquietatione alicujus persone, collegii et universatis tam Ecclesiastice, quam Civilis, sine tamen prejudicio juris D. Patriarche et Ecclesie Aquilejensis.

Mansi autem ad abitantiam pertinentes predictam sun hii, videlicet: in primis sex mansi positi in Villa Coludrovice, quorum unus regitur per Bagnam Gastaldionem dicte ville, secundus regitur per Zuanum nepotem dicti Bagne, tertius regitur per Zurcum, quartus regitur per Michaelem nepotem dicti Zurchi, quintus regitur per Cohtianum, sextus regitur per Chreschum: omnes habitatores super mansis predictis. Item tres alii mansi quorum unus positus est in villa Gabrovice, super quo moratur Andrea qm. Zarnei de dicta Villa, et per ipsum regitur et colitur, secundus vero positus est in Villa de Parpot, super quo moratur Lusna cum filiis, et per eos regitur et colitur, tertius vero mansus positus est in villa Samotorizze, super quo moratur Gregorius, et per ipsum regitur. Item duo alii mansi positi in Villa de Salez Diocesis Patriarchatus, quorum unus regitur per Vulcinum, alter vero regitur per Johannem de dicta Villa, qui omnes mansi spectant et pertinent ad habitantiam antedictam.

Questo Castel Venere non è già quello sulla Dragogna nell'intimo seno del Largone di Pirano, sibbene altro Castello di egual nome, che riscontrasi frequentemente nelle Carte patriarchine. Le ville registrate: Coludrovizza, Gabrovizza, Praprot, Samatoriza, Sales, indicano quel territorio che sta fra S. Palladio e Repen, fra i monti estremi della Vena ed il mare. Non dovrebbe essere S. Palladio ove scoprimmo antiche leggende in onore di Minerva, ed il cui nome di Palladio, in tempi recenti indicato come nome di Santo corrisponde a Minerva. Potrebbe essere Repen — non azzardiamo asserirlo.

Vassallo del Patriarca facevasi il chirurgo di Trieste di nome Francesco. I masi dati sarebbero undici che farebbero una *sorte*, corrisponderebbero a 132 jugeri romani pari a 60 jugeri austriaci a cifra rotonda. *K.*

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1327.

9 Maggio, Indizione X. Parenzo.

Pietro di Muggia per ordine del Vicario del Patriarca è messo di nuovo al possesso delle peschiere di Valle di Torre nuova.

(Bianchi, documenti per la Storia del Friuli).

In Christi nomine Amen. Anno ejusdem Nativitatis 1327. Indictione 10, die nono mensis Madii. Actum Parenti, in Episcopali Palatio. Presentibus testibus vocatis et rogatis, Fratre Johanne de Padua Ordinis Carmelitarum Capellano, Marcolino qm. Marcolini de Aliotis de Imola Canonico Parentino et Angelo de Venetiis familiaribus infrascripti D. Episcopi.

Cum discretus vir Sansonus de Mugla, nuntius juratus Reverendi viri D. Fratris Joannis Dei Gratia Abbatis Monasterii Rosacensis, venerabilis in Christo Patris et D. D. Pagani Dei et Apostolice sedis Gratia S. Sedis Aquilejensis Patriarche, Vicarius generalis, quasdam litteras ipsius D. Vicarii, venerabili in Christo patri et D. D. Fratri Gratiadeo Dei et Apostolicae S. gratia Episcopo Parentino presentasset, continentes quod quemdam nomine Petrum qm. Hermani de Mugla ponere deberet in tenutam et possessionem quorundam Piscariarum Vallis Turris novae. Quare dictus Episcopus volens mandatum supradicti D. Vicarii, ut tenetur, executioni mandare, eidem Petro in ejus presentia costituto dixit, quod paratus erat quantuncumque et quotiescumque infra terminum, et post terminum sibi in dictis literis assignatum, per ipsum Petrum, aut ejus procuratorem requisitus fuerit, ipsum ponere, et poni facere in tenutam et corporalem possessionem Piscariarum predictarum, quibus se asserit expoliatum, et inductum defendere, juxta posse. Mandans eidem Petro in ejus presentia costituto, tamquam vassallo Ecclesiae Parentinae, sub debito juramenti et feudi, quod de Parentio non recedat quando possessionem predictarum Piscariarum, prout sibi mandat, non accipiat corporalem, cum paratus existat facere quod sibi mandatur per Vicarium supradictum.

Ego *Sutius qm. Bittutii de Lauzano* imperiali auctoritate notarius, nec non scriba et Officialis Curie Episcopalis Parentine omnibus subscriptis interfui, et de mandato ipsius D. Episcopi scripsi, et in publicam formam redegi, meumque nomen et signum apposui consuetum.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1327.

20 Giugno, Indizione X. Udine.

Patriarca di Aquileja Pagano, secondo parere de' Pari della Curia, dichiara che al Patriarca soltanto, e non al di lui Vicario, spetti la ricognizione dei feudi e dei diritti ai medesimi annessi.

(Bianchi, Documenti per la Storia del Friuli).

In nomine Domini Amen. Anno ejusdem Nativitatis Mille-simo trecentesimo vicesimo septimo, Indictione X, die 20 mensis Junii, Utini in Sala inferiori Patriarchalis Palatii, praesentibus Venerabilibus Viris Dominis fratre Johanne Abbate Monasterii Rosacensis, Vicario infrascripti Domini Patriarchae, Adalgerio Priore Hospitalis Glemonensis, ac nobilibus Viris Dominis Hectore Milite de Utino, Phebo de la Turre, Manfredo de Porcillis, Federico, ed Hendrigucio de Villalta, Bernardo et Ossalco fratribus de Strassoldo, Magistro Johanne Phisico de Aquileja, Simone de Castillerio, Sagino Gastaldione Civitatis, Francisco Nassuti Notario de Utino, Odorico dicto Plebano, et Petro Pecia habitatoribus Castri Utini, Amando de Civitate, et Federico Notario qm. Galvagni de Utino testibus ad haec vocatis, et aliis.

Comparuit in Judicio, seu Garito coram Reverendo in Christo Patre, et Domino Domino Pagano Dei et Apostolicae Sedis Aquilegensis Patriarchae, in Curia Vassallorum suorum, Simon qm. Victoris de Justinopoli procurator, et procuratorio nomine Domini Rantulfi qm. Domini Marci Adalgerii de Justinopoli, prout constitit de dicto procuratorio per publicum Instrumentum scriptum manu ..... Notarii sub Millesimo trecentesimo vicesimo septimo, Indictione decima, die quintodecimo mensis Junii, a me Notario viso et lecto, dicens: quod ad ejus notitiam pervenerat, quod Dominus Articus Spelatus de Justinopoli quamdam appellationem ad ipsum Dominum Patriarcham per ipsum Dominum Artuicum interpositam a quadam sententia lata in favorem dicti Domini Rantulfi per Vassallos Domini Biachini de Mimiglano, tamquam Domino feudi, et coram eo, et Auditore in quadam quaestione feudali vertente inter dictas partes, scilicet occasione medietatis Villae de Sorbano, et sex mansorum in Villa de Topolone Emonensis Diocesis, fuerat prosecutus coram Vicario Prefati Domini Patriarchae, scilicet coram Domino Fratre Johanne Abbate Monasterii Rosacensis. Unde cum cognitio quaestionis feudi et proprii non ad Vicarium, sed ad Dominum Patriarcham spectet de approbata consuetudine terrae Forojulii, rogavit per sententiam diffiniri dictus Symon, procuratorio nomine quo supra, si dicta prosecutio coram dicto Domino Vicario facta valere poterat, et in prejuditium praefati Domini Rantulfi redundare. Item si

prosecutus fuerat eam post terminum per Dominum Biachinum statutum, vel a jure, seu consuetudine concessum, utrum dicta prosecutio dicto Domino Rantulfo obesse posset. Et petente praefato Domino Patriarcha super praemissis quid juris, sententiatum fuit per omnes praedictos nobiles, nemine discrepante, quod nec principaliter, ne per remedium appellationis, multo minus potest cognosci de quaestione feudi nec proprii, coram Vicario Domini Patriarchae, sed solum coram Domino Patriarcha; et si secus actum est, ipsum jure debet esse cassum, irritum, et inane. Et etiam si quis appellationem prosequetur post terminum per Judicem statutum, vel a jure, seu consuetudine concessum, valere non debet; et si dictam appellationem non prosequitur usque ad terminum Statutum per Judicem, vel a jure, seu consuetudine concessum, dicta appellatio non valet.

De quibus et singulis supradictis, dictus Simon, nomine quo supra, rogavit me Notarium infrascriptum, ut inde sibi facerem publicum Instrumentum.

Nodaro Gabriele da Cremona Cancelliere Patriarcale.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1327.

20 Giugno. — Udine.

Appellazione in materia feudale al Patriarca.

(Dagli Atti del Notaro Gabriele da Cremona).

M.CCC.XXVII. Die XX mens. Junii in sala inferiori Patriarchalis Palatii presentibus ven. vir..... Adalgerio Priore hospitalis Glemone, ac nobilibus viris Dnis. Hectore Milite de Utino, Phebo de la Turre, Manfredo de Purciliis, Federico et Hendrigucio de Villalta, Bernardo et Ossalco fratribus de Strassoldo, Magistro Johanne Phisico de Aquilegia, Symone de Castillerio, Sagino Gastaldione Civitatis, Francisco Nassuti Not. de Utino, Odorico dicto Plebano, et Petro Pecia habitatoribus Castri Utini, Amadeo de Civitati, et Federico Not. qm. Ser Galvagni de Utino, testibus ad hoc vocatis, et aliis. Comparuit in judicio seu garrito coram Rdo. in Christo Patre et Dno., Dno. Pagano Dei et Apostolice Sedis gratia Sancte Sedis Aquileg. Patriarcha in Curia Vassallorum suorum Symon qm. Victoris de Justinopoli procurator et procuratorio nomine Dni. Rantulfi qm. Dni. Marci Adalgerii de Justinopoli, prout constitit de dicto procuratorio per publicum instrumentum scriptum manu (sic) Not. sub Millesimo trecentesimo vigesimo septimo, Indictione X, die XV mensis Junii a me Not. viso et lecto, dicens quod ad ejus notitiam pervenerat quod Dnus. Articus Spelatus de Justinopoli quamdam appellationem ad ipsum Dnum. Patriarcham per ipsum Dnum. Articum interpositam a quadam sentencia lata in favorem dicti Dni. Rantulfi per Vassallos Dni. Biachini de Mimiglano tamquam Domini feudi, et coram eo et auditore in quadam questione feudali vertente inter dictas partes, scilicet in occasione medietatis Ville de Sorbario, et sex mansorum in Villa de Topolanez Emonensis Diocesis fuerat prosecutus coram Vicario prefati Dni. Patriarche, scilicet coram Dno. Fratre Johanne Abbate Monasterii Rosacensis. Unde cum cognitio quevis Feudi non ad Vicarium sed ad Dnum. Patriarcham spectat de approbata consuetudine terre Forojulii, rogavit per sententiam definiri dictus Symon ..... et petenti prefato Dno. Patriarche super premissis quid juris, sententiatum fuit per omnes predictos Nobiles, nemine discrepante, quod nec principaliter nec per remedium appellationis multo minus pt. cognosci de questione feudi nec proprii coram Vicario Dni. Patriarche, sed solum coram Vicario Dni. Patriarche, sed solum coram Dno. Patriarcha. Et si secus ..... irritum et inane .....

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1327.

VII. Kal. Octobris. — Avenione.

Papa Giovanni XXII nomina in Vescovo di Trieste Fra Guglielmo Franchi, francescano, Vescovo Sagonense di Corsica, già Vescovo di Tartaria.

(P. Agostino Theiner, *Vetera Monumenta Slavorum Meridionalium*).

Iohannes Episcopus etc. Venerabili fratri Guillelmo Episcopo Tergestino, salutem etc. Romani Pontificis etc. Dudum siquidem ecclesia Tergestina per obitum bone memorie Radulphi Episcopi Tergestini, qui debitum in illis partibus nature persolvit, pastoris solatio destituta, duas in ea electiones, unam videlicet de dilectis filiis Iusto Archidiacono Tergestino, et aliam de Guidone de Villalta Canonico Aquilegensi, per dilectos filios Capitulum eiusdem ecclesie contigit in discordia celebrari, ac inter eosdem Archidiaconum et Canonicum super ipsis electionibus coram Venerabili fratre nostro (*Pagano*) Patriarcha Aquilegensi loci Metropolitano auctoritate metropolitica materia questionis exorta, et negotio huiusmodi post nonnullos processus coram eodem Patriarcha in illo habitos per appellationem dicti Iusti ad sedem apostolicam legitime devoluto, ipsoque negotio in Consistorio coram nobis exposito, nos causam appellationis huiusmodi et negotii principalis bone memorie Berengario Epo. Portuensi primo, et eo sublato de medio Petro tit. sancti Stephani in Celiomonte presbitero tunc viventibus, et postea dilectis filiis nostris Iohanni sancti Theoderi ac demum Galhardo sancte Lucie in Silice diaconis Cardinalibus ex certis causis duximus committendam, coram quibus successive prefato Archidiacono dictum negotium prosequente in contumaciam eiusdem Canonici, qui pro ipsius negotii prosecutione ad dictam sedem personaliter venire, vel mittere iuxta iuris exigenciam non curavit, diversi processus habiti extiterunt: interim autem coram dicto Iohanne pendente negotio antedicto, volentes dictam ecclesiam a dispendiis, que incurrerat ex vacatione huiusmodi, preservare, prefatam ecclesiam bone memorie Gregorio Feltrensi ac Bellunensi Episcopo ex causa legitima duximus committendam usque ad beneplacitum dicte sedis, curam et administrationem ipsius plenam et liberam sibi tam in spiritualibus quam in temporalibus committendo, quas cum ipse aliquandiu exercuisset, rebus extitit humanis exemptus, dictusque Archidiaconus medio tempore sine licencia nostra de Curia Romana recessit, nondum finito negotio memorato. Nos igitur attendentes, quod tam dictus Canonicus, pro eo quod ad dictam sedem non venit, nec misit, omni iure, si quod ei per electionem huiusmodi suam competebat, si qua fuerat, eo ipso privatus existit, quam electio predicta ipsius Archidiaconi, ex eo quod ipse sine dicta licencia de Curia ipsa recessit, huiusmodi negotio non finito, prout superius est expressum, de iure ipso facto est viribus, si quas habebat, penitus vacuata; ac volentes ne predicta

ecclesia detrimenta ob ulteriorem eius vacationem incurreret, ut sub umbra gubernetur sui sponsi proprii et letetur, post deliberationem, quam cum fratribus nostris super hoc habuimus diligentem, in te tunc Episcopum Sagonensem, consideratis virtutum meritis et donis etiam gratiarum, quibus personam tuam divina bonitas, prout testimoniis fidedignis accepimus, insignivit, intuitum direximus nostre mentis, speque concepta in domino, quod tu, qui ecclesie Sagonensi diu laudabiliter profuisti, eandem ecclesiam Tergestinam utiliter et salubriter gubernabis, te a vinculo, quo eidem ecclesie Sagonensi, cui tunc preeras, de dictorum fratrum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, te ad dictam ecclesiam Tergestinam de plenitudine et consilio predictis transferimus, teque ipsi preficimus in Episcopum et pastorem, curam et administrationem illius tibi tam in spiritualibus, quam in temporalibus plenarie committendo, liberamque tibi tribuendo licenciam ad eandem Tergestinam ecclesiam transeundi, in eo qui bonorum largitor est omnium confidentes, quod dextera domini tibi assistente propicia, predicta ecclesia Tergestina sub felicis regiminis tui cura optata honoris et commodi suscipiet incrementa. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus ad eandem ecclesiam Tergestinam cum gratia nostre benedictionis accedens, in eius ampliandis honoribus et profectibus te gerere satagas solicitum et fidelem, proficiendo etiam inibi tibi per vite meritum et aliis per exemplum, ita quod ipsa ecclesía Tergestina pastori utili et fructuoso administratori evidenter et efficaciter gaudeat se commissam, tuque preter eterne retributionis premium a nobis et eadem sede continuum benedictionis et gratie merearis percipere incrementum. Datum Avinione VII. Kal. Octobris, Pontificatus nostri Anno Duodecimo.

In e. m. Venerabili fratri (*Pagano*) Patriarche Aquilegensi, dilectis filiis Capitulo ecclesie Tergestine, Clero et populo Civitatis et diocesis Tergestine, necnon universis Vassallis ecclesie Tergestine.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1327.

25 Novembre. — Bononia.

Fra Pace da Vedano dell' Ordine dei Domenicani, Inquisitore in Lombardia, annuncia al Capitolo di Trieste d' essere stato nominato Vescovo di questa città.

(Mainati II, 51).

Fr. Pax electus episcopus Tergestinensis in Christo sibi di-lectis canonicis, et capitulo Ecclesiae de Tergesto salutem in omnium salutare.

Significamus vobis, quod die XXI novembris recepimus litteras Sanctissimi Patris domini nostri Johannis digna Dei providentia Papa XXII cum bulla plumbea, non vitiatas, sed omni suspicione carentes, conferendo nobis per ipsas Episcopatum, et curam in spiritualibus et temporalibus ecclesiae Tergestinensis; quas litteras venientes Tergestum, ut speramus in brevi, nobiscum portabimus domino concedente, recepto prius consecrationis munere a Domino nostro Legato, qui electum Bononiensem, et nos intendit insimul consecrare.

Dat. Bononiae die XXV novembris.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1327.

21 Dicembre, Indizione X. Trieste.

Il Capitolo di Trieste, sede vacante, vende i redditi d' un anno della Dogana vescovile di Trieste per soddisfare decime papali.

(Atti dei Vicedomini).

In nomine Dei Eterni Amen. Anno Domini Millesimo Tricentesimo vigesimo septimo, Ind. decima, die vigesimoprimo mensis Decembris. Actum Tergesti in Sacristia Majoris Ecclesie tergestine, presentibus Dominis Presbitero Sarafino Mansionario Ecclesie tergestine predicte, Marcho Diacono, Ardemano Clerico supradicte Ecclesie tergestine testibus ad hoc vocatis et rogatis, et aliis. Congregatis in unum providis et discretis viris Dominis, Melchiore Decano, Savio Raymondo, Johanne Scolastico, Johanne Gremon, Johanne Scruyta, Bonomo de Bonomis, Simeone de Munariis, et Johanne de Tollatis Canonicis et Capitulo Ecclesie tergestine ad infrascripta, ut moris est, supradicti Dni. Melchior Decanus, Johannes Scolasticus, et Johannes Scruyta Canonici Ecclesie terg. predicte provisores et speciales nuncii constituti per supradictos Canonicos et Capitulum tergestinum ad inquirendum de bonis Episcopatus tergestini pro solvendis quibusdam residuis decimarum papalium sexannalium et triennalium nunciis dicte Sedis, officio eis comisso; dixerunt, declaraverunt ibidem quod in venditionis modum et formam minus dampnosam confertum ad ipsos ad alienandum de redditibus et proventis dicti Episcopatus, videlicet mutam que accipiunt in Civitate Tergesti spectantes ad ipsum Episcopatum pro dictis residuis decimarum solvendis; et quod super his deliberarent et facerent tamquam eis videretur melius expedire. Quibus omnibus sic peractis dicti Canonici, Capitulum, cum omni maturatione quam potuerunt deliberantes ad invicem, ipsorum comuni voluntate intervenerunt, dixerunt et decreverunt inquisitionem factam per supradictos Dominos Melchiorem Decanum, Johannem Scolasticum et Johannem Scruyta ad alienandum de redditibus dicte Mute Episcopatus tergestini, nomine et occasione predicta, satis equam et justam esse; et volentes omnia et singula executioni mandare virtute et auctoritate comissa eisdem per Rev. Patrem Ðnum. Bertrandum Legatum Sedis Apostolice, dederunt, concesserunt et tradiderunt omnem licentiam et potestatem, nemine discrepante, providis viris Dnis. Melchiori Decano, Johanni Scolastico, et Johanni de Tollatis, eisdem Canonicis supradictis affictandi, locandi, vendendi seu alienandi redditus et proventus omnes et singulos quocumque nomine designentur spectantes et pertinentes Mute antedicte Episcopatus tergestini, qui colliguntur et exiguntur in Civitate tergestina cum domo ibi posita que pertinet Mute memorate, ac omnia et singula juria spectantia ad

Mutam predictam per annum unum venturum et completum uni et pluribus quibus melius possent in Civitate Tergestina predicta, et pro eo foro quo melius convenire possent et minus esset dampnosum Episcopatui supradicto. Promittentes dicti Canonici et Capitulum per se suosque successores, pro se et Ecclesia sua prout melius potuerunt stipulantes solempniter intervenientes ac pro dicto Episcopatu, ac sede vacante, firmum et ratum habere, tenere, ac inviolabiliter observare quidquid et totum quod per supradictos Melchiorem, Johannem Scolasticum et Johannem de Tolatis gestum et actum fuerit in predicta et singulis predictis, videlicet de affictando, locando, vendendo seu alienando redditus et proventus Mute predicte, ut superius est expressum sub Ypotecha bonorum omnium Capituli tergestini predicti presentium et futurorum ac refectione dampnorum et expensarum ac omnibus interessis etc. In cujus rei testimonium presentes duximus sigilli Capituli tergestini appensione muniri.

Manu Presbiteri Pasqualis Nibli Not. scriptum et fuit Vicedominatum.

Dr. Cumano.

La Chiesa Tergestina era vacante fino dal dì 7 Marzo 1320 in cui morì Rodolfo Pedrazzani Morandino da Cremona, discordi i Canonici sulla persona del successore, parte inclinando all' Arcidiacono Giusto parte al Canonico aquilejese Guidone da Villalta. Papa Giovanni XXII aveva commessa la decisione della lite al Vescovo di Porto ed al Cardinale di S. Stefano, frattanto diede in governo la Chiesa di Trieste a Gregorio de Tauri Saccense da Surrento Vescovo di Feltre e di Belluno, che si tenne costantemente assente, avendo suddelegato nel Rettorato di Trieste il Vescovo Comanacense Fra Guicciardo. Gregorio se ne stava in Avignone presso il Papa, ove morì nel 1327. Li cronisti di Trieste confondono questo Gregorio con Giorgio de Lusa (lessero Gregorio de Luca) successore del Gregorio de Tauri nel Vescovato di Feltre. La dogana che era del due e mezzo per cento sulle merci, durò nei Vescovi fino a' tempi di Infante Ferdinando I fratello di Imperatore Carlo V, che la incamerò verso indennità nel 1521. *K.*

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1328.

16 Gennaro. — Trieste.

Epistola del fiorentino Soldanerii domiciliato in Trieste a Narduccio Bombarozzi su matrimonio e su speculazioni mercantesche.

(Archivio diplomatico di Trieste. Atti V. D. Giroldo Rubeis).

Al nome di Dio fata di XVI de Zenaro. Soldanerius Narduzio Bombarozi salutem.

Io ti raxonai, come tu sai, di Zuane di dali la fanzula tua: tue mi respondisti che ti piazeva e che tue mi responderesti; e però io li favelai: Ora diceme quando tu volessi ispendere una cosa, avengache vi se conzerebe; e però respondimene come a te pare. Io ne raxonai con Manfredi; disse che te ne scriverebe e che gli piazeva: sopra zò non dico plu. Ò pensato quando tu se' costà che noi poderemo guadagnare inseme d' olio. L' olio valle quà quello de Pugla, cativo ollio, libre VIII. Varebe cotesto plu, fosse buono e dolze, e se ne averebe da questi nostri toscani bene libre X. E però mandamene II vaselli, o III; noi ne faremo parte. I ò tolta la casa ove stava Martino de Siena, e meela affitarono bene III marche; l' altra me remarà dinanzi sì ch' i ò bella stazone per ispazare assai marchadandia. Quella càrega che vorai, sì tene farò sì che tu sii plu siguro; al che vorei che non falasse che tu mi mandassi uno butixello di boni fichi, o II sachi. De questo te prego che ne sia ben servito. Zunto quà io darò li dinari a colui che tu mi dirai, e scrivime quello che valle l' urna de la ribolla. Ti à sempre legno; tu pòi far ben a me ed a te sia sempre; e sapia se v' à folia da conzare chorame, quà valle XXII frz.; sia sempre legno. Respondimi al plutosto che pòy de questa folia sarebe da fare grande guadagno, fosse fina assai sene spazzarebe.

Qua lecta subscripta erat hiis verbis Aposito presente signo Soldanerii toscano in Tergesto.

Dr. Cumano.

Pregevolissimo documento è questo, per la lingua in che è dettato, come per le occupazioni dei Fiorentini riparati in queste regioni di Friuli e di Trieste e d' Istria. Ma assai più pella testimonianza di commercio fra Trieste e l'Apulia, il quale nel secolo XVI vediamo privilegiato. Pare che il Narduccio Bombarozzi si trovasse allora in Puglia. Il nome di Bombarozzi non lo abbiamo trovato fra li domiciliati in Trieste, nè fra quelli di Udine. — I Siena passarono in Capodistria ove durarono e durano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1328.

9 Febbrajo, Indizione IX. Udine.

I ribelli di Albona sono chiamati a render ragione di loro attentato.

(Bianchi, documenti per la Storia del Friuli).

In Christi nomine Amen. Anno a Nativitate ejusdem M.CCC.XXVIII, Indictione IX, die nono mensis Februarii. Cum magnificus vir D. Franciscus de la Turre Istrie Marchio bannitos fore promulgasset infrascriptos de Albona, pro eo quod Terram predictam Albone contra honorem Aquilejensis Ecclesie, et ipsius D. Marchionis, alieno dominio subjugare pressumpsissent, ut in istrumento infrascripto continetur, cujus tenor talis est.

In Christi nomine Amen: anno ejusdem Domini millesimo trecentesimo vigesimo sexto, Indictione IX, die jovis secundo Octubris, actum Albone coram Ecclesia S. Mariae, ubi jus redditur. Presentibus Raynaldo familiare D. Sergii de Castro Polle, Michaelo de Breber servitore D. Comitis Friderici Vegliensis, Chergina de Veprinaz, Michaelo de eodem loco, Bratogna de Novacho, Juanno, et Johannes fratribus de Barbana, et aliis quampluribus omnibus testibus fide dignis, ad haec vocatis et rogatis.

Cum ad aures et ad expressam evidentiam, ac ad veram notitiam nobilis et potentis viri D. Francisci de la Turre Istrie Marchionis, fama publica referente, pervenerit quod de presenti anno in Mense Madii proxime preterito Druzatius Petriza, et Cosma dictus Cusmiza fratres, Sucina, Justus, Quirinus fratres, et filii dicti Druzatii, Ambrosius Rumiz, et Zuannus fratres, Chudrogna qm. Zancoli dicti Pisch, Slavas et Petrus fratres, filii qm. Joannis, Petrus qm. Phori, Paulus qm. Martini, Quirinus qm. Cixcix, Jacobus qm. Butale, Andreas dictus Bona Raza, Presbiter Sinaz, et Svencina qm. Jurislavi Suctoica, et Vicentius omnes de Albona machinaverunt impensate et proditorie perturbare presentem Statum Terre predicte Albone, et ipsam, contra honorem Aquileg. Ecclesie et prefati D. Marchionis, tradere in manus et fortiam alienorum quam Aquileg. Ecclesie, et prefati D. Marchionis; idcirco coram predictis testibus et me infrascripto cum aliis Notariis, prefatus D. Marchio assignat omnibus supradictis de Albona terminum trium dierum proxime sequendorum pro primo, secundo, et tertio peremptorio termino ad comparendum, et ad se defendendum, et escusandum coram ipso D. Marchione, ubicumque fuerit, de predictis, alioquin prefatus D. Marchio ex nunc, elapso termino ipso primo, secundo et tertio, ipsos statuit esse Bannitos, Rebeles, et contumaces Aquilegensis Ecclesie et D. Marchionis, et quod jamdicti non possint libere venire ad aliquam Terram, nec locum sub dominio Patriarcatus Ecclesie Aquilegensis, aut Istrie Marchionatus: et si ipsi, aut alter ipsorum in fortiam sui, aut fortiam, seu

dominium alicujus loci, districtus, et Dominii D. Patriarche, aut sui, seu ipsorum Officialium pervenerint, destruantur, et morti tradantur absque aliqua dilatione.

Ego Vasmigna Lorschi de Albona imperiali auctoritate publicus Notarius, et nunc Officialis Communis Albone hiis omnibus interfui et rogatus scribere scripsi, et roboravi de mandato dicti D. Marchionis.

Ego Bertossa qm. Benchi de Albona imp. auct. Not. suprascriptis omnibus et singulis interfui et de mandato suprascripti D. Francisci Marchionis Istrie ad robur et evidentiam predictorum me subscripsi, meumque signum consuetum aposui.

Idem D. Marchio Banna, sententias et omnia in dicto Instrumento contenta habens rata, grata et firma, ea ex certa scientia approbavit, et confirmavit.

In cujus rei testimonium prefatus D. Marchio de predicti jussit per me Notarium infrascriptum fieri publicum Instrumentum, et ipsum sui appensione sigilli communiri.

Actum Utino in Patriarcali Palatio. Presentibus Nobilibus viris D. D. Amfussio de la Turre, Sigembaldo de Zummaccho de Papia, Eusebio de Romagnano notario D. Patriarche Aquil. Fillipino Mendotio de Mediolano testibus, et aliis ad predicta specialiter vocatis et rogatis.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1328.

10 Febbraro, Indizione IX. Udine.

Patriarca Pagano condanna Drusacio e suoi seguaci di Albona, ribelli.

(Bianchi, documenti per la Storia del Friuli).

In nomine Domini Amen. Nos Paganus Dei et Apostolice Sedis gratia S. Sedis Aquil. Patriarcha. Cum olim Druzacius qm. Quirini de Albona cum quibusdam suis sequacibus et collegatis, inique et proditorie agentes contra nos et Ecclesiam nostram aquilejensem, cujus extiterunt homines, et contra vicinos suos ejusdem loci de Albona, nostros et ejusdem Ecclesie nostre fideles, seditionem fecerint, et tradere voluerint infideliter terram ipsam, quam nisi Divina clementia providissemus, tradidissent in manibus alienis, et nostros ejusdem Terre depopulassent fideles. Postquam hujusmodi iniquitatem suam nequiverunt expellere, de Terra ipsa espulsi, associatis sibi malefactoribus plurimis, ipsis Terre et Fidelibus, imo nobis guerram fecerunt, et intulerunt multa dampna: at licet nos, tamquam pii patres salutem quorumcumque zelantes, ipsos Druzazium et sequaces, cupientes ad pacem reducere cum predictis fidelibus, ut omnes essent unanimes et concordes, suscepimus compromissum a partibus ipsis factum, et plures terminos statuerimus eisdem partibus ad comparendum coram nobis, in quibus ipsi Druzacius et sequaces renuerunt contumaciter comparere, aliis intrinsecis continue in eisdem terminis comparentibus et ipsorum contumaciam accusantibus, ac petentibus procedi contra eosdem Druzacium et sequaces, qui mala malis accumulare non cessant. Ideoque attendentes quod obedientia nihil prodesset humilibus si contemptus contumacibus non obesset, eosdem Druzacium et sequaces licet absentes, replente Dei presentia eorum absentiam, sedentes, in his scriptis sententialiter condempnamus in refectione omnium dampnorum datorum per ipsos et complices eorundem ipsis intrinsecis de Albona, que iidem intrinseci legitime probare potuerint. Et ipsorum Druzacii et estrinsecorum bona refectioni dampnorum hujusmodi esse obnoxia declaramus. Eosque non parentes nostris mandatis super hiis de quibus in nos compromiserant cum predictis intrinsecis, pronunciamus incurisse penam in compromisso appositam.

Lata, lecta, et publicata fuit predicta sententia, ut supra per predictum D. Patriarcham pro tribunali sedentem Utini, in Patriarcali Palatio suo, anno dominice nativitatis millesimo trecentesimo vigesimo octavo. Indictione IX, die X mensis Februarii, presente Vasmigna de Albona notario, procuratore et sindico communis et hominum intrinsecorum de Albona, et sententiam ipsam cum instantia postulante. Presentibus etiam testibus nobilibus et discretis viris Dominis Francischino de la Turre de Mediolano, Georgio de Luppo de Pergamo, Sigibaldo de Ziniguasco de Papia, Gabriele qm. D. Henrighini de Cremona Notario, et multis aliis Clericis et Laicis ad hec vocatis et rogatis.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1328.

18 Febbraio. — Udine.

Federico della Torre protesta contro il Comune di Muggia.

(Bianchi, Documenti per la storia del Friuli).

Die XVIII Februarii. Presentibus Nobilibus viris D. D. Conrado de Benardigio Gastaldione Utini, Lanceloto de Birago, Federico Borda de Florentia, Jacobo de Baona testibus.

Nobilis vir D. Federicus de la Turre in presentia ven. viri D. Fratris Joannis abbatis Rosacensis Vicarii et protestatus fuit, Scano de Mugla ibidem similiter constituto, tanquam procuratore et Sindico Communis et hominum Terre sue de Mugla, de dampnis et expensis et interesse passis et que in futurum patietur occasione illarum mille librarum parvorum, in quibus homines dicte terre tenentur eidem pro salario Potestarie unius anni quo dictus D. Fridericus fuit dicte Terre potestas, nec non de injuriis et aliis dapnis illatis eidem in dicta Terra per homines supradictos de Mugla etc.

Actum Utini, in Palacio Patriarchali.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1328.

5 Marzo. — Aquileja.

Pagano compra da Isoja di Prata e figli i beni ch' essi avean ereditato nel territorio dei due Castelli in Istria.

(Bianchi, Documenti per la storia del Friuli).

Die V. mensis Martii. Aquileje, in Patriarchali palatio. Pre-sentibus testibus dominis Fratre Johanne Abbate monasterii Rosacensis, et Petro Mora de Mediolano rectore Ecclesie S. Marie de Turri prope Mediolanum, Vicariis infrascripti D. Patriarche, Guilelmo Decano, et Raynaldo de la Turre Canonico Aquil., Morando de Porcilleis, Nicolao de Prata, et multis aliis.

Nobiles viri D.D. Odorlicus et Izolinus fratres filii qm. D. Guezelonis de Prata pro se ipsis, et nomine, et vice Rayneri eorum fratris, ac nobilis D. Isoje matris eorum, uxoris dicti qm. D. Guezelonis, quorum procuratores existunt, ad infrascripta specialiter Constituti, prout apparebat per publicum instrumentum factum manu Stephani de Prata imperiali auctoritate Notarii, anno et Indictione presentibus, die XIX intrante mense Februario, dederunt, vendiderunt, et tradiderunt venerabili Patri D. Pagano Dei et S. S. Ap. G. Aquil. Patriar., non nomine dignitatis, sed pro se, et quibus etiam dederit, vendiderit, recipienti et ementi, domos, terras, possessiones, et jura quas et que iidem D. Isoja, et filii habent, et ad eos pertinent quoquo modo in loco et territorio Duorum Castrorum Parentine diocesis, ipsi D. Patriarche et Ecclesie aquilejensi immediate mero imperio subjectis ac mixto, et que fuerunt qm. D. Henrici Merli fratris ejusdem domine Isoje, et ad ipsos dominam Isojam, et filios ex successione dicti D. Henrici, vel alia occasione quacumque pervenerunt, sive proprietatis existant, sive feudi, aut cujuscumque alterius condicionis. Item et omnes decimas, et jus decimandi, quas, et quod iidem domina et filii habent, et ad eos pertinent in toto territorio dicti loci de Duobus Castellis et in quibus prefato qm. D. Henrico Merlo successerunt, ad habendum, tenendum et possidendum, ed quidquid ei, et quibus dederit, aut vendiderit deinceps, placuerit perpetuo faciendum, cum omnibus et singulis, que infra suos continentur confines, cum accessibus, et egressibus suis, et omnibus et singulis que habent super se, aut infra, seu intra se in integrum, et cum omni jure et actione, usu seu requisitione sibi et eis, aut pro eis aut ipsis rebus venditis modo aliquo pertinente, proprium tamen pro proprio, et feudum pro feudo: tradendo et vendendo pro pretio ducentarum marcharum denariorum Frixachensium Aquil. monete videlicet marchas sexaginta pro decimis supradictis, et centum XL pro domibus et aliis omnibus universis. Ita quod in hac venditione intelligantur venisse universa que habuit prefatus qm. D. Henricus Merlus in dictis locis et territorio ut habebat et possidebat tempore mortis sue, loco

cujus dicta Domina et filii successerunt. Quod pretium iidem D. Odorlicus et Izolinus venditores eorum nominibus, et quibus supra, confessi et contenti fuerunt se ab ipso Domino Pagano Patriarcha habuisse et recepisse ac eis integre datum, solutum et numeratum esse, exceptioni sibi non dati, et non soluti pretii omnino renuntiantes, et constituentes se predicta omnia, nomine ipsius D. Patriarche et corum quibus dederit, seu vediderit, possidere, donec ipsorum possessionem acceperit corporalem; quam accipiendi sua auctoritate, et retinendi deinceps licentiam omnimodam contulerunt, atque dederunt. Promittentes iidem venditores eorum nomine, et quo supra, et per se et eorum eredes dicto emptori controversiam ei, aut eis, seu eorum heredibus de predictis venditis seu parte ipsorum ullo tempore non inferre, nec inferenti consentire; sed ipsa omnia et singula tam in proprietate, qua in possessione ei, et eis, ab omni homine et universitate legittime defendere auctorizzare et disbrigare. Et predictam venditionem, et omnia et singula superscripta perpetuo firma et rata habere et tenere, et non contrafacere vel venire per se aut per alium, seu alios aliqua causa, aut ingenio, de jure, vel de facto sub pena dupli extimationis rei empte, habita ratione meliorationis, que pro tempore fuerint stipulanti premissa, qua soluta, vel non, rata maneant omnia superscripta. Item reficere sibi et suis heredibus omnia et singula dampna, et expensas, ac interesse litis et extra; Pro quibus omnibus et singulis firmiter observandis obligaverunt eidem emptori, et quibus ut supra, dederit, aut tradiderit, omnia bona sua, tam habita quam habenda. Et datis vuarentatoribus, seu fidejussoribus nobilibus viris dominis Nicolao de Prata, Biachino filio qm. D. Pilii de Prata, et Johanne Francisco de Castello presentibus, ac D. Morando de Porcileis nomine Dominorum Manfredi, Frederici dicti Brizalie, et Artici de Porcileis, a quibus super hoc habebat speciale mandatum, sicut constabat ibidem publico Instrumentum facto manu Frederici de Cividate Belluni notarii, anno et indictione presentibus, die XIX Februarii. Qui omnes et singuli ad preces dictorum venditorum promisserunt, ut ipsi venditores, omnia et singula superscripta manutenere et defendere dicto D. Patriarche, et quibus dederit sub ipoteca omnium bonorum suorum; quilibet tamen se obligando pro rata. Et renunciando omni juri quod adversus ea se possent defendere et tueri. Et insuper dicti Biachinus et Johannes Franciscus ad Sancta Dei Evangelia juraverunt nunquam contra venire rationis minoris etatis, vel aliqua causa, que dici, vel excogitari possit. Preterea dicti venditores eorum nominibus, et quibus supra, omnia et singula, que in predictis venditis invenerint esse feudalia Ecclesie Aquilegensi resignarunt expresse in manibus dicti Patriarche, ut amodo de ipsis quemcumque voluerit investiat, et de ipsis ad suam faciat voluntatem. Promittentes eidem, sub pena et obligationibus supradictis; quod infra tres menses, postquam provisum fuerit de Pastore Ecclesie Parentine nunc vacanti, in cujus Diocesis sunt Decime supradicte, et de feudo ipsius esistunt, cum idem pastor ad Sedem suam venerit, vel ubi possit comode adiri, resignabunt in manibus suis, aut habentis potestatem ab eo decimas supradictas, et procurabunt pro eas investiat ipsi emptori, aut ei, seu eis in quem, aut quos ea interim trasferre contingeret.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1328.

7 Marzo. — Aquileja.

Patriarca Pagano dichiara che l'acquisto da lui fatto in Istria dai signori di Prata non era per conto proprio, ma di Sergio Nassinguerra di Pola.

(Bianchi, documenti per la Storia del Friuli).

Die VII Martii. In Palatio superscripto Aquilejensi. Presen-tibus testibus ven. Patre D. Cantiano Dei Gratia Episcopo Emonensi, dominis Petro Mora Rectore Ecclesie S. Marie de Turri prope Mediolanum, Vicario infrascripti D. Patriarche, Francischino de la Turre de Mediolano Istrie Marchione, Georgio de Soppo de Pergamo, Bernardo de Fixeraga de Laude, Sigibaldo de Zinniguasco de Papia, et multis aliis.

Ven. Pater D. Paganus Dei gratia S. Sedis Aquil. Patriarcha confitens, ac protestans quod emptionem, quam pridie fecit nomine suo proprio, et non dignitatis, a nobilibus viris dominis Odorlico et Izolino de Prata fratribus, filiis qm. D. Guezeloni de Prata vendentibus eorum nominibus, et nomine D. Isoje matris et Raineri fratris ipsorum, quorum erant procuratores, de omnibus domibus, terris, possessionibus, decimis et juribus quibuscumque quas, et que habebant in loco et territorio de Duobus Castellis Parentine Diocesis, et ad eos pervenerant ex successione qm. D. Henrici Merli fratris dicte D. Isoje, seu alia quacumque de causa sicut de ipsa emptione constat per pubblicum Instrumentum factum per me Eusebium notarium infrascriptum, die V prentis mensis Martii, non fecit animo retinendi sibi empta, nec de sua pecunia pretium solvit, sed de pecunia propria nobilium virorum dominorum Sergii et Nassinguerre de Castro Pole, et eo animo, ut illa trasferat in ipsos, cessit, dedit, trastullit atque mandavit Bartolomeo qm. Domini Dominici de Pola procuratori dictorum Dominorum Sergii et Nassinguerre ad hoc specialiter Constituto, sicut apparebat per pubblicum Instrumentum factum manu Adalgisii filii Leonis Notarii imperiali auctoritate notarii, anno et indictione presentibus, die 28 Mensis Februarii, presenti et recipienti nomine ipsorum Dominorum et heredum ipsorum, omnia et singula jura et actiones reales et personales, utiles, et directas sibi aquisitas, et ad se spectantes, aut que, aut quas habebat, aut habere poterat ex venditione jamdicta in se, ut premittitur facta, et ipsis rebus et juribus venditis, et contra venditores et defensores seu fidejussores eorum; Constituentes ipsum Bartholomeum nomine eorundem dominorum Sergii et Nassinguerre procuratori, ut in rem suam, et ponens ipsum et ipsos principales in locum suum. Ita quod amodo ipsis rebus emptis et traditis uti valeant, et de ipsis facere quidquid voluerint, sine contradictione cujuscumque persone, prout ipse D. Patriarcha poterat ex contractu emptionis jamdicte; Et insuper eundem Bartolomeum, jamdicto nomine cum uno Caputio quod tenebat in manu investivit de omnibus rebus et juribus in venditione hujusmodi comprehensis que reperirentur esse di feudo suo et Ecclesie Aquilejensis, eo modo et forma quibus fuerant jamdicto qm. D. Henrico Merlo, et suis predecessoribus investita.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1328.

Aprile.

Patriarca Pagano ingiunge al Vicario e Capitolo di Parenzo di compensare i sudditi del Patriarcato pei danni loro accagionati dal Vescovo.

(Bianchi, documenti per la Storia del Friuli).

Paganus etc. Prudentibus Viris ..... Vicario, Parentina sede vacante, et ipsius Ecclesie Capitulo, salutem in Domino.

Meminimus prudentie vestre dedisse districte in mandatis sub excommunicationis pena, quod omnia bona et res, quas Frater Gratiadeus, quondam Episcopus vester de loco S. Antonii Aquilejensis Diocesis; quem sibi gratiose commiseramus, in dampnum ipsius loci et vituperium nostrum fraudolenter, et malo modo exportavit, et plures quantitates pecuniarum a pluribus civibus Aquilejensibus mutuo acceptarum, quas brevi tempore post earum receptionem solvere promiserat, dapnabiliter, et in anime sue periculum, et dictorum civium non modicum detrimentum, contra promissa sua retinuit usque ad obitus sui diem, solvere et satisfacere loco et personis suprascriptis infra dictum terminum debetis. Supra quibus literis nobis respondistis, quod loco, et dictis personis libenter satisfacere volebatis, sed ad presens donec exigeretis a debitoribus episcopatus, non poteratis; supplicantes nobis quod a processu supradicto contra vos usque ad aliquod tempus desistere dignaremur. Quapropter vestris supplicationibus inclinati, processum prefatum usque ad tres dies post festum Sancti Johannis Baptiste proxime futurum, tenore presentium duximus suspendendum, mandantes vobis sub pena praedicta quatenus loco, et personis prefatis, infra dictum terminum de bonis et pecuniis predictis solvere et satisfacere integraliter debeatis. Alioquim elapso dicto termino, si non facietis quod mandamus, contra vos ad excommunicationis sententiam, et ad alia nostra remedia procedemus.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco

10000100

Anno 1328.

16 Aprile, Indizione XI. Trieste.

Canonico Giovanni Scruyta, beneficiario della pieve di Hruschiza nel Castelnovano, dà in locazione la pieve per due anni a Pre Ermanno da Los.

(Archivio diplomatico di Trieste).

In nomine Dei eterni amen. Anno Domini Millesimo tricentesimo vigesimo octavo, Ind. XI die sabbati sextodecimo mensis Aprilis, Actum Tergesti in Contrata Mercati in canipa domus habitationis domine Benvenute uxoris Justi qm. Rantolphi, presentibus dominis Johanne Mostegl. qua contutor S. Domini Bonomi, Bonomo de Bonomis Canonico tergestino vocatis et aliis. Discretus vir Dominus Presbiter Joannes Scruyta Canonicus tergestinus et plebanus plebis Sancti Grisogoni de Pirnbaum diocesis Tergesti prelexit, stipulavit et sine aliqua exceptione Juris vel facti, omni occasione remota, dedit, cessit atque locavit Domino presbitero Hermano de Los ibidem presenti etc., eamdem plebem et curam plebis predicte sancti Grisogoni de Pirnbaum diocesis Tergesti cum omnibus mansis, campis, pratis, pascuis, nemoribus, silvis, redditibus, juribus et jurisdictionibus modo quocumque nominate plebi spectantibus et pertinentibus de jure et de facto, ac cum omni onere et honore nominate plebi pertinente et spectante, et hoc a proximo festo Sancti Georgii nuper venturo usque ad duos annos venturos; et in Tergeste complebit pro pretio seu nomine pretii March. solidorum veterum de Tergesto decem et septem solvendis in quolibet anno, videlicet medietatem in quolibet festo Sancti Georgii et aliam medietatem in festo Sancti Michaelis proximi sequentis, et hoc in quolibet anno dictorum duorum annorum, hoc etiam pacto et conditione quod nominatus Dominus presbiter Hermannus habere debeat et tenere omnibus suis expensis propriis continue usque ad dictum terminum duorum annorum duos sacerdotes sufficientes in plebe predicta qui valeant et debeant ac teneant curam dicte plebis in plebe predicta fideliter gerere et populo in dicta plebe integre satisfacere et in singulis ac omnibus de animarum salubritate providere, et omnia que utilia et necessaria ipsis videbuntur in dicta plebe genere et procurare. Insuper, si contingerit, aliquas collectas, decimas, vel impositiones, aliquas pecunias vel quasvis alias impositiones fieri et imponi plebano dicte plebis vel ipsius plebi per Eminentem personam Cardinalis vel Legati vel aliam quamcumque personam, quod nominatus dominus Presb. Hermannus solvere et satisfacere debeat et teneatur de suo ipso pro omnibus supradictis; praeterea quod de novo aptabit et conservet domos in plebe predicta et fractas in bono statu perductas restaurabit, et omnia necessaria et utilia in dicta plebe faciet et procurabit, promittentes nominatus Dominus Presb. Johannes Scruyta plebanus predictus nominato Domino Presbitero Hermano dictam plebem de cum omnibus juribus et juris-

dictionibus eidem pertinentibus et expectantibus in jure ab omni persona et universitate tam ecclesiastica quam seculare ligiter semper defendere, et varentare usque ad dictum terminum duorum annorum, contra forciam, violenciam, et injuriam alicujus prepotenciam illatam dicto domino presbitero Hermano dictus presbiter Johannes Scruyta plebanus predictus nequaquam in aliquo teneatur, et solummodo presbiter Hermanus predicto presbytero Johanni predicta omnia adimplere, et ipse presb. Johannes in jure dictam plebem teneatur defendere ut predictum est, nec hujus rei nomine litem aliquem vel contentionem movere vel facere, nec inferetur consentire per se vel alium seu alios de jure vel de facto occasione aliqua vel exceptione. Et contra superius nominatus presb. Hermanus pro dicto presbitero predicta omnia adimplere; et una pars alteri sub pena ducentarum librarum parvorum pro omnibus adimplendis et observandis Nedel Minich (?) civis tergest. obligavit nominato Domino presbitero Johanni omnia sua bona presentia et futura tamque principaliter debitor si defectus aliquis esset in dicto presbitero Hermano et ejusdem bonis, quod ipsa possit vendere et alienare, quod cum ita sit obligatus omnibus bonis ut insuper suo nomine et successorum.

Manu Messalti de Messaltis notarii et fuit vicedominatum.

Questa pieve di S. Grisogono l'Aquilejese, nella Carta, detta di Pirnpaum, è quella che oggidì ha nome slavo di Hruschiza, sulla strada postale da Trieste a Fiume, alla quale è sottoposto il Castelnovo. Il nome adoperato è tedesco, traduzione di Hruschiza, che corrisponde a *Pirum* latino, in italiano volgare si sarebbe detto *Perariolo*, in lingua nobile *Piretum*. Questo Pireto era veramente plebe con fonte, cimitero, chierici, e tuttora lo è.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1328.

3 Maggio, Indizione XI. Trieste.

Guglielmo e Corrado di Sperinberg vendono a Nicolò di Cormons genero di Nicolò di Raspo, due masi nella Villa di Paschiach nel Carso.

(Pergamena donata all' Archivio diplomatico di Trieste dal Dr. Vincenzo Joppi di Udine).

In nomine Dei eterni Amen. Anno Domini Millesimo tricentesimo vigesimo octavo, Indictione undecima, die tercio intrante mense Madii, Actum Tergesti in Contrata Riburgi in stacione habitacionis Vielmi Cope Ipotecarii, presentibus Dominis Ropreto de Suarcenich, Nicolao de Raspurch, Andrea Amantini, Justo Fusco, et Sclavo Copa testibus ad hec vocatis et rogatis, et aliis. Domini Guielmus de Sperinbergh et Coradus ejus frater, filii quondam Domini Ramperti de Sperinbergh per se eorumque heredes stipulacione solempni dederunt, vendiderunt et tradiderunt Domino Nicolao de Cormons genero dicti Domini Nicolai de Raspurg pro se suisque heredibus ementi et recipienti jure proprii et in perpetuum duos eorum mansos scitos in Villa de Pasciach de Carso, quorum unus regitur et gubernatur per ..... de Paschiacho coherens manso Zergne Gastaldionis dicte Ville de Pasciach, alius regitur et gubernatur per Volcinam de Pasciacho coherens vie publice et si qui alii coherentes sunt dictis duobus mansis cum omnibus et singulis campis, domibus, curteis, pratis, vineis, silvis, nemoribus, terris, pascuis, venationibus, piscationibus, et aquis, decimis, usufructibus, et redditibus, et omnibus et singulis pertinentibus dictis mansis quocumque et qualitercumque modo, jure, vel causa, et cum omnibus et singulis que habent supra se vel infra se, et cum omnibus et singulis confinibus, liberis accessibus et egressibus suis usque in vias publicas, et cum omnibus et singulis que habent super se vel infra se habitis in integrum vel habendis, et cum omni jure, omni actione, usu, seu requisitione reali et personali, utili et directa sibi et dictis duobus mansis cum omnibus suis pertinenciis aut ipsis mansis in modo aliquo pertinentibus sive expectantibus de jure vel de facto. Dederunt, vendiderunt et tradiderunt prefati Domini Guielmus et Coradus fratres de Sperinbergh per se eorumque heredes, uterque eorum principaliter et in solidum dictos duos mansos cum omnibus suis pertinenciis ad habendum, tenendum, possidendum, gaudendum, vendendum, obligandum, alienandum, et pro anima et corpore judicandum, et quidquid dicto Dno. Nicolao de Cormons emptori vel suis heredibus deinceps perpetuo placuerit faciendum, omnia que predicta sunt et que infra predictos continentur confines integre in presenti, et hoc pro precio et nomine precii atque finiti pagamenti duodecim Marcharum Soldorum de Tergesto veterum, quos omnes denarios dicti precii confessi et contenti fuerunt dicti venditores per se eorumque heredes tempore hujus contracti a dicto Dno. Nicolao emptore integraliter ha-

buisse et recepisse sine aliqua diminucione, renunciantes exceptioni non facte dicte vendicionis et non habitorum et receptorum dictorum denariorum tempore hujus contracti, beneficio fori, et epistole divi Adriani, nove atque veteri constitutioni et omni alii suo jure canonico et civili, et etiam legum auxilio sibi pro hoc modo aliquo coherenti de jure vel de facto.

In quarum rerum possessionem intrandi, et in se deinceps sua propria auctoritate retinendi licenciam dicti Dni. Guielmus et Coradus fratres venditores eidem Domino Nicolao emptori omnimodo contulerunt et concesserunt; promiseruntque dicti Domini Guielmus et Coradus fratres venditores per se eorumque heredes, et literque in solidum, eidem Domino Nicolao emptori et suis heredibus ab omni persona, publico colegio, et universitate legitime, semperque defendere, varentare, auctorizare et disbrigare dictos duos mansos cum omnibus suis pertinenciis et aiactenciis in jure; nec harum rerum nomine litem aliquam aut controversiam facere vel movere supra dictam vendicionem; et omnia et singula supradicta firma et rata habere perpetuo et tenere, et non contrafacere vel venire per se nec alium sive alios aliqua racione vel dolo, aliquo ingenio, sive causa, de jure vel de facto, sub pena dupli valoris seu extimationis dictorum duorum mansorum cum suis pertinenciis, ut pro tempore plus valuerint, cum refectione dampnorum omnium et expensarum, et cum obligatione omnium suorum bonorum, et utriusque eorum principaliter et in solidum, presencium et futurorum.

Ego *Rantulfus Ballardis* Imperiali Auctoritate Notarius hiis omnibus interfui, et rogatus scripsi.

La Villa di Pasiak è nel Distretto di Castelnovo, e il documento nostro ci dà il nome del suo *Gastaldo* nel 1328.

Il compratore de' masi colà, *Nicolò di Cormons*, era dell' illustre famiglia degli Ungrispach, detta fin dal 1118 anche *a Turri prope Goriciam*, Signori di Cormons, Medea, e Flojana; da non confondersi colla famiglia milanese *Della Torre e Valsassina* che giunse in Friuli appena due secoli più tardi. Il Dr. Vincenzo Joppi possiede in pergamena del 1461 il testamento del nobile *Mattia de la Turre prope Goriciam*, fatto *in loco Turris in pertinenciis Goricie.* *Giovanni* Vescovo di Trieste nel 1299, Simone più volte Capitano di Trieste dal 1490 al 1500, ed il *Barone Antonio della Torre e Croce* Capitano pur di Trieste 1559—1570, erano di quella famiglia.

Nel 1331 *Vicardo di Raspurch* rinunciò alla Castellania di Cormons in mano della Contessa Beatrice vedova di Enrico II Conte di Gorizia, tutrice del figlio Gian-Enrico. *Nicolò di Raspurch*, nominato nel documento riferito era probabilmente padre di Vicardo.

Corrado di Ungrispach
1285. Nel 1304 era già morto

- **Federico** 1292
  - **Nicolò** aveva in moglie una figlia di Nicolò di Raspurch
- **Nicolò** 1304

Ottonello di Ungrispach
già morto nel 1293

- **Jacopo** Vescovo di Concordia 1293
- **Giovanni** Vescovo di Trieste 1299

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1328.

18 Maggio. — Gratz.

Enrico Re di Boemia e di Polonia della Casa dei Conti di Gorizia e d' Istria, Tutore del minore Giovanni Enrico Conte di Gorizia e d' Istria, deputa Ugone Signore di Duino in Capitano della Contea di Gorizia, delle contrade nel Friuli appendici della Contea, della Karsia e dell' Istria.

(Dalli *Schatzkammerbücher* nell' Archivio della Ducea della Stiria, Tomo I, pagina 661).

Nos Henricus D. G. Bohemiae et Poloniae Rex, Carinthiae Dux, Tyrolis et Goritiae comes, Aquilegensis, Tridentinensis et Brixinensis Ecclesiarum Aduocatus, tenore praesentium profitemur, quod nos tanquam Tutor patruelis nostri dilecti Joannis Henrici, spectabilis comitis Goritiae, Nobilem virum fidelem nostrum Hugonem de Duyno, fecimus et constituimus Capitaneum, super totum comitatum Goritiensem, in contractis Fori Julii, super Charstis, et Istria, ita quod ipse tanquam verus capitaneus in omnibus plenam habeat potestatem, et hujus Officii causa, sibi annis sigulis, ducentas marcas solidorum aquilegensis monetae dare et soluere tenebimur de bonis comitatus praedicti. Mandantes universis Nobilibus ciuibus atque singulis hominibus dicti comitatus, firmiter et districte, quatenus eidem Hugoni, tanquam eorum Capitaneo omnimodam debeant obedientiam exhibere, damna et expensas quas dictus Hugo causae alicuius guerrae uel quaestionis dicti comitatus sustineret, sibi tenebimur resarcire de bonis comitatus praedicti.

Può dubitarsi se questo sia il testo del diploma o non piuttosto un estratto fatto in tempi posteriori — però non alterando che la locuzione. Rileviamo in merito a corografia che li possessi di questo Giovanni Enrico, morto in Treviso in giovane età nel tempo che vi faceva ingresso come Signore di quella città, erano scompartiti in quatro parti distinte = Contea di Gorizia, senza Tolmino e Flitsch, senza Vipacco = Contrade nel Friuli, cioè i possessi alla destra dell'Isonzo, al qual fiume terminava il Friuli = la Karsia e l'Istria — di Metlika nessun cenno. — Nella Karsia comprendevasi Fiume, la quale era dei Signori di Duino stesa dall' Isonzo al Cornero. *K.*

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1328.

23 Maggio. — Gemona.

Spiegazione della Sentenza pronunciata dal Patriarca nelle vertenze tra Intrinseci ed Estrinseci di Muglia.

(Bianchi, Documenti per la storia del Friuli).

In nomine Domini Amen. Cum nos Paganus Dei et Apostolice Sedis gratia S. Sedis Aquilegensis Patriarcha inter homines nostros et Ecclesie nostre Aquilegensis Terre de Mugla, intrinsecos videlicet et extrinsecos, qui plene et libere in nos compromiserant, sententiam pacis et concordie, presentibus ipsis partibus, sub certa forma duximus promulgandam, quam observare precepimus sub pena in compromisso apposita, reservata nobis potestate et baylia addendi, diminuendi, interpretandi, declarandi et dilucidandi ea que in sententia nostra hujusmodi continentur: et ipsi intrinseci super se nimium elevati sententiam nostram predictam contumaciter recusaverint observare, et adhuc recusant animo indurato, nosque timentes quod aliqua in capitulis ipsius pacis contenta, per que potestatem concedendo eisdem, per nos dedimus et ordinavimus certam bayliam et arbitrium secundum quod in ipsis Capitulis continetur, possent contra mentem nostram, sententiam ipsius pacis intercipere et involvere, eo quod ipsi intrinseci alium quam illum, quem sibi dare volebamus, juxta id quod cum ipsis eramus in concordia et tractatu, temerario ausu eligere et assumere presumpserunt; ac diligenter attendentes quod non debent reprehensibiliter judicari, si secundum varietatem temporum statuta quandoque varientur humana, presertim cum facti qualitas id esposcit, sententiam nostram jamdictam interpretantes, declarantes, et dilucidantes, eique addentes dicimus, volumus, pronunciamus, et sententiamus, quod primus terminus solutionis, quam facere debebant intrinseci extrinsecis pro expensis factis per eosdem extrinsecos in veniendo ad presentiam nostram etc. ut in ipso Capitulo ipsius pacis continentur, incipiat currere, et fuerit non infra duos menses postquam Potestas dicte Terre suum incepit regimen in ipsa Terra, sed a die decimo septimo mensis martii proxime preteriti, quod Sergius Sindicus dictorum intrinsecorum a nobis post sententiam predictam recessit, cumque dampnis et expensis que post ipsos duos menses substinuerunt ipsi extrinseci occasione ipsius pecunie, quam ipsi intrinseci solvere non procurant. Item quod omnia que per potestatem ipsius terre fieri volumus, aut precipimus, aut sententiamus executioni mandari, sive in faciendo, sive in judicando aut in dando confinia alicui, sive etiam securitates recipiendo, aut in ordinando de adventu Intrinsecorum, aut de Statu eorum: et quod ipsi estrinseci ad salarium ejus teneantur, nullam habeant firmitatem, sed penitus sint cassa, et vacua, nisi esset ille Potestas de quo convenimus cum partibus supradictis, aut alius quem daremus

eisdem, si ad gratiam nostram eosdem Intrinsecos recipere nos contingat. Item declaramus super illo capitulo, quod omnes condempnationes et sententie, venditiones et distractiones etc. per illa verba in quantum contra justitiam fuerint facte, omnino de ipso Capitulo sint ammota, et de cetero non intelligantur esse ibidem. Et quod verba illa, salva omni justitia facienda per dictum nostrum potestatem contra ipsos intrinsecos et extrinsecos, et eorum bona, habeant et vindicent sibi locum cum extrinseci ipsi fuerint in Terra predicta reducti, et non aliter, neque ante. Cetera autem omnia et singula in Sententia jam dicta contenta, in sua maneant firmitate. Preterea quia jam dicti intrinseci non obediverunt sententie, declaramus eos incurisse penam in jamdicto compromisso apposita, et teneri ipsis extrinsecis ad restituendum eis bona suam cum omnibus fructibus perceptis, et qui potuerunt, ac possunt percipi a die quo pronunciavimus dictam pacem. Et similiter omnia et singula dampna data, vel illata in bonis ipsorum estrinsecorum, postquam pronunciavimus pacem inter eos, et que ferentur de cetero, donec eos dicti intrinseci contumaciter extra predictam Terram Mugle tenebunt, nec non omnes expense quas medio tempore facerent, et facient ipsi extrinseci eis integraliter eidem intrinseci reficere et restituire teneantur. Super quibus taxandis nobis reservamus plenariam potestatem, ne inobedientia et malitia ipsorum Intrinsecorum eis comodum adferat, et ipsis extrinsecis obedientibus detrimentum pariat, et jacturam.

Data, lecta, et pronuntiata fuit per D. Paganum Patriarcham interpretatio, declaratio, et dilucidatio in Castro Patriarchali Glemone.

Ego *Gubertinus* notarius et prefati D. Patriarche Officialis scriba predictis omnibus et singulis presens fui, et de mandato ejusdem D. Patriarche hec scripsi, publicavi, meoque signo consueto signavi. A. N. U. o.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1328.

24. Julii.

Il Comune di Trieste nomina Ambasciatori per trattare pace e concordia con Ugone di Duino Capitano del Contado di Gorizia.

(Atti della Vicedominaria di Trieste).

In nomine Dei aeterni Anno Dni. Millesimo trecentesimo vigesimo octavo indictione undecima die vigesimoquarto intrante Mense Julii Actum Tergesti in Palacio Comunis Pres. Dominis Geroldo Rubeo Acarisio Not. Vicedomino Sardio de Argento Mathaeo Baiardo Petro Alborio Andrea Mesaltus Ondulo de Canciano Petro Gremon Gennano de genan. et Quoglotus q. Dni. Bonomi Johanne Mosteglo test. et aliis.

Nobilis vir Dni. Fridericus de Murucio hon. Pot. Terg. et discreti viri Dni. Avanzius de Chelino Dominicus q. Domini. Bonomi et Almericus q. D. Bartholomaei Ade Judices Civitatis Terg. de consensu et voluntate Majoris Consilii ad sonum Campanae et voce preconia more solito congregato specialiter ad infrascripta ordinamenta unanimiter et concorditer per se suosque successores vice et nomine Comunis hominum et districtualium Civitatis Tergest. fecerunt constituerunt et ordinaverunt auctoritate et bailia a dicto majori consilio eisdem tradita et concessa discretos viros dominos Rantulfum Bajardum Zorobabellum de Leo et Michaelem Ade Not. Cives civitatis Terg. suos et dicti Comunis Sindicos et legitimos procuratores et quilibet eorum in solidum. Ita quod non sit melior conditio occupantis ita quod quilibet vel unus eorum inceperit alius nullatenus possit mediare et finire ad comparendum coram nobili et potente viro Militi Dono. Hugoni de Duino honorando tocius Comitatus Goriciae Capitaneus. Et cum Domino Ugone suo proprio nomine ordinare componere firmare tractare et facere omne Concordium pactum et amorem quod voluerint et eis melius videbitur expedire pro honore et bono statu Comunis Hominum et districtualium Civitatis Tergesti et ipsius Domini Hugonis tanquam Capitanei Comitatus vice et nomine hominum et districtualium tocius Comitatus predicti et ad obbligandum bona Comunis Civitatis Tergesti pro dictis et in omnibus in dicto Instrumento servandis cum penis et obligationibus circa predicta opportunis et necessariis et cum obligationibus ipsius Dni. Hugonis suo et quo supra nomine recipiendis et stipulandis vice et nomine Comunis Terg Et generaliter ad omnia et singula alia facienda tractanda firmanda et componenda et q. in predictis omnia praedicta et aliqua predictorum fuerint necessaria et opportna in q. quemlibet legit. Procurat seu legitimos Sindicos et Procuratores fieri possit. Promittentes predicti Domini Potestas

Judices de Consensu dicti majoris Consilii vice et nomine predictae Civitatis pr. se nostrosque successorum nomine inscripto stipulanti vice et nomine predicti Domini Hugon suo nomine et nomine q. supra et omn. alia. quor. ten. vel in comune pactu firmum et ratum manutenere habere et tenere omne illud et totum id et quidquid firmatum et ordinatum fuerit in predictis vel aliq. predictor et non contrafacere sub ypotheca omnium et singulorum bonorum mobilium et fixorum Comunis Civitatis Tergesti.

Manu Amizo Maselo Not.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1328.

3 Agosto. — Cividale.

Sergio e Nassinguerra di Castropola protestano dinnanzi al Patriarca d'Aquileja Pagano per l' aquisto fatto dal Patriarca in loro nome di beni in Due Castelli al Leme.

(Atti del Notajo Eusebio de Remugnano di Udine).

Anno Domini MCCCXXVIII. Die III mensis Augusti, Civitatis Austriae in Patriarchali Palacio. Presentibus Testibus dominis Bernardo de Strasolto, Andriolo Quirino de Venetiis Paulo Boiani, et Guilielmo qm. Magistri Gualterii de Civitate, et aliis.

Constitutus in presencia Venerandi Patris domini Pagani Dei gratia Sanctae Sedis Aquilegensis Patriarchae, Bartholomeus qm. domini Dominici de Pola procurator et procuratorio nomine dominorum Sergii, et Naxinguerrae de Castro Polae protestavit, dixit, et obtulit ipsi domino Patriarchae ut cum ipse nomine predicto eorum dominorum emerit ab ipso domino Patriarcha tamquam a privata persona hoc Anno die VII mensis Marcii, certas possessiones, et jura quae idem dominus Patriarcha emerat a Nobilibus viris dominis Odolrico, et Izolino de Prata vendentibus pro se et Raynerio eorum fratre et domina Isoia matre sua in duobus Castellis Parentinensis Diocesis, sicut de ipsis venditionibus constat per publica Instrumenta manu mei infrascripti Notarii facta, et de precio ipsarum possessionum adhuc ipse emptor, sive predicti domini quorum nomine emit, teneantur dare certam partem, quam dare et solvere promiserant usque ad Kalendas presentis mensis Augusti, Videlicet Centum Marchas frixacensium quod ipsa pecunia prompta est, et parata pro satisfaciendo eisdem venditoribus, de precio memorato, dum tamen ipsi venditores, vendita ut promiserunt et stipulati sunt, solempniter, libera, et expedita ipsis emptoribus tradant, cum ipsi emptores nequeant habere possessionem ipsarum, et quod iidem Venditores priusquam venderent magnam partem rerum sive possessionum venditarum certis inveniantur obligasse personis. Protestans insuper idem procuratorio nomine quo supra de dampnis, et expensis que ipsi domini sui substinuerunt, et substinent propter possessionem quam habere non potuerunt de predictis possessionibus emptis.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco

Anno 1328.

II. Kal. Augusti. — Avinione.

Papa Giovanni XXII concede a Vescovo di Trieste Guglielmo di prendere a mutuo 500 fiorini di oro.

(P. Agostino Theiner, *Vetera Monumenta Slavorum Meridionalium*).

Iohannes Episcopus etc. Venerabili fratri Guillelmo Episcopo Tergestino, salutem etc. Cum, sicut in nostra proposuisti presencia constitutus, tam pro tuis expensis necessariis, quam pro ecclesie tue Tergestine negotiis apud sedem apostolicam expediendis utiliter te subire oporteat magna onera expensarum, nobis humiliter supplicasti, ut usque ad summam Quingentorum florenorum auri mutuum contrahendi sub modis et formis infrascriptis, sine quibus creditores te putas invenire non posse, tibi largiri licenciam dignaremur. Nos igitur de tua tam in hiis, quam in aliis circa eadem tua et ipsius ecclesie negotia utiliter promovenda et expedienda circumspectione et diligencia plenius in domino confidentes, ac nolentes quod propter expensarum ipsarum defectum indigenciam paciaris, vel quod eadem negotia inexpedita remanere contingat, tuis supplicationibus inclinati, fraternitati tue contrahendi mutuum propter hoc usque ad predictam summam Quingentorum florenorum auri dumtaxat nomine tuo et ipsius ecclesie Tergestine, ac te ipsum et successores tuos et ecclesiam predictam, ac tua et eorumdem successorum et ecclesie bona mobilia et immobilia, presentia et futura, usque ad summam huiusmodi propterea dictis creditoribus, usuris omnino cessantibus, obligandi, et renunciandi de duabus dietis edite in concilio generali, ac felicis recordationis Bonifacii pape VIII. predecessoris nostri, qua cavetur, ne quis extra suam Civitatem et diocesim, nisi in certis exceptis casibus, et in illis non ultra unam dietam a fine sue diocesis ad iudicium evocetur, et quibuscumque aliis constitutionibus a predecessoribus nostris Romanis pontificibus super hoc editis, et beneficio restitutionis in integrum, ac omnibus litteris et indulgenciis apostolicis impetratis et etiam impetrandis, et omni iuris Canonici et civilis auxilio, et conventioni locorum et Iudicum, si eorumdem creditorum nomine contigerit super hiis apostolicas litteras impetrari, necnon omnibus aliis exceptionibus, per quas contra creditores eosdem tu dictique tui successores possetis imposterum vos tueri, plenam auctoritate presentium concedimus facultatem. Volumus insuper et concedimus iuxta quod tu postulasti a nobis, quod tu et dicti successores creditoribus ipsis huiusmodi pecuniam de bonis ipsius ecclesie solvere, ac dampna et expensas et interesse reficere teneamini, si in termino, qui ad hoc de tuo et ipsorum creditorum consensu fuerit constitutus, eadem pecunia non fuerit persoluta, quodque eisdem creditoribus pretextu alicuius constitutionis canonice vel civilis, aut cuiuscunque privilegii vel indulgencie sedis apostolice, de quibus in nostris

litteris plenam et (liberam) expressam ac de verbo ad verbum oporteat fieri mentionem, et per que tu dictique successores valeatis imposterum vos tueri, dictam pecuniam in iamdicte ecclesie utilitatem conversam fore probandi necessitas non incumbat, sed sola tui hoc facientis confessio in instrumentis publicis conficiendis super mutuo huiusmodi quantitas inserta sufficiens, plena et efficax probatio irrefragabiliter habeatur. Ceterum ne in hoc vorago sibi locum vindicet usurarum, nostre intentionis existit et volumus, quod tu et dicti successores ac prefata Tergestina ecclesia, tua seu sua vel ipsorum bona per has nostras litteras per cuiuspiam fraudis vel calliditatis astuciam sub quovis pallio seu colore verborum ad usuras obligari nullatenus valeatis, easdem litteras, concessiones, cautiones, recognitiones seu promissiones per eas vel earum auctoritate seu occasione factas quo ad obligationem usurarum huiusmodi decernentes irritas et inanes, et nullius penitus existere firmitatis, eis nichilominus quo ad premissa omnia, que usurariam pravitatem non sapiant, in suo robore duraturis, nec usurarum pretextu malitiose aliquatenus impugnandis. Volumus autem, quod eadem ecclesia Tergestina ac bona ipsius pretextu nostre concessionis huiusmodi contracti debiti computandum, nullatenus remaneant obligata, has nostras litteras et earum effectum, si secus actum fuerit, quo ad ecclesiam ipsam et bona ipsius omnino carere viribus decernentes. Datum Avinione II. Kalendas Augusti, Pontificatus nostri Anno Duodecimo.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1328.

26 Novembre, Indizione XI. Udine.

Il Comune di Pola elegge, il Patriarca conferma il Podestà di Pola.

(Bianchi, documenti per la storia del Friuli).

Die XXVI Novembris. Presentibus Nobilibus viris Dominis Fedrigino de la Turre capitaneo Glemone, Michaele de la Turre nepote, Nicoletto de Lassalle de Geriux familiare D. Patriarche Aquilegensis. Accedens ad presentiam dicti D. Patriarche Johannes Subtillis de Pola, Sindicus et procurator Capitanei et universitatis Polensis ad infrascripta specialiter deputatus, ut de procuratorio hujusmodi constat per publicum Instrumentum, scriptum manu Adalgerii notarii filii Leonis notarii de Pola, anno et indictione presentibus, die vero penultimo mensis octubris, supplicavit dicto D. Patriarche, ut sibi, procuratorio nomine supradicto, dignaretur concedere, quod posset eligere Potestatem et rectorem de Civitate. Qui D. Patriarcha hujusmodi licentiam concessit eidem. Qua sibi data, Christi nomine invocato, Nobilem virum D. Georgium Basilium de Venetiis, in dicte civitatis Potestatem et Rectorem elegit. Quam electionem dictus D. Patriarcha, aceptando eundem D. Georgium in dicte Civitatis Potestatem et Rectorem, confirmavit, concedens sibi litteras tenoris infrascripti.

Noverint universi presentes litteras inspecturi, quod nos Paganus Dei et Apostolice Sedis gratia S. Sedis Aquilegensis Patriarcha, ad quem pleno jure spectat Potestatem, sive Rectorem dare Terre nostre de Pola, Nobilem virum D. Georgium Basilium de Venetiis nobis per Johannem Subtillem de Pola Sindicum Capitanei et universitatis Polensis, de nostra licentia presentatum, eidem Terre et universitati in Potestatem concedimus, tenore presentium, et Rectorem; precipientes sibi, ut Rectori, in omnibus, que ad dictum Officium pertinent, obedire. Alioquin penas, seu mulctas, quas rite tulerit in rebelles faciemus, auctore Domino inviolabiliter observari.

Datum Utini, in nostro Patriarchali Palatio, Anno Dominice Nativitatis M.CCC.XXVIII, die XXVI Novembris, Indictione XI.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1328.

XV. Kal. Decembris. — Avenione.

Papa Giovanni XXII concede a Vescovo di Parenzo Giovanni da lui nominato, di farsi consacrare da tre Vescovi qualunque.

(P. Contarini, dei Vescovi istriani dell' Ordine Domenicano).

In Christi Nomine Amen. Noverint universi praesens instrumentum publicum inspecturi: Nos Fr. Hugolinum Dei, et Apostolicae Sedis gratia Episcopum Cremonensem vidisse, et legisse . . . . . pendente in cordula canapa, in qua quidem Bulla ab una parte sculptae erant duae facies cum quadam cruce intermedia, et quadam subscriptione in hac forma .... literae legebantur Joannis Papae XXII, quarum literarum tenor talis est. Joannes Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Joanni electo Parentino salutem, et Apostolicam Benedictionem. Dudum Parentinae Ecclesiae tunc vacanti de persona tua, licet absente, nobis, et fratribus nostris de multiplicium virtutum meritis commendata, de dictorum fratrum consilio, auctoritate Apostolica, duximus providendum, praeficientes te eidem Ecclesiae in Episcopum, et Pastorem. Nos ad ea, quae in tuae commoditatis augmentum cedere valeant, favorabiliter intendentes, ac volentes tuis, et ejusdem Ecclesiae parcere laboribus, et expensis, tuis justis supplicationibus inclinati, ut a quocumque males Catholico Antistite gratiam, et communionem Apostolicae Sedis habente, ascitis sibi, et in hoc eidem assistentibus duobus, vel tribus Episcopis similem gratiam, et communionem ejusdem sedis habentibus, posses munus consecrationis accipere, ac ipse tibi illud auctoritate nostra impendere valeat, tenore praesentium concedimus facultatem. Volumus autem, quod praefatus Antistes, qui tibi hujusmodi munus consecrationis impenderit, fidelitatis solitae debitum recipiat juramentum, juxta formam, quam tibi sub Bulla nostra mittimus interclusam, ac formam hujusmodi juramenti, quod praefato Antistiti exhibebis, ipse ad nos per literas suo sigillo signatas quantocius destinare procuret. Datum Avinioni XV Kal. Decembris Pontif. nost. anno XIII. Item alias literas sub Bulla plumbea Papali, in fillis sericis rubeis, quarum literarum tenor talis est. Joannes Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Joanni electo Parentino salutem. Dudum Parentinae Ecclesiae (*ut in praecedentibus literis*) *inde sequitur*: Verum tu praefatis literis nostris receptis, sicut oblata nobis pro parte tua petitio continebat, per simplicitatem, et juris ignorantiam distulisti ultra spatium trium Mensium in Ep.... Quare pro parte tua fuit nobis humiliter supplicatum, ut tibi providere super praemissis de benignitate Sedis Apostolicae, dignaremur. Nos igitur tuis supplicationibus inclinati, quod munus consecrationis huiusmodi, juxta earumdem litterarum formam recipere valeas, dictusque Antistes illud tibi auctoritate nostra impendere possit, earumdem literarum forma servata, praemissis

nequaquam obstantibus tibi auctoritate praesentium indulgemus: ita quod propter jusmodi nihil tibi in posterum objici valeat, nec defectus aliquis imputari. Nulli e minum liceat hanc paginam nostrae concessionis, et voluntatis ..... Si quis aute praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et B. B. Petri, et Pauli Apostol verit incursurum. Dat. Avinione Idibus Septembris Pontif. nost. anno XIV. Nos scriptarum literarum Papalium earum forma servata, et alias rite infra tempus (minica XIX. Mensis Novembris, in Capella S. Bartholomaei Fratrum Praedicat Dominis Guidone Mutinen., et Superantio Cervien., Episcopis nobis adstantibus voluntate Rever. Patris, et D. Bertrandi Ostiens., et Veletren., Episcopi Aposto electo Parentino consecrationis munus de manibus nostris duximus imponendum. q. Marci Alberti Bonomen. Civis publicus Imperiali, ac communis Bononiae auc praedictis interfui, eaque rogatus scribere de mandato dicti Domini Cremonen. (

Tipografia de Lloyd Austriaco.

Anno 1328.

III. Nonas Decembris. — Avinione.

Papa Giovanni XXII nomina in Vescovo di Pola Guidone Abbate della Vangadizza.

(P. Agostino Theiner, *Vetera Monumenta Slavorum Meridionalium*).

Iohannes Episcopus etc. Dilecto filio Guidoni Electo Polensi, sal. etc. Apostolatus officium etc. Olim siquidem ex certis causis rationabilibus provisiones omnium ecclesiarium Cathedralium in Patriarchatu Aquilegensi consistentium et vacantium, et quotiens eas quocumque modo et ubicumque vacare contingeret, dispositioni nostre ac sedis apostolice usque ad nostrum et dicte sedis beneplacitum duximus reservandas, decernendo extunc irritum et inane, si secus super hiis per quascumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum autem ecclesia Polensi in eodem Patriarchatu consistente per obitum bone memorie Antonii Episcopi Polensis, qui in partibus illis diem clausit extremum, pastoris solatio destituta, Nos attendentes, quod nullus preter nos de ordinatione ipsius ecclesie se hac vice intromittere potest, decreto et reservatione huiusmodi obsistentibus, de preficiendo eidem ecclesie, ne longe vacationis exponeretur incommodis, personam utilem ac etiam fructuosam, cuius industria in suis valeret manuteneri iuribus ac etiam adaugeri, cepimus intendere diligenter. Et demum post deliberationem, quam super hoc cum fratribus nostris habuimus diligentem, ad te tunc Abbatem Monasterii sancte Marie Vangadiciensis ordinis Camaldulensis Adriensis diocesis, cui religionis zelum, litterarum scienciam, vite mundiciam, morum honestatem et alia multiplicium dona virtutum suffragari ex testimoniis fidedignis accepimus, direximus aciem nostre mentis: quibus omnibus diligenti meditatione discussis, de persona tua, nobis et eisdem fratribus ob huiusmodi tuorum exigenciam meritorum accepta, eidem ecclesie de ipsorum fratrum consilio auctoritate apostolica providemus, teque illi in Episcopum preficimus et pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesie tibi tam in spiritualibus quam in temporalibus plenarie committendo, in illo qui dat gratias et largitur premia confidentes, quod clemencia tibi assistente divina prefata ecclesia per tue industrie et circumspectionis studium fructuosum preservabitur a noxiis et adversis, et salutaribus spiritualiter et temporaliter proficiet incrementis. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus impositum tibi onus a domino suscipiens reverenter et suavi eius iugo humiliter colla submittens, curam et administrationem predictas sic fideliter geras et solicite prosequaris, quod ecclesia ipsa gubernatori provido ac fructuoso administratori gaudeat se commissam, tuque proinde preter retributionis eterne premium nostram et apostolice sedis benedictionem et gratiam uberius consequi merearis. Datum Avinione III. Nonas Decembris, Pontificatus nostri Anno Tertiodecimo.

In e. m. Capitulo et universis Vassallis ecclesie Polensis, Clero et populo Civitatis et ecclesie Polensis et Patriarche Aquilegensi.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1329.

21 Febbraro, Indizione XII. Aquileja.

I Procuratori del Vescovado di Pola, sede vacante, nominano due Mandatarî a riscuotere le rendite di quello in Friuli.

(Dall' Archivio Notarile di Udine).

Millesimo tricentesimo vigesimo nono, Indictione XII, Die vigesimo primo Februarj, presentibus Venerabile Viro Domino Guielmo Decano Aquilegiae, et discretis Viris Tomasio Baiarzo de Tergesto, Daniele de Cremona, Salvino de Concorecio ambobus domicellis dicti domini Decani testibus, et aliis.

Venerabiles Viri Domini Franciscus Subdiaconus, et Albertus Diaconus Iconomi, presbiter Andreas Archidiaconus, et Vicarius, Petrus Clericus filius Domini Nassinguerrae de Castro Polae, et presbiter Bortolomeus Canonici Ecclesiae Majoris Polensis, tamquam maior, et Sanior pars Capituli Ecclesiae supradicte, nomine Episcopatus Polensis vacante Sede fecerunt, constituerunt, et ordinaverunt discretos Viros presbiterum Tadeum Mansionarium Aquilegensem, et Gabrielem de Cremona Notarium absentes tamquam presentes utrumque eorum in solidum, ita quod occupantis etc. suos certos missos, nuntios, et procuratores ad petendum, et exigendum omnes fructus, redditus, et proventus dicto Episcopatui debitos in partibus Forojulii, ad faciendum finem, et confessionem etc., alium, seu alios procuratores substituendum, et revocandum juramentum calumpniae etc. promittentes de rato habendo etc. generaliter. Actum Polae in Domo Comunis ipsius terrae.

Item dicti Canonici suo nomine tantum fecerunt ipsos presbiterum Tadeum, et Gabrielem procuratores suos ad omnia generaliter.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.



Anno 1329.

5 Maggio, Indizione XI. Trieste.

Ivan Gastaldione di Pinguente edifica e dota la chiesa di S. Maria Maddalena di Pinguente, riservandosene il patronato.

(Da copia antica autenticata).

In nomine Domini Amen. Anno a nativitate ejusdem mil-lesimo trecentesimo vigesimo nono, indictione duodecima, et die quinto mensis Maii, in presentia mei Notarj publici, et testium subscriptorum ad hoc vocatorum, specialiter et rogatorum. Accendens ad presentiam Reverendi Patris in Christo Domini Gugelmi Dei, et apostolice Sedis gratia Episcopi Tergestini D. Juan Castaldio de Pinguento Tergestine Diocesis eidem patri et Domino devote et humiliter supplicavit, quod cum de consensu, et beneplacito Fratris Guizardi Vicarii Episcopatus, et capituli Tergesti, in proprio solo sive fundo apud castrum de Pinguento quamdam basilicam construxisset ad honorem Omnipotentis Dei et beatissime Virginis gloriose Matris ejusdem, et beate Marie Magdalene, quo Titulo, sive vocabulo predictam Basilicam voluit nominari, istius Ecclesiae Sancte Marie Magdalene placeret eidem patri et Domino Episcopo supradicto sibi, et suis heredibus concedere jus patronatus in basilica supradicta, et quod presbiterum per ipsum ellectum, et eidem Domino presentatum dignaretur instituere in eadem, ut idem sacerdos assidue deberet, et teneretur impendere suum obsequium Ecclesie memorate in remissionem suorum peccatorum propinquorum et benefactorum suorum vivorum simul et mortuorum et in remissionem etiam omnium fidelium defunctorum; cum patronus esset dictus Dominus Juam dare, et donare, et predictam Ecclesiam de infrascriptis rebus mobilibus, et immobilibus dotare. Prefactus Dominus Episcopus supradictus considerans quod ipsius mentis est devocio amplectenda, et quod bone rei dare consultum, ut presentis habeat vite subsidium, et eterne remunerationis expectare cernitur premium, considerans etiam quod quis patronus efficitur tribus de causis, scilicet dotatione, constructione, et fundatione, secundum quod jura testantur, supradicti Domini Juani annuit piis votis. De consensu igitur et beneplacito Domini Melchioris decani, et capituli Ecclesie Tergesti, per se, et suos successores dedit, concessit, et tradidit eidem Domino Juano pro se suisque successoribus, et heredibus stipulanti, et recipienti jus patronatus memorate Ecclesie Sancte Marie Magdalene, hoc pacto interveniente inter partes predictas, ut cum contingerit Ecclesiam supradictam Sancte Marie Magdalene vacare, predictus Dominus Juam vel heredes sui qui pro tempore fuerint infra quatuor menses bonum et idoneum presbiterum per ipsum vel ipsos, ad predictam Ecclesiam ellectum, supradicto Domino Episcopo Tergesti, qui pro tempore fuerit, vel sede vacante capitulo debeant presentare; qui quidem sacerdos solenni examinatione

premissa repertus idoneus per supradictum Dominum Episcopum, vel sed
debeat institui in eadem impensurus assidue debitum officium in Eccles
corporis infirmitate gravatus, et quanto frequentius poterit salva conscient
debita devotione missarum debeat solemnia celebrare, item quod supradicti
heredes qui pro tempore fuerint juxta posse teneantur deffendere Ecclesian
clesie, ne quis dilapidet eam, et bona ipsius; item expresso pacto intervenie
inter partes praedictas, quod si predictus Juanus, vel heredes qui pro tem
vergerent ad inopiam, et magnam egestatem, quod predicta Ecclesia teneatu
eisdem de suis facultatibus necessariis providere, item quod si divino intu
adeo pullularet ut colegiata sive secularis fieret quod non possit nec debeat
tunc non ellectioni prelati faciende, sed iam facte patroni qui pro tempore
sensus, omnem autem aliam jurisdictionem et sui actionem prefactus Dominu
sibi, et successoribus suis retinuit in capella predicta, ita tamen quod per
Sancte Marie Magdalene, matrici Ecclesie scilicet Ecclesie Beate Marie de
prejudicium generetur, non quod predicta Ecclesia eidem matrici Ecclesiae sit
presso pacto, et solemni stipulatione inter predictum Dominum Episcopum n
cessorum suorum et Dominum Juanum nomine suo, et heredum suorum ex pa
terum Raymundum plebanum de Pinguento nomine suo, et successorum suorum
ut predicta Ecclesia Sancte Marie Magdalene a jurisdictione matricis Ecclesie s
de Pinguento in omnibus sit exempta, excepto quod predicta Ecclesia Sancte
annuatim in festo ejusdem Ecclesie teneatur de una libra piperati predictam ma
honorare, in omnibus vero aliis predicta capella predicto Domino Episcopo, et s
sit subiecta, promittens predictus Dominus Episcopus pro se, et suis successorib
mino Juano, et suis heredibus omnia et singula predicta, grata, rata, et firma h
numquam contravenire, vel veniri facere sub pena quingentarum librarum denario
idem Dominus Juan jure proprio et imperpetuum donavit, et in dotem dedit eidem
Marie Magdalene in rebus mobilibus, crucem, calicem, paramenta et alia ornam
Ecclesie seu capelle predicte, immobilibus autem quartam partem cuiusdam mollen
banatu Pinguenti et prope Ecclesiam Sancte Marie Magdalene predictam; confines
lendini sunt hii; a capite superiori est mollendinum quod vocatur Nesach; ab alia
est mollendinum dicti Juani quod vocatur mollendinum Album; ab uno latere est
mediantibus campis; ab alio latere est flumen, item jure proprio, et imperpetuum don
tem dedit dictus Dominus Juan predicte Ecclesie Sancte Marie Magdalene unam vi
dicto plebanatu, et in contrata Saverch in qua sunt circa decem et octo olivaria,
dicte vinee sunt hii: a capite superiori est Vinea Vide cognate dicti Domini Juani,
inferiori est Vinea Lavine de Pinguento, ab uno latere est vinea dicti Domini Juani,
latere est semita, item donavit, et in dotem dedit predictus Dominus Juanus jure pro
perpetuum predicte Ecclesie Sancte Marie Magdalene unum campum situm in dictu p
Pinguento, et prope dictam capellam, confines vero dicti campi sunt hii; a superiori p
publica, ab inferiori parte sunt mollendina, flumen, et Ecclesia; ab uno latere est camp
Vidue de Pinguento, item jure proprio et imperpetuum donavit, et in dotem dedit dict
Juanus predicte Ecclesie Sancte Marie Magdalene alium campum situm in dicto ple
Pinguento, et prope dictum Castrum, a superiori parte est campus Jurco de Pinguento,
riori parte est campus plebis, ab uno latere est campus Nicolai, et est ad viam public
jure proprio, et imperpetuum donavit, et in dotem dedit dictus dominus Juanus predicte
Sancte Marie Magdalene unum alium campum situm in dicto plebanatu de Pinguento, et
trata Sipcepolie, confines vero dicti tercii campi sunt hii a superiori parte est via pul

inferiori parte est campus dicti Juani, ab uno latere est campus qui dicitur Coruce de Pinguento, et ab alio latere est campus ..... de Pinguento, item campum unum situm in Cluce cujus tales sut confines; ab uno latere sunt agri Laurentii ....., ab alio latere est via publica; ad habendum, tenendum, possidendum, et quicquid eidem Ecclesie, vel capellano qui pro tempore fuerit debito jure salvo melius videbitur faciendum, cum omnibus, et singulis que infra confines continentur, vel alios si qui forent accessibus, et egressibus suis usque in viam publicam, et cum omnibus, et singulis que habent super se, vel infra se, seu intra de celo usque ad abissum se in integrum omni jure, et actione, usu seu requisitione ipsis rebus modo aliquo pertinente, quas res omnes et singulas suprascriptas mobiles, et immobiles idem dominus Juam se nomine dicte Ecclesie, vel domini Episcopi supradicti recipienti vice et nomine dicte Ecclesie constructe possidere, donec ipsarum rerum possessionem acceperit corporalem, quam accipiendi sui aucthoritatem et remanendi deinceps ei licentiam omnimodam dedit, insuper idem dominus Juanus solemni stipulatione per se, et suos heredes promisit eidem Ecclesie, sive domino Episcopo supradicto recipienti vice et nomine supradicte Ecclesie in suo proprio fundo, sive hedificio, et suis propriis expensis apud Ecclesiam supradictam construere, et hedificare, vel hedificari facere unam domum bonam, et idoneam latam, altam et longam, cum omnibus hedificiis et fatuminibus in qua quidem domo presbiter predicte Ecclesie deserviens, idonee valeat habitare, et ipsam domum ut supra dicit taliter construendam cum iuribus, et pertinentiis suis donavit, et in dotem dedit Ecclesie memorate, promittens idem dominus Juanus per se, et suos heredes predicte Ecclesie Sancte Marie Magdalene, vel domino Episcopo Vice et nomine dicte Ecclesie recipienti, et stipulanti litem, et controversiam predicte Ecclesie de supradictis rebus, et juribus ullo tempore non inferre nec inferenti consentire, sed ipsas res omnes suprascriptas tam mobiles, quam immobiles, tam in proprietate, quam in possessione predicte Ecclesie et eidem domino Episcopo stipulanti, et recipienti nomine quo supra ab omni homine, et universitate legittime deffendere, auctorizare, et disbrigare, et predictam traditionem, et omnia et singula suprascripta, et infrascripta rata, grata, et perpetuo firma habere, tenere, et non contrafacere vel venire vel veniri per se, vel alium, aliquo ingenio, modo vel causa de jure vel de facto, sub pena quingentarum librarum denariorum, et stipulatione premissa refectione damnorum et expensarum litis et extra, et obligatione omnium bonorum suorum presentium, et futurorum, qua pena soluta vel non, predicta omnia singula cum omnibus suis capitulis firma perdurent, et perpetuam habeant roboris firmitatem, ceterum voluerut predicti Domini Episcopus et Juanus de hiis omnibus et singulis suprascriptis tria eiusdem tenoris confici publica instrumenta quorum habeat unum Dominus Episcopus predictus, et aliud dictus dominus Juanus, tertio vero apud Ecclesiam remanente. Acta sunt hec Tergesti in Episcopali Palatio, et in camera maiori dicti domini Episcopi ejusdem palatii. Anno, indictione predictis. Presentibus Religiosis Viris fratribus Franc. Ministral, Johanne de Utino ordinis fratrum minorum, ac discretis Viris Dominis Avancio Danielis de civitate Belluni, presbitero Seraphino mansionario Ecclesie Tergesti, Begone de Monte pavone, Petro Eytaysani et Petro Escampati testibus ad hec vocatis et specialiter rogatis.

Ego *Pasculus Chichio* Vicedominus me subscripsi et vicedominavi.

Ego *Antonius de Leo* Vicedominus Comunis Tergesti me subscripsi.

Ego *Nicolaus* filius qm. Domini Joannis Vagnata de Clugia imperiali aucthoritate notarius publicus huic presentationi, insinuationi, et petitioni presens interfui, presentes que litteras de mandato praefacti Domini Episcopi Tergesti in publicam formam reddegi, meoque signo signavi et nomine proprio roboravi in fidem et testimonium omnium premissorum.

Et Ego *Petrus La*.... Clericus Bitren publicus aucthoritate imperiali et Domini Episcopi Tergesti notarius omnia et singula supradicta scripsi, publicavi, ac etiam una cum dictis testibus presens interfui signoque meo signavi rogatus.

Nell' anno 1373 il figlio del Gastaldione Ivan di nome Pietro, chiedeva a Vescovo Angelo di Trieste la conferma di questo stromento, nella quale domanda occorrono le seguenti parole: *quod Dominus Ivanus Gastaldio de Pinguento pater dicti Petri hedificavit construxit et dotavit quamdam capellam sitam et situatam in plano districtus dicti Castri Pinguenti, ut moris est plebium aliarum dioecesium et Castrorum et Villarum et Civitatum.*

Questa pratica di altre diocesi, di altre città e castella e ville pel patronato di chiese secondo i tre modi di aquisire patronato: *Patronum faciunt dos, aedificatio, fundus*, non va intesa che delle cappelle private od oratorî, ed ancorchè la chiesa di Santa Maria Maddalena venga intitolata Basilica, che è chiesa pubblica, e si preveda possibile che in luogo di semplice cappellano, venga assegnato clero formante collegio, o capitolo, pure si vede costantemente chiamata cappella, nè pare abbia mai cangiato condizione.

Questo che è patronato privato, non va confuso col gius che avevano i Comuni di rifiutare per validi motivi il curato nominato da altri, diritto che era generale di ogni plebe ecclesiastica, ma che non toglieva il diritto di nomina che era dei Vescovi direttamente; o di presentazione, che poteva essere di altri, per concessione dell' Ordinario.

Dopo i tempi della Carta presente altro d ritto si svolse, quello derivato dalla condizione Principato, o quasi; non intendiamo della perso medesima del Principe, ma di quelle intermed fra Principe e popolo, le quali o per delegazion espressa, o per tacita delegazione siccome Baro maggiori pretesero un patronato di pubblico gi in detrazione dei naturali diritti dell' Episcopato.

Il Comune di Trieste pretese diritto di pre sentazione dei Vescovi al principio del secolo XV ed abbiamo recato il documento, in tempi quand reggeva sè medesima in alto rango, diritto che no venne pacificamente esercitato, che cessò presto che consisteva nel presentare al Capitolo che eleg geva. Ma il diritto di nominazione fu da Papa Eugenio, indi perpetuamente da Papa Pio II tras ferito alla Serenissima Casa d' Austria. I Walse Signori della Karsia e qualche tempo dell' Istria pretesero tale diritto di patronato pubblico, e potenti come erano lo sostennero colla violenza. Papa Pio II volle terminate le questioni concedendo loro il patronato delle chiese curate; il che fu seguito da altri Baroni, e divenne canone che il Barone territoriale sia patrono *ex jure publico* delle chiese curate.

Il Concilio di Trento tiene parola di patronato siffatto, che la Chiesa tollerava soltanto.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1329.

5 Luglio. — Cividale.

Convenzione del Patriarca Pagano con Corrado di Reifenberg per l'aquisto di quella parte della decima di Muggia che spettava agli eredi Morosini di Venezia.

(Bianchi, documenti per la Storia del Friuli).

Item eisdem anno, Indictione, die, loco, et testibus. Reve-rendus Pater D. Paganus Dei gratia S. Sedis Aquilejensis Patriarcha, per se, suosque successores, ex parte una, et nobilis vir D. Conradus qm. D. Volrici de Reyfimberch per se, suosque eredes ex altera, in hoc pacto et concordia convenerunt. Quod tam D. Patriarcha, quam D. Conradus debeant, et teneantur bona fide recuperare et aquirere illam partem Decime Mugle, que per heredes qm. D. Albertini Mauroceni de Venetiis, aut alios de Venetiis indebite tenetur, et quidquid de illa per eos, aut eorum aliquem recuperatum, aquisitum fuerit aliquo tempore, aut obtentum modo quocumque, inter eos per medietatem equaliter dividatur. Ita quod D. Patriarcha et successores habeant medietatem et D. Comes, et sui heredes habeant aliam medietatem, jure feudi D. Patriarche et Ecclesie Aquilejensis. Quodque expense, que pro recuperanda dicta Decima fient ab ipsis partibus, aut alia terra earundem, inter eos per medietatem similiter computentur et adequentur. Ita quod quilibet ipsorum solvat pro medietate partem conservare teneatur indempnem. Que omnia et singula tam dictus D. Patriarcha per se, suosque successores cum obligatione omnium bonorum et Aquilegensis Ecclesie, quam dictus D. Conradus per se, suosque heredes cum obligatione omnium bonorum suorum presentium et futurorum solempnibus stipulationibus hinc inde intervenientibus, vicissim inter se promiserunt firma, et rata habere et tenere, attendere et observare, et non contradicere, aut venire ratione aliqua, sive causa. Imo omnia dampna et expensas, que et quas una pars occasione alterius fecerit, aut incurrerit pro predictis attendendis et observandis, teneantur vicissim inter se integraliter re-sarcire.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1329.

15 Luglio, Indizione XII. Trieste.

Il Vicario del Vescovo Guglielmo di Trieste condanna in contumacia il Comune di Pirano alla restituzione del feudo di Sipar presso Umago, di ragione direttaria della Chiesa triestina.

(Bonomo, Monete dei Vescovi di Trieste).

In nomine Domini Amen. Anno a Nativitate Ejusdem, M.CCC.XXIX, Ind. XII, die XV mensis Julii. Noverint Universi quod Nos Avantius Daniel de Civitate Belluni Reverendi in Christo Patris et Dni. Dni. Fratris Guillelmi Dei et Apostolicae Sedis Gratia Episcopi Tergestini Vicarius Generalis, nec non ad infrascripta in hac parte specialiter deputatus propter Consilium Jurium dicentium, quod licet Episcopus possit esse Judex in causa Ecclesiae suae, consultius tamen et honestius facit, si aliis hoc committit. Legiptime cognoscentes de quaestione et controversia vertente inter Begonem de Monte Pauen. et Petrum Eyssamputi sindicos actores et procuratores procuratorio nomine supradicti Domini Episcopi et suae Ecclesiae Tergestinae ut de ipsorum procuratione nobis constitit tenore cujusdam pubblici Instrumenti facti et sigillati manu Petri Lausi pub. Not. sub anno a nativitate praedic., Indict. praed. et die XI mensis Aprilis petentes ex parte una, et Nobilem et potentem Virum Dominum Potestatem, Judices Consilium, et Commune terrae Pirani defendentes ex parte altera. Idem Bego et Petrus Procuratores ut supra, procuratorio nomine praefati Domini Episcopi et Ecclesiae Tergestinae, coram nobis suam exhibuerunt petitionem, qua cum, quare notorium dignoscatur Castrum de Syparo cum duabus pertinentibus territoriis ejusdem Castri ad jus et proprietatem Episcopatus et Ecclesiae Tergestinae pertinere, idem Potestas, Judices, et Consilium, et Commune terrae Pirani detinuerunt, jam est diu, et occupaverunt contra Deum et Justitiam Castrum praedictum de Syparo cum praedictis duabus partibus et pertinentiis suis, nihil respondentes Episcopatui et Domino Episcopo praedicto, nec Tergestinae Ecclesiae de fructibus et redditibns, ac proventibus qui pervenerunt ex locis et possessionibus memoratis, quae petebant dicti procuratores ipsi cogi ad quiete et libere dimittendum ipsi Domino Episcopo Tergestinae Ecclesiae praefatae Castrum sive locum de Syparo praedictum cum praedictis pertinentiis suis; nec non et ad concordandum cum praefato Domino Episcopo et Ecclesia Tergestina de fructibus et redditibus quos receperunt et quos recipere potuerunt. Ipsis itaque Potestati, Judicibus, Consilio, et Communi coram nobis Tergesti comparere curarent eisdem Begoni et Petro procuratoribus praedictis in Justitia responsuri, praedictum Castrum cum praedictis pertinentiis suis defensuri, si

possent, et jura si quae circa haec se habere dicerent ostensuri. **Alioquin procedemus** in causa hujusmodi in quantum de jure possemus, praedicti Potestas, Judices, **Consilium, et Commune** in praefixis eis per nos terminis per se vel per procuratores idoneos **comparere contumaciter** recusarunt, eisdem ut supra in justitia responsuri et praedictum Castrum **cum juribus et** pertinentiis suis defensuri. Unde nos Sententiam quae jura requirunt, summatim **examinato negotio,** praestitoque ab ipsius procuratoribus cum omnibus suis capitulis de calumnia **juramento, visisque** juribus pro parte praedictorum Begonis et Petri Procuratorum productis, **videlicet Privilegio** Lotharii Regis authentico ex originali sumpto, et aliorumqne plurium Romanorum **Imperatorum.** Visa et Confirmatione Friderici Imperatoris, in qua quidem confirmatione **privilegia supradicta,** nec non et inter coetera de habundantiori liberalitatis suae gratia concedit **Episcopis Tergestinis** pro parte suae Ecclesiae Tergestinae Castrum de Syparo cum omnibus juribus et **pertinentiis suis** ut in ipso privilegio autentico plenius continentur. Visis et tenoribus **Instrumentorum quorumdam** quae dicuntur quod Boninus et Zilinus de Robecho in feudum tenebant dictum **Castrum ab Episcopatu** et Ecclesia Tergestina, Justo de Terino Civi Tergestino, irrequisito feudi **Domino, vendiderunt,** quod secundum jura facere minime potuerunt, qui Justus postea praedictum Castrum de Syparo cum praedictis juribus et pertinentiis suis transtulit in Commune et Homines de Pirano, ut haec et alia in ipsis Instrumentis plenius vidimus contineri, ut et omnia sunt notoria in civitate Tergesti. **Nos igitur Avantius** praedictus, visis praedictis juribus, audita et super hoc fama et homines de Tergesto, Christi nomine invocato, pro tribunali sedentes, habito super hoc diligenti tractatu, comunicato super hoc consilio Sapientum per ea quae vidimus, et coram nobis ostensa fuerunt, in his scriptis dicimus, pronuntiamus et declaramus: praedictos Potestatem, Judices et Consilium, et Commune esse ac fuisse occupatores et injuste detemptores Ecclesiasticorum bonorum, scilicet praedicti Castri de Syparo cum duabus ejusdem quae pertinent ad Episcopatum et Ecclesiam Tergestinam. Et pro hoc incidisse in poenam Constitutionis provincialis Domini Patriarchae Aquileg. et sufraganeorum suorum, quae tales injuste detemptores et occupatores Ecclesiasticorum bonorum excomunicant ipso facto, et ipsorum terras si Communitates existunt subjacet Ecclesiastico interdicto. Et insuper praedictorum Potestatis, Judicum, Consilii, et Communis, ac Hominum de Pirano Contumacia exigente, et instantibus procuratoribus praedictis praefati Domini Episcopi et Ecclesiae Tergestinae, dicimus, pronunciamus, et interloquendo sententiamus, praedictos Begonem et Petrum procuratores praefatos, procurat. nomine quo supra, mittendos esse in possessionem Castri de Syparo praedicti et duarum partium territorii ipsius Castri cum pertinentiis suis, ut in ipsorum Procuratorum petitione plenius continetur, per nos tribus citatis edictis et peremptoriis terminis, ut per se vel per idoneos Procuratores praesentem autem nostram Sententiam per Petrum Lause Clericum et Not. nostrae Curiae publicari fecimus, et sigilli Episcopalis Curiae appensione muniri. Actum et datum Tergesti in Episcopali palatio, praesentibus discretis viris Dominis Fre. Francisco Ministal de Ordine Minorum, Bonomo filio Domini Odorici Corvo, Rantulpho Balardo Not., et pluribus aliis testibus ad haec vocatis specialiter et rogatis.

Et Ego *Petrus Lause* Clericus Bitren pub. auctoritate Imperiali et Domini Episcopi **Tergestini** Notarius.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1329.

6 Settembre, Indizione XII. Gemona.

Cessione di un debito del Comune di Muggia.

(Dagli Atti del Notaro Giovanni di Biagio di Gemona. Archivio Notarile di Udine).

Millesimo tricentesimo vigesimo nono, Indictione XII, Die sexto mensis Septembris, presentibus domino Gabriele presbitero, presbitero Candido qm. Darduli, Guiglielmo qm. Jacomini, Jacobo dicto Rafaele, Testibus de Glemona, et aliis ad haec vocatis.

Nobilis Vir dominus Fidriginus de la Turre Capitanius Glemonae per se etc. dedit, cessit, contulit, et investivit Nicolao qm. domini Petri de Altineto de Glemona pro se, suisque heredibus recipienti etc. omnia jura, et actiones, seu rationes reales, et personales etc. quae, vel quas habebat, vel habere poterat contra, et adversus Comune, et homines de Mugula tamquam principales, et contra, et adversus dominos Bertulutium, et Magistrum Johanem Phisicum de Aquilegia ac Comune terrae dictae, tamquam fidejussores occasione, et causa Centum, et tredecim librarum Veronensium parvulorum, quas dicto domino Fidrigino ex causa mutui dare tenentur pro ut confitebatur contineri in Instrumento confecto manu Mamfei Notarii de Aquilegia etc. Ita quod amodo etc. paciscens, atque conveniens etc. Promittens etc. et hoc precio ejusdem Cessionis, videlicet Centum, et tredecim librarum Veronensium, quas confessus fuit habuisse etc. sub pena dupli etc., cum obligatione etc. Renuntians etc.

Actum Glemonae in Ecclesia Majori Sanctae Mariae.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1329.

7 Novembre, Ind. XII. Trieste.

Monitorio al Plebano Nicolò di Dorneg di comparire in Curia episcopale ad udire Sentenza pronunciata in suo confronto.

(Archivio Capitolare).

In nomine Dei eterni Amen. Anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo nono, indictione duodecima die septima intrante mensis Novemb. Actum in Curia Episcopali Tergest. presentibus fratre Francischo, fratre Johanne presbitero Jacobo mansionario Ecclesie terg. presbitero Bernardo, antonio et raimondo, familiaribus Domini Episcopi Magistro Joanne Cerdone de Glemona, Magistro Jacobo muratore de Terg. et aliis ad hec vocatis et rogatis.

In presencia venerabilis viri domini Avancii Danielis de Civitate beluni, Vicarii domini Guielmi Episcopi Terg. et supradictorum testium presb. Bernardus Vicarius in Cruszizha retulit mihi notario infrascripto se de speciali commissione mandato seu precepto penali Red. in X. patris Domini Guielmi predicti Epis. Terg. se dixisse et monuisse exparte predictorum dominorum presbiterum Nicolaum plebanum in Dornech primo secundo et tercio peremtorio termino et auctoritate predicta sub excomunicationis pena mandasse quod contrafaciens incurreret ipso facto quatenus infra octo dies comparere deret et plit Terg. coram domino Episcopo ad audiendam suam definitivam quam predictus dominus Episcopus vellet contra ipsum proferre cum pluries per literas et predicti Domini Episcopi et sui Vicarii fuerit requisitus et semper renuerit comparere. Pns tn si posset ad omnem suam maliciam convincendam comparere deberet ad excusandum se super eo quod obligaverat se ad penam privationis plebis sue de dornech et juraverat venire vel mittere et satisfacere integre si de catedraticho et colectis domini legati et Capitulo tergestino de decimis sexenali et trienali ad certum terminum et tamen non venerat nec miserat nec satisfecerat infra terminum nec post per magnum tempus expectatus et ad excusandum se super eo quod ipse presbiter Nicholaus pluries citatus fuit et requisitus per literas domini Episcopi pred. auctoritate domini legati et sui et ejus Vicarii q. deberet comparere ad excusandam se super quibusdam criminibus et super eo quod non satisfecerat pro colectis domini legati sicut promiserat et juraverat venire et nunquam tamen venerat vel miserat dicens idem presbiter Bernardus quod dixerant s..... ex parte predictorum dominorum Epis. et Vicarii q. non veniret infra tempus predictum excusaturus se super omnibus supradictis. Idem Dom. Eps. in predicto termino vel post q. sibi videretur perferret sentenciam contra ipsum sine aliqua alia citatione vel requisitione ipsius presb. nicholai.

Ego *Matheus de Alborio* de Tergesto imperiali auct. not. predictis omnibus interfui et rogatus sib. *K.*

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1330.

XV. Kal. Junii. — Avenione.

Papa Giovanni XXII nomina in Vescovo di Trieste Fra Pace da Vedano dell' Ordine dei Predicatori in luogo di Fra Guglielmo Vescovo defunto.

(P. Agostino Theiner, *Vetera Monumenta Slavorum Meridionalium*).

Iohannes Episcopus etc. Dilecto filio Paci de Vedano Electo Tergestino, salutem etc. Ad exequendum Pastoralis officii debitum vigilantibus studiis intendentes, circa statum ecclesiarum vacantium aciem attente considerationis solerter extendimus, et de ipsarum profectibus solicite cogitamus, opem et operam, prout utilius fore perpendimus, diligentius impendentes, ut per Rectores providos eedem ecclesie gubernentur, ac in spiritualibus fulgeant et temporalibus augeantur. Dudum siquidem ex certis rationabilibus causis omnes et singulas Cathedrales ecclesias consistentes in provincia aquilegensi per biennium primo, ac deinde tempus huiusmodi biennale diversis successive vicibus de biennio in biennium prorogando usque ad Kalendas Aprilis Pontificatus nostri anni tertiidecimi provisioni nostre, et sedis apostolice auctoritate apostolica duximus reservandas, decernentes in singulis reservationibus huiusmodi extunc irritum et inane, si secus super hiis per quoscunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Ac deinde cum finis huiusmodi nostre prorogationis instaret, Nos similibus causis inducti reservationem et decretum predicta usque ad duos annos, ab eisdem Kalendis Aprilis in antea computandos, auctoritate predicta modo et forma expressis superius extendenda duximus, et eciam proroganda. Interim vero Tergestina ecclesia, que in provincia predicta consistit, per obitum bone memorie Guillelmi Episcopi Tergestini, qui in partibus illis diem clausit extremum, pastoris solatio destituta, Nos attendentes, quod nullus preter nos se hac vice de ipsius ecclesie ordinatione intromittere potest, reservatione, decreto necnon extensione ac prorogatione predictis obstantibus, et cupientes talem eidem ecclesie, ne longe vacationis deploraret incommoda, preesse personam, que sciret, vellet et posset eam in spiritualibus et temporalibus utiliter regere ac salubriter gubernare, post deliberationem, quam super hiis cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te ordinis fratrum Predicatorum professorem, in sacerdotio constitutum, cui de religionis zelo, litterarum scientia, honestate morum et vite, providencia spiritualium aliisque multiplicium virtutum meritis apud nos fidedigna testimonia perhibentur, direximus oculos nostre mentis: quibus omnibus debita mediatione pensatis, de persona tua, nobis et eisdem fratribus ob huiusmodi tuorum exigentiam meritorum accepta, prefate Tergestine ecclesie de ipsorum fratrum consilio auctoritate apostolica providemus, teque illi preficimus in Episcopum

et pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesie Tergestine tibi tam in spiritual bus quam in temporalibus plenarie committendo, firma concepta fiducia, quod, dirigente domino actus tuos tuaque studia prosequente, prefata ecclesia Tergestina per tue provide circumspectionis industriam et providenciam circumspectam in utrisque feliciter et prospere dirigetur. Iugum igitur domini tuis impositum humeris suscipiens reverenter, et suavi eius oneri humiliter colla flectens, curam et administrationem predictas sic exercere fideliter et prudenter, ac gregis dominici in eadem ecclesia tibi commissi custodiam attente proseqni studeas, eum doctrina verbi et operis informan do, quod laudabili de ipso in die districti examinis reddita ratione, una cum eo Regnum dei preparatum electis percipere valeas, et nos solicitudinem tuam dignis possimus in domino laudibus commendare. Datum Avinione XV. Kal. Iunii, Anno XIV.

In e. m. Capitulo ecclesie Tergestine, Clero et populo Civitatis et diocesis Tergestine, universis Vassallis ecclesie Tergestine et (*Pagano*) Patriarche Aquilegensi.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1330.

11 Luglio, Indizione XIII. Udine.

Interposizione di appellazione di Fra Giovanni Vescovo di Parenzo, a Patriarca di Aquileja Pagano, in causa contro il Preposito di Pisino.

(Atti del Cancelliere Patriarcale di Udine Gubertino da Novate).

Coram Vobis Reverendo in Christo patre, et domino domino Pagano Dei, et Apostolicae Sedis gratia, Sanctae Sedis Aquilegensis Patriarcha dignissimo, comparuit Franciscus dictus Rabatella qm. Petri Gambaregali de Parentio procurator, et procuratorio nomine Reverendi in Christo patris domini Fratris Johanis Dei, et Apostolicae Sedis gratia Parentini Episcopi quod nuper eidem domino suo presentate fuerint litterae venerandi religiosi viri domini Fratris Johanis Rosacensis Abbatis, et Vicarii vestrae paternitatis, quarum litterarum tenor talis est, Venerando in Christo patri domino Fratri Johani Dei gratia Episcopo Parentino, Frater Johanes Abbas Monasterii Rosacensis Vicarius Reverendi Patris domini Pagani Dei, et Apostolicae Sedis gratia Sanctae Sedis Aquilegensis Patriarchae salutem in Domino. Cum pendente Appellatione mea .... per Judicem a quo Appellatum extiterit, nichil debeat innovari, sed quidquid factum reperiretur ..... paternitatem vestram cum ea qua decet reverentia semel, secundo, et tertio peremptorie requirimus et monemus, quatenus ob reverentiam Sedis Aquilegensis, ad quam ut nostis per presbiterum Guilielmum prepositum de Pisino Parentinae Diocesis, seu ipsius procuratoris due Appellationes fuerint interpositae quae vestra nobilitas .....ntur ad presens Gutium Canonicum Parentinum nepotem dicti prepositi nullam faciatis novitatem sed juxta interlocutionem nostram nuper factam in presentia Stephani de Civitate procuratoris nunc coram nobis in judicio constituti, quousque Appellationes prefatae per nos terminate fuerint, et decise, eumdem a carceribus prestita nobis bona, et ydonea cautione relaxare statim debeatis; Alioquin inviti contra vos ad omnia juris remedia procedere cogeremur, et de presentatione vero presentium, quas fecimus registrari relationi latoris, seu nuncii nostri jurati seu Instrumento publico nunc confecto dabimus plenam fidem. Datum Utini XI Julii, XIII Indictione. Venerando in Christo patri domino Fratri Johani Dei gratia Episcopo Parentino, Frater Johanes Abbas Monasterii Rosacensis Vicarius Reverendi Patris Domini Pagani Dei et Apostolicae Sedis gratia Sanctae Sedis Aquilegensis Patriarchae salutem in domino. Cum sicut nostis Appellationes interposite ad prefatum dominum Patriarcham, et Sedem Aquilegensem per presbiterum Guilielmum prepositum de Pisino Parentinae Diocesis, seu ipsius procuratorem coram vestra Audientia sint comisse procurator in pluribus terminis comparuit coram nobis asseruit — pendente Appellatione per Judicem, a quo appellatum extitit nulla videlicet fieri novitas paternitati

vestrae, cum ea qua decet reverentia districtius inhibemus, et quum contra predictum presbiterum Guielmum, et ejus bona tam Ecclesiastica, quam temporalia pendentibus Appellationibus supradictis coram nobis, de Gutio ejus Nepote, et bonis suis nullam debeatis facere novitatem, et si quam fecissetis infra tertiam diem ob reverentiam Sedis Aquilegensis prefatae cassetis, ac pronuncietis illam irritam, et inanem; Alioquin licet inviti ad suspensionem a divinis, et alia juris remedia contra vos procedere cogeremur de presentatione vero presentium, quas fecimus registrari relationi latoris earum — nuncii nostri jurati sine probatione alia dabimus plenam fidem, seu Instrumento publico nunc confecto. Datum Utini XI Julii XIII Indictione.

A quibus quidem litteris, et gravamine illato et contento in eis timens idem dominus Episcopus ne terminum decemdii, infra quod a gravamine appellatur discurere inutiliter — coram reverendis dominis Antonio Archipresbitero, et Carolo Archidiacono Parentinis infrascriptis tamquam autenticis cum ipsius domini Vicarii copiam habere non posset appellationis, verum immediate idem .... infra spatium decem dierum eidem procuratori dedit in mandatis ut coram dictis ..... et in scriptis ab ipso gravamine appellaret, sed quia constat eidem domino Episcopo eumdem Vicarium in remotis, esse coram Vobis pater reverende cujus vices idem Vicarius gerit. Idem procurator ac prepositus quae littere transmisse per eumdem dominum Vicarium misse eidem domino suo, et interlocutoria lata supra relaxatione Gutii quod Canonici Parentini perperam animose et ex arupto processerunt in dampnum gravamem, et oppresionem jurisdictionis ipsius domini Episcopi Parentini, et ideo ab ipsa interlocutoria non revocando, ymo verius approbando quidquid factum est per Stephanum Notarium Civitatis procuratorem suum, et literarum presentationem in hiis scriptis Sententiantes ipsum dominum suum et se ipsum procuratorio nomine quo supra, gravari, et gravatos jam fore ad Reverendum in Christo patrem et dominum dominum Bertrandum miseratione divina Hostiensem, et Velletrensem Episcopum Apostolicae Sedis in partibus istis legatum. Idem procurator appellat, et appellationes petit iterum, et cum instantia petit subiciens se ipsum dominum suum, et jure ipsius domini sui protectioni et deffensioni ipsius domini legati, et ejus curiae. Cause vero nullitatis, animositatis, et gravaminis ipsius interlocutori recepti, et literarum presentatione sunt hee, Primo quia dicit idem procurator quod dictus dominus Vicarius non est competens judex in causa predicta, cum non partes Judicis seu veri Advocati Guielmi qm. prepositi de Pisino, et Canonici Parentini assumpserit quod potest probari per litteras quas idem dominus Vicarius transmisit nobili dominae domine Beatrici Comitissae Goritiae in quibus continetur quod domina Comitissa debeat ipsum Guielmum qm. prepositum parentinum potenter deffendere quia ipse Vicarius de jure eum bene deffendet in Curia nostrae paternitatis quod quomodo Judici competat hoc Superioris potestas discutiat. Item quia in prima citatione facta ad requisitionem ipsius Guielmi in persona domini Episcopi, propositum fuit pro parte Stephani procuratoris ejusdem domini Episcopi, quod appellationes factae per ipsum Guielmum contra prepositum et Gutium Nepotem suum erant injuste, et dato quod essent alique, quod omnino negabatur, ipse appellationes erant deserte ipso jure pro eo, quod infra terminum prefixum eidem Guielmo per eumdem dominum Episcopum ad Appellos recipiendos idem Guielmus non comparuit, et sic jure novissimo volente, appellationes predicte remanserunt desertae, et sic non fecerunt Judicem ipsum nostrum Vicarium in causa predicta, nec negotium ad examen nostrae curiae transfundere potuerunt, quod idem procurator dicti domini Episcopi in suis exceptionibus obtulit se paratum probare per publicum Instrumentum.

Item quia pendentibus exceptionibus predictis, et factis replicationibus contra ipsas per partem adversam antequam esset discussum de exceptionibus, et replicationibus supradictis. Idem dominus Vicarius voluntarie procedens salva semper sua reverentia ex officio suo pronunciavit Socium Nepotem dicti Guielmi captum, et detentum pro crimine falsitatis Sigilli qm. predecessoris dicti domini Episcopi perjurii, et furti perpetrati in Sacristia majoris Ecclesiae Parentinae

debetur relaxari; cum Judicis offitium tunc demum vendicet sibi locum in via ordinaria deest quod non erat in casu predicto.

Item quod ipse litterae directae super relaxatione dicti Socii, et etiam quod nulla novitas fiat contra ipsum Guielmum qm. prepositum Parentinum, nulle sunt ipso jure non sit monitio juridica, nec sint ibi in monitione, ut ordo juris requirit competentia intervalla dierum, et propter alias multas causas suo loco, et tempore dicendas, et proponendas si opus fuerit que omnino justificabunt appellationem prefatam ipsius domini Episcopi, et clarificabunt gravamina eidem domino Episcopo illata in causis predictis, protestatur tamen idem Franciscus procuratorio nomine quo supra contra ipsum dominum Vicarium de omni suo dampno, gravamine, interesse, et expensis jam factis, et faciendis pro eo quod antequam probaret exceptiones suas, et super ipsis esset veritas reperta et discussa, idem dominus Vicarius ex officio ut asserit pronunciavit, non astringens ad probandum omnia, et singula supradicta, sed eam solum que sufficiet ad victoriam Causae dicti domini Episcopi, et justificationem hujusmodi appelationis.

In Christi Nomine Amen. Anno Domini a Nativitate ejusdem Millesimo trecentesimo trigesimo, Indictione III, die lunae nono exeunte Jullio. Coram Reverendo in Christo patre et domino domino Pagano Dei et Apostolica gratia Sanctae Sedis Aquilegensis Patriarcha constitutus Franciscus dictus Rabatella qm. Petri Gambaregali de Parentio tamquam procurator, et procuratorio nomine Reverendi in Christo patris, et domini domini Fratris Johanis Dei, et Apostolica gratia Episcopi Parentini, quamdam Appellationem interposuit in scriptis, hujus tenoris.

Actum in Utino in Castro Patriarchali, presentibus Venerando Viro domino Fratre Gilberto Abbate Rosacensi Aquilegensis Diocesis, magistro Francisco Notario de Utino, nobili Viro Federico de Attems, et Nicolao olim custode Zuculae Testibus et aliis.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1330.

16 Agosto, Indiz. XIII. Udine.

Patriarca d' Aquileja Pagano della Torre, giudice compromissario, decide questione di danni dati al Conte di Gorizia, dai Nascinguerra e Sergio Signori di Pola, dai luoghi di Dignano, di Valle, di Due Castelli e di Albona, sudditi del Patriarca.

(Bianchi. — Documenti per la storia del Friuli).

Noverint Universi praesentes Litteras inspecturi quod cum magnificus Vir Dominus Griffo de Reufemberch Capitaneus Comitatus Goritiae, nomine, et Vice Illustris Dominae Dominae Beatricis Comitissae Goritiae Matris, et Tutricis Domini Johannis Henrici Comitis Goritiae filii sui minoris, et ipsius Pupilli ex una parte, et Naxinguerra de Pola suo nomine, et nomine Sergii ac aliorum Consortum suorum, et Communis Pola, nec non Syindici locorum de Adignano, Castro Vallis, Duorum Castrorum, et de Albona subditorum nostrorum de Istria ex altera parte, in Nos Paganum Dei et Apostolicae Sedis gratia Sanctae Sedis Aquilegiensis Patriarcham concorditer, et communiter compromiserint super dampnis, et injuriis datis, et factis per ipsos de Pola, et alios nostros subditos superius nominatos, ac eis super hoc adherentes in terra de Barbana ad dictos Comitem, et Comitatum spectantem, quam violenter pridem ceperunt, et destruxerunt. Nosque pro bono Pacis, et Concordiae pro restitutione dampnorum hujusmodi Sententialiter pronunciaverimus, ut usque at Carnis privium proxime futurum, prefati nostri subditi dent, et solvent prefato Comiti, seu agentibus pro eodem Marchas quingentas Solidorum et cetera quae in Instrumento ipsius nostrae Sententiae continentur. Nos Patriarcha praedictus promittimus per praesentes eidem Domino Capitaneo nomine quo supra recipienti procurare quod pecunia jam in praedicto termino persolvetur cum omnibus dampnis, expensis, et interesse quae ipsi Comes, et Agentes pro eo a praedicto termino in antea substinerent, et eisdem Comiti, et Comitatui taliter assistere, quod illam cum praedictis dampnis, expensis, et interesse integraliter consequentur, et omnia alia servabuntur quae in praedicta nostra Sententia continentur, manuali de hoc ipsi Capitaneo fide data.

Datum Utini die XVI Augusti. Anno MCCC.XXX Indict. XIII.

I danni arrecati al pupillo Giovanni Enrico Conte d' Istria della Casa di Gorizia furono per moti di guerra che in allora agitavano l' Istria, aizzata dai Genovesi; i Castropola erano Signori di Pola, però male comportati, così che l' anno seguente ne furono cacciati e confinati a Treviso. I guasti furono recati ai Castelli di Barbana e di Arcello (Rackel dicono li slavi) di dominio dei Conti, e rimasero membri della Contea d' Istria fino all' anno 1533. *K.*

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1330.

29 Dicembre, Indizione XIII. Aquileja.

Vescovo di Trieste Fra Guglielmo appella al Papa contro sentenza contumaciale pronunciata da Patriarca d' Aquileja Pagano in causa dei fratelli Brati pel feudo tergestino di Sipar.

(Atti del Notajo Eusebio de Remugnano di Udine).

Anno Dominice Nativitatis MCCCXXX. Indictione XIII. Die XXVIIII Decembris. Aquilegiae in Patriarchali Palacio, presentibus Testibus Venerandis viris dominis fratre Johane Abbate Rosacense, et Petro Mora de Mediolano Rectore Ecclesiae Sanctae Mariae de Turri Mediolanensis Diocesis Vicarius infrascripti domini Patriarchae, Guilielmo Decano, et Berofino de Geroldis Canonico Aquilegense, et aliis.

Venerandus Pater dominus Paganus Dei gratia Sanctae Sedis Aquilegensis Patriarcha intendens, ut dicebat, deliberare super quadam Appellatione heri coram ipso interposita per Bagonem de Montepavone domicellum, et procuratorem Reverendi patris domini fratris Guilielmi Dei gratia Episcopi Tergestini cujus tenor infrascribitur. In nomine patris, et filii, et spiritus Sancti Amen. Coram vobis reverendo in Christo patre et domino domino Pagano Dei et Apostolicae Sedis gratia Sanctae Sedis Aquilegensis Patriarcha dico et oppono ego Bego de Montepavone procurator et procuratorio nomine Reverendi in Christo patris et domini Guilielmi eadem gratia Episcopi Tergestini, quod ad ipsum dominum Episcopum de novo pervenit, quod vos die Lune XVIII presentis mensis Decembris ad instanciam, et petitionem Gregorii de Bratis de Justinopoli, et ejus nomine, ac tutorio nomine filii qm. Johanis de Bratis fratris predicti Gregorii, seu eorum procuratorum, longe post transactam debitam, et consuetam horam termini, ipso domino Episcopo debite, vel sufficienter non vocato, perperam, et inique, subito, ex arupto, nullo ordinato, sive fundato juditio, et absque sufficienti Curia Vassallorum, nullis etiam visis juribus partium, sed penitus absque juris ordine pro voluntatis libito, et de facto, Sententiari exegistis per quosdam valde paucos vobis astantes, quod deberent esse cassa, et irrita omnia Sententiata facta et habita in Curia Vassallorum Episcopatus Tergestini pro ipso Episcopatu, et Ecclesia Tergestina in causa, et questione, quae olim fuerat inter dominum Rodulfum tunc Episcopum Tergestinum ex una parte, et prefatos Gregorium, et Johanem quondam fratrem ejus tunc viventem, ex altera super Villa Sipari Diocesis Tergestinae, et ejus pertinentiis, residente in ipsa Curia de Judicio, et voluntate aliorum Vassallorum domino Dominico de Zuileto de Tergesto ad hoc per dictam Curiam concorditer deputato, et omnia que postmodum fuerant subsecuta, dicto, et

allegato coram vobis pro parte ipsorum Gregorii, et ejus Nepotis qnod a Sententia lata pro Episcopatu, et Ecclesia Tergestina coram predicto domino Dominico Zuileto in predicta Curia Vassallorum Episcopatus Tergestini predicti, ad dominum Ottobonum tunc Patriarcham Aquilegensem, ac deinde ad ipsius domini Patriarchae generale Colloquium fuerat appellatum, pro ut sic vel aliter plus vel minus in ipsa tali vestra, et noviter coram vobis habita Sententia, si dici potest Sententia, continetur. Item quod subsequenti die eodem domino Episcopo non citato, non monito, nec etiam requisito per vos, et coram vobis super predictis ad instantiam partis predicti Gregorii, et Nepotis contra predictum dominum Episcopum, Episcopatum, et Ecclesiam Tergestinam addendo mala malis, et inordinata inordinatis quedam Sententia seu Sententiae si sic dici possunt de facto fuerunt prolate, que si etiam de facto executioni mandarentur redundarent in grave preiudicium, et jacturam ipsius domini Episcopi, Episcopatus, et Ecclesiae Tergestinae, que tamen de jure sunt nulle, et nullius juris efficaciae vel momenti, ut liquet tam ex narratis superius, quam etiam ex infrascriptis; nam notorium est vobis, et in Forojulii, et in Civitatibus Tergestina, et Justinopolitana, et aliis maxime circumadjacentibus partibus, quod XIIII Anni sunt elapsi vel circa quod dominus Patriarcha Ottobonus est defunctus cujus tempore dicunt predicti de Bratis predictam suam appellationem interposuisse, et nunquam eam prosecuti fuerunt, nec circa prosecutionem ejus debitam diligentiam adhibuerunt. Item supradictus Johanes tunc vivens nomine suo, et procuratorio nomine predicti Gregorii fratris sui in presentia magnifici viri domini Johanis Superancii tunc Venetiarum Ducis, presente procuratore bonae memoriae domini Rodulfi tunc Episcopi Tergestini, recognovit expresse quod ipse Johanes vel frater nullum jus in Siparo, et ejus pertinentiis habebant. Et sic de jure nullo modo possunt ipsum dominum Episcopum molestare vel inquietare super predictis. Item quia pro parte ipsius Gregorii et Nepotis asseritur super hiis appellatum fuisse pro parte ipsorum finaliter ad Colloquium generale domini Patriarchae predicti tunc viventis, etiam si essent nunc intra tempora talis appellationis prosequende quod omnino negat, non possetis vos domine Patriarcha qui nunc estis cum vestra simplici, et maxime insufficienti Curia vos de ipso negocio intromittere nisi in Colloquio generali. At per hec predicta que nunc sunt habita per vos, et vestram simplicem Curiam sunt nulla, et nullius efficaciae, vel momenti. Item sunt etiam omnino nulla quia, cum debita reverentia loquendo, Vos estis per Camerarium domini nostri Summi Pontificis, et tunc eratis majoris excomunicationis vinculo innodatus, et excomunicatus publice nunciatus. Verumtamen licet predicta omnia, et singula noviter coram vobis, et per vos Sententiata, facta, et habita sint nulla rationibus supradictis, timens ego Bego nomine quo supra ipsum dominum Episcopum et Tergestinam Ecclesiam posse gravari de facto ex predictis, et jam me quo supra nomine, et ipsum dominum Episcopum et Ecclesiam Tergestinam indebite gravatos senciens, et predicta nulla dicens, et nullius juris efficaciae existere, vel momenti, ex predictis causis, et rationibus ad Sanctissimum patrem et dominum dominum Johanem divina providentia Papam XXII, et ad Sanctam Sedem Apostolicam in hiis scriptis appello. Et appellationes instanter peto, et iterum atque iterum instantissime peto. Subiciens quo supra nomine ipsum dominum Episcopum, et Ecclesiam Tergestinam, et eorum bona, et jura tuitioni, protectioni, et defensioni domini Papae, et Sedis Apostolicae predictorum.

Idem Dominus Patriarcha post habitam deliberationem, quam habere intendit super ipsa appellatione usque ad decimum diem ab hodie computandum statuit ipsi appellanti terminum ad dictum decimum diem ut compareat coram eo auditurus responsionem, quam intendit sibi facere super causa, Et accepturus litteras quas ipse dicto domino Papae scribere intendit, et dare ipsi appellanti, prout postulat ordo juris.

In quo termino die scilicet VII mensis Jannarii proxime sequentis comparente coram eodem domino Patriarcha dicto Bego pro accipienda responsione predicta, idem dominus Patriarcha eam sibi sub Sigillo suo tradidit in hac forma.

Sanctissimo patri, et domino reverendo domino Johani divina providentia sacrosanctae Romanae Ecclesiae Sommo Pontifici, Paganus Patriarcha Aquilegensis cum devotissima recomendatione, obedienciae, ac reverentiae debitum, et pedum oscula beatorum. Pro instructione clementie vestrae in facto appellationis ad me interpositae ab Episcopo Tergestino, quam ad cautelam mitto presentibus interclusam, cognoscat vestra benignitas, quod adversarii dicti Episcopi comparuerunt coram me super prosecutione cujusdam appellationis alias interiectae per eos ad generale colloquium secundum morem patriae, et cum ad eorum instantiam citari fecerimus dictum Episcopum, ipse in die termini adversariis suis comparentibus, et in causa procedi instanter petentibus, non comparuit, licet Vicarium suum ad judicium transmiserit qui prout a fide dignis accepi sufficiens habebat mandatum a dicto Episcopo, et quia putabam quod ipse Vicarius comparuisset legitime ad defensionem Episcopi, eo quod in judicio continue suam exhibebat presentiam, miratus non modicum, et stupore motus ipsum solicitavi plures, et induxi ut dictum suum defenderet, sed demum nil profuerunt monita, et exhortationes, quia licet se presentem in omnibus exhibuerit, dominum suum tamen, nescimus quo instinctu obstinato animo defendere recusavit. Quare contigit quod instantibus adversariis dicti Episcopi necessario habui procedere, et facta relatione nuncii qui eum citaverat coram paribus Curiae quos ob hoc conveneram in unum, et premissa querimonia dictorum queri feci a paribus quid juris. Per quos secundum legem consuetudinis Curiae et formam patriae, late fuerunt quedam Sententie quales in contumaces ferri consuevit. Et novit Deus quod non modicum me in stuporem adduxit obmutescentia Vicarii supradicti, et in quantum valui favere, et supportare curavi salva debita honestate justiciae Episcopum Tergestinum. Et hec omnia facta fuerunt die Lune XVIII mensis Decembris Indictione XII in Palacio Patriarchali de Utino. Die autem Jovis XXVII ejusdem mensis, in Aquilegia, comparuit coram me procurator dicti Episcopi interponens appellationem interclusam presentibus. Et quia expedire putavi ut pro instructione facti aliqua Sanctitati vestrae describerem, et maxime de consuetudinibus Aquilegensis Ecclesiae, et patriae, infrascripta submisi. Habet equidem Ecclesiae Aquilegensis et patriae consuetudo in temporalibus Causis, ut a Sententia lata coram Patriarcha, ad Colloquium appelletur, ita quod aliter appellatio non recipitur interiecta. Habet etiam Ecclesiae Aquilegensis et patriae consuetudo ut in temporalibus a Colloquio ad Imperium appelletur, a quo Ecclesia temporalia obtinet. Quod tamen non credo habere locum nunc vacante imperio, sed si non vacaret forte haberet locum in presenti causa que Feudalis existit. Habet etiam Ecclesiae Aquilegensis, et patriae consuetudo, ut in temporalibus causis a Sententia statim absque intervallo aliquo appelletur, adeo quod aliter interiecta appellatio non recipitur. Presens vero appellatio nedum statim sine intervallo interiecta videtur, immo nec infra decemdium. Premisse enim consuetudines clemens pater ita in veritate sunt, et in legem apud incolas deducte quod videre non possum qualiter possent inverti, aut quolibet mutari. Item me movet etiam, et vertit in dubium, quod cum Sententiae non a me cujus est officium a circumstantibus paribus tam querere, meliusque in Sententiis ore deprimere, qualiter a me qui nil protuli, quod Sententiam saperet, et non a dictis paribus Episcopus duxerit appellandum. Super hoc tamen Sanctitas vestra diiudicet ac determinet quid me facturum fore discuciat, qui humilitatis cervicem clementiae semper vestrae ego subiectam detinens promptus sum et vigil ad quecumque mandata.

Datum Aquilegie V Januarii Anno Domini MCCCXXX Indictione XIII.

Date fuerunt predicto procuratori littere predictae resignandae per eum dicto domino Summo Pontifici a dicto domino Patriarcha, dictis Anno, Indictione, et die, Aquilegie in suo Patriarchali Palatio, presentibus Venerando viro domino fratre Johane Abbate Rosacensi Vicario ejus, Frederico qm. domini Galvagni de Utino, et pluribus aliis.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1331.

11 Gennaio. — Cividale.

Sentenza dei vassalli della Curia Patriarcale per la quale il Patriarca d' Aquileja, come Metropolitano, può investire di alcuni beni feudali e della villa di Glemo in Istria nell' assenza del Vescovo di Giustinopoli.

(Da Antonio Notajo di Cividale. Copia nel Vol. II, p. 56 del Memoriale di Ant. Belloni. Bibl. Com. di Udine).

Anno Domini MCCCXXXI die XI intrante Januarii in Civitate Austrie in Patriarchali Palatio, presentibus etc. Coram Rdo. in Christo Patre et D. D. Pagano S. Sedis Aquilegensis Patriarcha pro tribunali sedente D. Franciscus de C..... de Civ. Justinopolis procurator et procuratorio nomine D. Guarnerii filii q. D. Odorici sui nomine et vice et nomine omnium aliorum quorum interest vel interesse potest tamquam maioris domus in feudo infrascripto atque procurator et procuratorio nomine D. Johannis filii q. D. Vuercii de Justinopoli prout in quodam instrumento inde confecto manu Simonis filii q. Vicentii de Justinopoli imperiali auctoritate Notarii sub Anno Domini 1300, ind. 13 die 26 M. Junii plenius continetur, nomine et occasione Ville de Glemo Justinopolitanae Diocesis et decimae ipsius et omnium iurium pertinentium et iurisdictionum suarum, quae bona feudalia dicebat eis excidisse ut proposuit et allegavit dicens idem D. Franciscus per se et procuratorio nomine antedicto quod dictus D. Guarnerius tamquam maior in dicto feudo et ipse D. Franciscus et Johannes praedicto nomine ac vice sua et aliorum sociorum et consortum suorum comparuerunt coram Rdo. viro D. Melio de Prato Archidiacono Castellano Vicario generali Ven. in Christo Patris D. Fratris Ugonis Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopi Justinopolitani, dicentes et exponentes quod cum pluries et pluries et diversis diebus et horis comparuissent coram eo tamquam coram Vicario D. Episcopi praedicti supplicando et cum instancia petendo eidem ut vassalli D. Episcopi et Episcopatus Justinopolitani quod dignaretur ordinare Curiam vassallorum si hoc haberet arbitrium et licentiam a D. Episcopo praedicto et eum intenderent tamquam vassalli D. Episcopi et Episcopatus predicti in dicta Curia vassallorum uti et prosequi iura sua de quodam et supra quodam feudo quod dixerunt eis et aliis sociis et consortibus suis esse decussum et devolutum: et ipse D. Vicarius eis respondisse quod licet haberent licentiam et arbitrium in praemissis non intendebat vassallorum Curiam ordinare et quod ipsi omni ire possent et deberent ad quem Dominum et ad quam curiam vellent uti et prosequi iura sua prout in quodam Instrumento inde confecto manu Francisci q. Prosdocimi de Justinopoli notarii sub A. D. 1330, ind. 13 die 22 M. Octobris, plenius continetur. Quare petivit idem D. Franciscus suo et procuratorio

nomine quo supra, quod cum dictus D. Episcopus Justinopolitanus sit in Curia D. Papae extra Civitatem et Diocesim Justinopolis et de feudis dicti Episcopatus soleat appellari ad Curiam D. Patriarchae quod supra his agere habeat et quod inde iuris sit. Super quibus petente D. Patriarcha a circumstantibus suis vassallis quod inde juris sit, fuit per laudum curiae finaliter diffinitum quod dictus D. Patriarcha tamquam Metropolitanus et superior potest supplere defectui D. Episcopi et sui Vicarii supradicti et quod dare debet ipsi D. Francisco suo et procuratorio nomine quo supra Nuncium ad intromittendum et intrandum tenutam et possessionem dictorum bonorum feudalium ad annum et diem sine usufructu cuiuslibet iure salvo: cui sic idem D. Patriarcha dedit ipsi D. Francisco suo et procuratorio nomine antedicto Principem Hospitem de burgo S. Petri Civitatis tamquam nuncium et pronuncio committens sibi ut ponat dictum D. Franciscum suo et procuratorio nomine in tenutam dictorum bonorum quod hoc ad noticiam detinentium dicta bona valeant pervenire.

Dr. Vincenzo Joppi.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1331.

XVII. Kal. Maii. — Avenione.

Papa Giovanni XXII nomina Sergio da Cattaro in Vescovo di Pola.

(P. Agostino Theiner, *Vetera Monumenta Slavorum Meridionalium*).

Iohannes Episcopus etc. Venerabili fratri Sergio Episcopo Polensi, salutem etc. Angit nos cura propensior multipharie multisque modis ab intimis excitamur, ut circa cuiuslibet statum ecclesie sic attente prospicere etc. Nuper siquidem vacante Polensi ecclesia, pro eo quod nos Ven. fratrem nostrum Guidonem Concordiensem, tunc Polensem, Epum. licet absentem a vinculo, quo tenebatur eidem ecclesie Polensi, cui tunc preerat, de fratrum nostrorum consilio et apost. potestatis plenitudine absolventes, ipsum ad Concordiensem ecclesiam tunc vacantem duximus transferendum, preficiendo eum dicte Concordiensi ecclesie in Epum. et pastorem: Nos volentes eidem Polensi Ecclesie, ne dispendia prolixe vacationis incurreret, paterna solicitudine precavere, cum nullus preter nos hac vice de ipsius Polensis ecclesie ordinatione se intromittere possit, pro eo quod nos diu ante vacationem huiusmodi eiusdem ecclesie Polensis omnes ecclesias Cathedrales tunc vacantes, et vacaturas inantea per translationes per nos factas et imposterum faciendas de prelatis earum ubilibet constitutis ad alias ecclesias tunc vacantes, et inantea vacaturas apud sedem apostolicam vacare intelleximus et volumus, earumque provisiones ordinationi nostre duximus reservandas, decernendo extunc irritum et inane, si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari, ac ad provisionem ipsius ecclesie Polensis celerem et felicem solicitis studiis intendentes, et cupientes talem eidem Polensi ecclesie pastorem preesse, qui sciret, vellet et posset eam in suis conservare iuribus, et etiam adaugere, post deliberationem, quam super hiis cum eisdem fratribus habuimus diligentem, demum ad te, tunc Catharensem Episcopum, consideratis grandium virtutum meritis, quibus personam tuam dominus insignivit, et quod tu propter diligencie tuarumque virtutum studia dictam Polensem ecclesiam scies et poteris salubriter gubernare, direximus oculos nostre mentis. Intendentes itaque tam gregi dominico quam eidem Polensi ecclesie utiliter providere, (te) a vinculo, quo tenebaris prefate ecclesie Catharensi, cui tunc preeras, de dictorum fratrum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, te ad predictam Polensem ecclesiam transferimus, teque illi preficimus in Epum. et pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesie Polensis tibi tam in spiritualibus quam in temporalibus plenarie committendo, liberamque tibi dando licenciam ad prefatam Polensem ecclesiam transeundi, firma spe fiduciaque conceptis, quod dextera domini tibi assistente propitia, prefata Polensis ecclesia per tue industrie

fructuosum studium regetur utiliter et prospere dirigetur. Quocirca **fraternitati tue per** apostolica scripta mandamus, quatenus ad prefatam Polensem ecclesiam cum **gratia nostre benedict**ionis accedens curam et administrationem predictas sic diligenter geras, et **solicite prosequaris**, quod eadem Polensis ecclesia gubernatori circumspecto et fructuoso **administratori gaudeat se commissam**, ac bone fame tue odor ex laudabilibus tuis actibus latius diffundatur, **tuque preter retri**butionis eterne premium nostre benedictionis augmentum, ac dicte sedis gratiam **exinde uberius** consequi merearis. Datum Avinione XVII. Kal. Maii, Pontificatus nostri Anno Quintodecimo.

In e. m. Capitulo et universis Vassallis ecclesie Polensis, Clero et populo Civitatis et diocesis Polensis et (*Pagano*) Patriarche Aquilegensi.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco

Anno 1331.

28 Maggio, Indizione XIV. Venezia.

Dedizione di Pola alla Repubblica Veneta.

(Carli, Antichità italiche. Appendice).

Laudabile redditur et necessarium reputatur, ut homines, et Populi circa augumentum, et conservationem sui status sic vigilent, studeant, et intendant, quo procul pulsis violentiis, et gravaminibus quibuscumque, per que solent eorumdem exterminium et desolationes accedere, sepius gaudere possint statu pacifico, et tranquillo.

Hoc igitur post premeditatione previa viri providi, et discreti D. Petrus qu. D. Viti, Blasius q. D. Dettacomandis Civis Polensis, Honorabilis Capitaneus Populi Civitatis Polae predicta una cum populo universo, et Commune Civitatis predictae considerantes et videntes afflictiones, et ruinas eorum continuas Civitatis Polae et Territorii, ac districtus, propter innumeras injurias, et molestias, atque damna reales, et personales que eis dictae Civitatis, et districtus, et eorumdem bonis multipliciter irrogantur, et ab exteris suisque Rectoribus, ita et taliter pro ut extitit manifestum, propter que omnia de die in diem ad pejus immo in nihilum ducebantur, et recolentes, et attendentes plenitudinem gratiae et fontem clementiae Ducalis Dominii, que cooptatos erigat, devios ad statum salutarem reducit, quae vere non claudit premium in se sperantibus, nec denegat auxilium, et misericordiam implorantibus, et sub cujus fidelitate dudum, jam scilicet infinitis annis cum multis benefitiis Ducalibus, et gratiis permanserunt, salubri ducti provida et unanimi deliberatione, et voluntaria affectione pro necessaria salute, et conservatione ipsorum et dictae Terrae, et districtus deliberaverunt, et providerunt se, et sua totaliter summittere D. Duci, et Communi Venetiarum perpetuo, et sic deliberaverunt.

Volentes effectui complere ad virum nobilem, et prudentem D. Joannem Contareno honorandum Capitaneum Pasenatici Histrie pro Communi Venetiarum in ipsis partibus degentem reverenter habuerunt recursum, et ipsi D. Capitaneo ad ipsorum vocationem, et instantem requisitionem Polam properante, ejusque persona representante Ducale dominium Venet. et pro D. Duce, et Communi Venetiarum recipiente, idem Capitaneus et populus universus, de dicta terra Polae solemniter libere, sponte et absolute Civitatem, et Castrum, Pole, et villas, et Castra, ac bona, Dominium, merum, et mixtum Imperium, omnes jurisdictiones, jura, actiones reals, et personales, utiles, et directas, tacitas, et expressas, et mixtas, ad ipsam Civitatem, et districtum quomodolibet pertinentes, quo pertinere possent, et cum omnibus juribus, et jurisdictionibus, et actionibus dicto Communi, et Universitati et ipsorum locis Pole pertinentibus, et expectantibus et quorumcumque

spectari possent, summiserunt totaliter, et dederunt, et eidem Capitaneo, recipiente ut supra, fidelitatem D. Ducis, et Communis Venetiarum tamquam Viri fideles in Civitate Pole universaliter juraverunt, et volentes, et intendentes ad cautellam super hiis omnibus propter hujusmodi datione, et summissione eorum Ducali Dominio exibere omnem reverentiam, et honorem, viros discretos D. Petrum D. Viti, Blasium D. Detacomandis Capitaneum Populi antedictos, Joannem Bonacini, Scandalum D. Ugonii, Dominicum qu. D. Petri de Parentio, Andream D. Ottoboni, Veniando Subtille Nicolam ejus Fratrem, Bartholameum D. Petri, Nicolaum Ferrariensem, Jacobum D. Benasutti, Petrum Pagano, et Aldigerium Notarium Polensem, idem Populus universus in eorum veros Nuntios, et Syndicos, in eorum Arengo solemniter costitutos, ad presentiam Excellentissimi D. D. Francisci Dandolo Dei gratia Venet. incliti Ducis, et Communis Venetiarum pro ratificatione, et approbatione dationis, et summissionis hujusmodi, et omnium predictorum innovationem eorumdem ad cautellam solemniter transmiserunt, de quorum quidem Sindicorum plenissimo Syndicatu constat pubblico Instrumento scripto in millesimo trigentesimo trigesimo primo Indictione quarta decima, die decimo septimo mensis maii Pole, manu Aldigerii qu. Joannis Notarii scripto; qui quidem Sindici omnes, Sindicatus nomine antedicto coram prefato D. Duce, et suo consilio constituti, praedicta omnia recitantes et vera esse asserentes nomine Sindicariae praelibate praedictam dationem, et summissionem si quo nomine melius dici possit, sic factam Capitaneo Pasenatici antedicti, ut predicitur, recipiente pro D. Duce, et Communi Venetiarum ut supra de prefatis Civitate, Castro, Villis, et locis Polae et Jurisdictionibus ac juribus, ac Dominiis quibuscumque spectantibus, vel que spectari possint Civitati, et districtui Pole prefacte, vel aliter de omnibus et singulis supra dictis sponte, et ex certa scientia recognoverunt, ratificaverunt, approbaverunt totaliter, et eamdem dationem, et summissionem nomine quo supra nihilominus innovarunt, et de novo fecerunt in omnibus, et per omnia ut est dictum. Promittentes syndicario nomine antedicto, viro provido, et discreto Marsilio Ducatus Venetiarum Syndico ad supradicta, et infrascripta specialiter constituto per Illustrem, et Exccellentissimum D. D. Ducem, et Commune Venetiarum prefactum pro ut de Sindicatu ejusdem constat pubblico Instrumento scripto manu Augustini Notarii in dictis millesimo, et Indictione, et die vigesimo octavo Maii, recipiente, stipulat Syndicatus nomine prelibato hujusmodi dationem, innovationem, ratificationem, approbationem, summissionem, fidelitatem in omnibus, et per omnia ut supra, et omnia que superius dicta sunt, et que spectant, vel spectari possint ad dationem, et summissionem prefactam perpetuo observare, et firma, et rata habere, tenere, et non contrafacere vel contravenire aliqua ratione, vel causa de jure, vel de facto sub obbligatione, et pena omnium bonorum dictorum Polensium, et universitatis, et Communis Pole presentium, et futurorum. Renunciarunt insuper ad cautellam omni exceptione doli mali in factum actioni, simulationi, stipulationi sine causa, vel sine justa causa in omni alia dissensione, et jure, tam Ecclesiastico, quam Civili, vel per que, vel per quod possit aliquer contrafieri antedictis vel alicui premissorum.

Et insuper promiserunt, et contenti fuerunt pro bono, et comoditate ipsorum, quod statutum Pole ubi loquitur de appellationibus faciendis ad Archiepiscopum, vel Curiam Archiepiscopi Ravenatis debeat de presenti revocari, et ordinari per ipsos, et fieri cum effectu, quod in posterum nulla Appellatio fieri possit alicubi vel ad Potestatem, vel ad aliquem Dominum vel Rectorem, salvo tamen quod liceat Polensibus ad Ducalem Curiam recurrere, et appellare super sententiis, et voluerunt sub dictis penis, quam quidem ratificationem, innovationem, summissionem, et promissionem per totum ut supra, idem Syndicus sindicavit nomine Domini Ducis, et Communis Venetiarum benigne suscipiens et assentiens prefatis Syndicis Polensibus instantibus cum humilitate pro sua necessaria conservatione infrascripta postulantes a benignitate Ducali fieri confirmari, et ipsis contentatibus Sindicario nomine antedicto eonsensit et servari permisit Capitula, que inferius subsequntur.

Pacta. Primo: quod Comes Pole habere debet de salario a Communi Pole libras quinquaginta grossorum in Anno, et propterea tenetur ducere, et habere unum Vicarium, qui sit juris peritus, cui dare debeat libras quatuor grossorum in ratione Anni, et expensas; unum Notarium, cui dare debet soldos quadraginta grossorum in anno ad minus, et expensas, cum domicilio in unum locum; duos Scutiferos, et sex Equos, et teneatur, et debeat regere Polenses cum quatuor Consiliariis dicte Terre tam in civilibus, quam in criminalibus secundum statuta ipsorum, dummodo non sit contra honorem Ducis et Communis Venetiarum, ita quod quidquid factum fuerit per majorem partem predictorum quinque, secundum dicta statuta firmum sit. Verum habeat ipse Rector arbitrium in omicidio, et robariis strate, in furtis, scilicet a decem libris supra, in violentiis mulierum, et incendio fraudolento, et proditione, quod absit. Quod de caetero tractarentur, vel commiterentur, hoc debeat observari: videlicet, quod si videbitur ipsi Rectori, et dictis Consiliariis possit producere in facto proditionis, sicut concordes fuerint per majorem partem ipsorum per modum predictum. Dummodo ipse Rector fuerit in conscientia de processu capti; nihilominus, et ante omnia prodiet, et suspectis si, et sicut videbitur Rectori soli non fuga accipiat, si vero ipse Rector non fuerit in conscientia de processu, quem facere velit, seu con.... eisdem de facto, vel ipsi procedere voluerint per modum predictum, tunc ipse Rector solus si sibi videbitur habeat arbitrium mittere proditionis distinte ad Ducalem Dominium, ut puniantur, et absolvantur, vel fiat, et provideatur super inde sicut ipsi Ducali Dominio apparebit. Item quod Offitia Civitatis Pola et extra exerceantur per homines Pole eligendos per ellectionem sicut in talibus fieri consuevit.

Item quod Domini Sergius Nascivera, et Filius qu. Gliceses de Castro Pole et eorum Homines masculi maneant extra Civitatem Pole, et districtum, Forum Julium, Istriam et Slavoniam, ubi scilicet videbitur Ducali Dominio, gaudentes nihilominus bonis suis positis in Polisano districtu.

Item quod possessiones que a tempore summissionis praesentis in antea ementur vel acquirentur in Polisano districtu per quoscumque sive Venetos, sive quoslibet alios, subiaceant omnibus oneribus, et factionibus Pole, quemadmodum subiacebant caeterae possessiones Polensium.

Item quod Rector nunc iturus diligentem inquisitionem faciat de Venetis, et de hiis qui de Venetiis se dictant abitantibus Pole, verum faciant nostras factiones debitas, et si quis, vel ex ipsis reperietur quod non faciant factiones nostras debitas nec ibi habeant libertatem imponendi, et ordinandi in hujusmodi talibus, qui non facerent hec, nec ibi, ut dictum est quod faciant factiones Terre Pole que sibi congrue apparebunt.

Actum Venetiis in Cancellaria Ducatus anno Domini 1331. Indictione quartadecima die vigesimo octavo Maii, presentibus Nobb. Viris Ser. Luca Gradonico, S. Zuanne Popalizza, S. Zanino da Legge, et S. Joanne de Marzario Civibus Venetiarum, Matheo S. Bonifatii de Pola, Veniando, S. Veniandi de Pola, et Jacobo qu. Bertoni de Pola Testibus ad hoc vocatis, et rogatis.

Ego *Joannes Vacordio* Imperiali auctoritate Pubb. Not., et Ducatus Venet. Scriba predictis omnibus presens rogatus a dictis partibus scribere scripsi, meque solito sigilo, et nomine roboravi.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1331.

1. Luglio, Indizione XIV. Udine.

Patriarca Pagano nomina Bertuccio Caprara in Gastaldo della Regalia di Pola.

(Bianchi, Documenti per la Storia del Friuli).

Paganus etc. dilectis fidelibus nostris universis, Communi et hominibus Adignani et aliarum villarum de Regalia salutem in Domino sempiternam.

Populorum commodis tunc recte prospicitur, cum eorum regimini rectores idoneos preponuntur, per quorum industriam salubriter gubernentur, et eorum status de bono in melius prosperetur. Cupientes itaque ut vos, qui nobis et Ecclesie Aquilejensi mero et mixto Imperio subjecti per talem regamini Gastaldionem, cujus industria et circumspecta prudentia in statu tranquillo et pacifico conservari possitis, discretum virum dilectum nostrum Bertucium Caprarie de Adignano, de cujus fidelitate et discretione plenam in Domino fiduciam obtinemus, nostrum constituimus et facimus Gastaldionem, usque ad nostrum beneplacitum, cui Garictum et jurisdictionem omnium terrarum et villarum praedictarum comittimus per presentes, salvo jure Marchionatus Istrie: mandantes vobis universis et singulis districte precipiendo, quatenus eidem Bertucio, tanquam Gastaldioni vestro de cetero in iis, que ad ipsius Gastaldie spectant officium, fideliter obediatis, tanquam nobis. Alioquin penas, seu mulctas, quas rite tulerit in rebelles, ratas et gratas habebimus, et faciemus eas, auctore domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observare.

Datum Utini, Primo Julii. Anno Dominice Nativitatis M·CCC·XXXI, Ind. XIV.

La Regalia di Dignano comprendeva il territorio corrispondente agli odierni Comuni di Roveria, Dignano, Fasana, Galesano, Lavarigo, Monticchio, Altura, Sissano, Lisignano, Medolino. Ai tempi della Carta presente si dicevano le frazioni della Regalia: *Adignan, Midilan, Bagnoli, Pudizan, Gallisan, Paderno, Ravorigo, Guran, Sisan, Gorcilian, Fasiana*, che è quanto l'agro lato di Pola, all'infuori di Stignano, Pomer e Promontore che formavano l'agro urbano di Pola. In questo le Magistrature civiche usarono la giurisdizione, quando cessò il Gastaldionato speciale per la città. Nell'agro esterno (per riguardo alla città) il Patriarca teneva suo Gastaldione = per le liti comuni fra privati, pei delitti minori, per le esazioni e pel governo politico. — Il Gastaldione patriarchino, non aveva i poteri di Marchese-Governatore. Pola in questo tempo era già veneta. *K.*

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1331.

16 Novembre. — Udine.

Que' di Muggia eleggono a Podestà Federico Conte di Veglia, in luogo di Stefano Manolesso colà morto.

(Atti del Notajo udinese Gubertino da Novate).

Anno MCCCXXXI. Die XVI Novembris. Presentibus Nobili Milite domino Hectore de Savorgnano, domino Caroluto de Ragonea, Morando de Castillerio, et magistro Odorico Notario de Utino Testibus, et aliis.

Costituti coram Venerabili patre et domino domino Pagano Dei gratia Sanctae Sedis Aquilegensis Patriarcha discreti viri Ingaldeus qm. domini Vivani, et Zampaulus qm. domini Piconi de Mugla Ambaxatores Comunis, et hominum de Mugla presentaverunt eidem domino Patriarchae quasdam credentiae litteras clausas sub Sigillo cereo dicti Comunis Muglae, quarum tenor talis est. Reverendo in Christo patri, et domino domino Pagano Dei et Apostolicae Sedis gratia Sanctae Sedis Aquilegensis dignissimo Patriarchae. Senus Franciscus Ade, et Pinamos rectores terrae Muglae, et alii eorum socii Consilium, et Comune ejusdem terrae, reverentiam debitam, et cum recomendatione se ipsos. Ecce paternitati vestrae providos viros Ingaldeum qm. domini Vivani, et Zampaulum qm. domini Piconi cives vestros, presentes exhibitores intentionis nostrae plena informatione in nostros solempnes Ambaxatores presentialiter destinamus, Vobis itaque Supplicantes, quatenus predictis Ingaldeo, et Zampaulo Ambaxatoribus nostris in eis que vobis ex parte nostra duxerit — horetenus referenda dignemini velud nobis in omnibus fidem credulam adhibere.

Datum Muglae die XV mensis Novembris, XIV Indictione. Quibus quidem litteris per dictum dominum Patriarcham prelectis, dicti Ambaxatores Supplicaverunt ei ut sibi licentiam concedere dignaretur eligendi potestatem in dicta terra Muglae cum dominus Stephanus Manolesius de Venetiis, qui erat potestas suus nuper diem clauserit extremum, qui dominus Patriarcha dixit eis quod electionem hujusmodi facere deberent, et ipsi habito inter se Consilio, et deliberatione statim eligere Magnificum dominum dominum Fridericum Comitem Vegle in eorum potestatem, et dictae terrae Muglae, dictus vero dominus Patriarcha respondit se velle deliberare supra ellectione hujusmodi, et eis postmodum respondere.

Actum Utini in Palatio Patriarchali.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1331.

17 Novembre, Indizione XIV. Udine.

Patriarca d' Aquileja Pagano conferma la elezione di Federico Conte di Veglia a Podestà di Muggia.

(Atti del Notajo udinese Gubertino da Novate).

Noverint universi presentes litteras inspecturi quod nos Paganus Dei et Apostolicae Sedis gratia Sanctae Sedis Aquilegensis Patriarcha, ad quem pleno jure spectat potestatem sive rectorem dare terrae nostrae de Mugla, Magnificum, et potentem virum dominum Fridericum Comitem Veglae, nobis per Ingaldeum qm. Vivani, et Zampaulum qm. Piconi de Mugla Ambaxatores rectorum, ac Universitatis dictae terrae Muglae de nostra licentia presentatum eidem terrae, et Universitati in potestatem concedimus tenore presentium, et rectorem. Precipientes sibi ut rectori in omnibus quae ad ipsius offitium pertinent obediri; Alioquin penas, seu multas, quas rite tulerit in rebelles, faciemus auctore Domino inviolabiliter observari.

Datum Utini in Palatio nostro Patriarchali XVII mensis Novembris. Anno Dominicae Nativitatis MCCCXXXI. Indictione XIV.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1331.

20 Novembre, Indizione XIV. Udine.

Patriarca Pagano ordina al Comune di Due-Castelli di accogliere benignamente Nascinguerra di Castropola purchè non dia ciò occasione ai Veneti di far guerra al Patriarca.

(Bianchi, Documenti per la Storia del Friuli).

Paganus Dei et Apostolice Sedis G. Sedis Aquil. Patriarcha dilectis fidelibus nostri . . . . Gastaldioni . . . . . judicibus, Consilio et Comuni Duorum Castrorum, gratiam nostram et omne bonum.

Cum nobilis vir, dilectus fidelis noster Nascinguerra de Castro Pole venire personaliter intendat pro quibusdam suis negotiis ad Terram nostram predictam duorum Castrorum, devotioni vestre, presentium tenore, mandamus, quatenus ipsum in eadem Terra benigne recipiatis, et eidem in quibuscumque potestis amicabiliter serviatis, dummodo propter hoc non subeamus guerram cum Venetis, quam cum eis non intendimus ullo modo.

Datum Utini, XX Novembris Indictione XIV.

La famiglia nota sotto nome dei Sergi, divotissima ai Patriarchi, venne in Pola da Treviso, ed in Pola e nell' Istria ebbe feudi, e cariche. Erano Capitani perpetui del popolo di Pola, avevano il mero e misto impero e le regalie maggiori in Sissano, non però la moneta; avevano in feudo dal Vescovo di Parenzo le decime di Due-Castelli, del Castello di Valle di Rovigno, dei borghi di Montona *Fontanelle*, *Latadarche* e *Ceglo*, di Novatico, le possessioni in Due-Castelli che erano di Enrico Merlo, porzione delle Peschiere in Leme. Dai Vescovi di Pola avevano porzione di decime in Sissano, Calderogi, Calzonelli, Cuje, Azzan, Campi, Orcevan, Promontore. Malgraditi al partito popolare di Pola, venivano uccisi a tradimento nella processione del Venerdì Santo 1271, meno un fanciullo salvato dai Francescani, tornarono al potere, nel 1331 banditi da Pola, datasi ai Veneziani che li continarono in Treviso, estinta da poco la famiglia che portava nome *Conti Pola*. *K.*

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1333.

15 Maggio, Indizione I. Trieste.

Podestà di Trieste Giov. Enrico Conte di Gorizia e del Tirolo. Quagliotto Bonomo uno dei suoi tre Giudici al Governo della città di Trieste.

(Memorie del Bonomo).

In Nomine Dei Eterni Amen. Anno Dni. millesimo trecentesimo trigesimo tertio Indictione prima die quinto decimo mensis Maii. Actum Tergesti sub veteri logia Communis presentibus S. Rantulpho Ballario, et Francisco Bitino, et aliis. Dnus. Quaglotus qm. Dni. Bonomi Judex illustris Dni. Dni. Johannis Henrici Goritiae et Tyrolis Comitis honor. Potestatis Tergesti precepit Dominico Zuileto filio S. Bertosii Zuiletti quod usque ad proximum primum diem Mensis Julii venturi det, et solvat Petro Mercatori sold. quinque, duodz. gross. in denar. tm. sub pena unius gross. pro libr. de voluntate partium.

Manu Alberici de Basilio Not. Scrip. et Vicedom.

Il Comune di Trieste non aveva canone che dovesse sempre aversi Podestà; anzi alla fine di ogni reggimento dovevasi proporre a deliberazione se il Comune voleva per l'anno prossimo venir retto a Podestà od a Giudici, il che usavasi anche da altri Comuni, nominatamente da quello di Muggia. Nel caso non si volesse Podestà, i Giudici assumevano anche il titolo di Rettori, titolo che poi fu perpetuamente attribuito. I Podestà dovevano risiedere in Trieste, il solo Conte di Gorizia era dispensato e poteva tenere *Vicario*.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1333.

28 Maggio, Indizione I. Trieste.

Costruzione della Cappella di Santa Maria Maddalena al Duomo di Trieste.

(Archivio diplomatico di Trieste. Atti dei Vicedomini).

In nomine Dei eterni Amen. Anno Domini Millesimo tricentesimo trigesimo tercio, Indictione prima, die vigesimooctavo mensis Madii. Actum Tergesti in Ecclesia Sancti Silvestri, presentibus Bartolomeo de Salocha, Georgio fil. roupa Diaconis Ecclesie tergestine, Francisco filio Driusti de Sclavigna, Marino filio Marini piliparii Subdiaconis antedicte Ecclesie; Matheo Gremonio et aliis. Venerabilibus viris Dominis Melchiori Decano, Sanitono, Johanne Scolastico, Raimundo, Johanne Scruitta, Johanne Gremonio, Bonomo de Bonomis, Simone de Munaris, Johanne de Ottolato, Matheo de Alberio, Johanne qm. Mag. Francisci, Canonicis et Capitulo Terg. et ut Capitulum superius scriptum in jamdicta Ecclesia congregatis, constitutus in eorum presenciam Arpolus filius Ser Leonardi de Marenda petiit ab eis et omni instantia suplicavit ab ipsis ut ei darent et concederent licentiam et concessionem construendi et hedificandi Capellam unam contiguam majori Ecclesie Tergesti versus meridiem et respicientem versus altare Sancti Nicolai in eadem Ecclesia existens, et in ipsa Capella unum Altare ad honorem Beate Marie Magdalene erigendi, ad quam Capellam unum sacerdotem qui continue in ea missam celebrare desiderat deputare, quem Sacerdotem idem Arpolus presentare habeat predicto Capitulo et institutionem recipiat a Capitulo memorato in vitam ipsius Arpoli post ejus Arpoli obitum libera et expedita institutio Sacerdotis ipsius pertineat ad Capitulum supradictum, promittens et offerens predictus Arpolus ipsam Capellam construere et edificare et edificari facere bene et congrue cum volta seu testitudine de supra, ut bene conveniat operi illius partis tergestine Ecclesie, juxta congruam, ratam permissionem et facultatem, ita tamen quod si ex hedificatione ipsius Capelle vel factione muri illius presentis Ecclesie et propter ipsam Capellam frangi contingerit, et aliqua lesio vel injuria, quod absit, contingerint Ecclesie memorate, idem Ser Arpolus suis ipsius expensis et bonis, antedicte Ecclesie reficere teneatur, promittens etiam idem Arpolus de paramentis, Calice, et aliis necessariis ipsi Capelle et altari congrue providere. Qui dictus Dnus. Decanus, Canonici, et Capitulum inter se diligenter deliberatione perhabita consuluerunt hec ad honorem Dei et Sanctorum et augumento divini cultus, concedunt predicto Arpolo licentiam et omnem contentionem predictam Capellam conditione supradicta; et quod Sacerdos ibidem instituendus, nisi infirmitate fuerit impeditus, assidue in ipsa Capella, salva honestate sua et decretorum debita, missarum misteria celebrare teneatur, et quod Jurisdictioni ipsius Capituli Cathedralis sit subjectus, et divinis officiis in Coro assidue esse debeat sicut alii Sacerdotes, quam Capellam

consentiunt hedificari et altare in ea erigi et ipsius conservationem facere. Idem Arpolus promisit in unum annum postquam de pelegrinatione quam ad presens intendit facere reversus fuerit, omnibus suis expensis et sumptibus teneatur. Et etiam nomine pie donationis obtulit, dedit, concessit et tradidit eisdem Dno. Decano et Capitulo domum suam in qua nunc habitat positam in Contrata Cavane coherentem a duobus lateribus viis publicis, a tercio latere domui Almerici Stella, et a quarto latere domui Domine Ige de Zuchaglo. Reservato sibi tamen usufructo habitationis et rendimenti ipsius domus in vita sua, et post mortem suam reditus de ipsa domu dentur Sacerdoti per eum presentato, qui in ipsa Capella fuerit institutus, et post mortem talis ipsius Sacerdotis ipsam Capellam et domum ac dispositionem eorum de libero devenient ad Capellam memoratam, Ita quod nullus alius postea aliquando jus presentandi vel aliqualiter disponendi de eisdem habeat preter Capellanum predictum, previso tamen quod semper in ipsa Capella missarum misteria in bonum et in remissionem peccatorum suorum et ejus parentum assidue celebrentur. Et si ipsum Arpolum in ipsa peregrinatione vel aliter vel alibi mori, quod absit, contingerit, ad supradicta omnia facienda et complenda omnia sua bona et jura mobilia et immobilia, presentia et futura esse voluit obligata, et ea etiam nunc obligavit expresse. Quam vero domum nominatus Arpolus ex nunc se nomine predicti Capituli precario jure constituit possidere et tenere; ipsam domum promisit per se suosque heredes in perpetuum ab omnibus injuriis legiter semperque defendere et varentare. Que quidem omnia et singula supradicta in hoc Instrumento contenta et expressa promiserunt dicti contrahentes se ad invicem altera pars alteri suisque heredibus, et que suo nomine per se suosque heredes solemniter stipulata habuit, in infinitum firma et rata habere atque tenere, et facere observari et non contrafacere sub pena duplicis valoris omnium predictorum, sub refectione dampnorum omnium et expensarum, nec indicere lites aut questiones. Pro quibus omnibus et singulis supradictis articulis observandis obligaverunt supradicti contrahentes videlicet una pars alteri suisque heredibus omnia et singula eorum bona, mobilia presentia et futura.

Dr. Cumano.

È questa la prima alterazione fatta alla pianta e distribuzione del Duomo di Trieste, risultato dalla unione della Basilica Mariana col Martirio di S. Giusto in un sol corpo di chiesa, la quale aveva conservato la distribuzione a Basilica di cinque navate, senza alcuna cappella ai lati, con absidi in fondo di ciascheduna navata. Questa che fu la prima alterazione (unite le due chiese nel 1312) avveniva nello stesso anno in cui facevasi la rivestitura esterna della torre campanaria che dura tuttora. La cappella di Santa Maria Maddalena dura ancora nelle muraglie e concamerazione, servente d'ingresso laterale alla navata di S. Giusto da un lato, dall' altro altra alla sacristia, ed era in origine corpo sporgente. Trent' anni più tardi aggiungevasi altro simile corpo sporgente dall' altro lato, dedicato allora a S. Antonio Abbate, poi destinato a Tesoro delle Sante Reliquie. Le altre quatro cappelle dal lato di mezzogiorno del Duomo sono dei tempi posteriori, quella di S. Carlo, già di Santa Caterina, è il braccio traversale del Martirio di S. Giusto, dedicato a Santa Caterina per volontà di Papa Pio II nel 1459; segue quella di S. Mattia Apostolo che è del 1416, quella di S. Giovanni Evangelista che è del 1418, poi quella di Sant' Anna che è più tarda.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1333.

13 Dicembre, Indizione I. Trieste.

Vescovo di Trieste Fra Pace da Vedano investe il gentiluomo veneto Andrea Dandolo, storico, già Podestà di Trieste indi Doge di Venezia, del feudo di Sipar e d' altri sia Istria e Friuli.

(Bonomo, Monete dei Vescovi di Trieste).

In Christi nomine, Amen. Anno ejusdem Millesimo tercentesimo trigesimo tercio, Ind. I, die terciodecimo mensis Decembris.

Reverendus Pater Dnus. Fr. Pax, Dei et Apostolicae Sedis Gratia, Epus. Tergestinus per se et suos successores jure recti et legalis feudi cum anulo aureo, quem tenebat in manu, investivit nobilem et potentem virum Dnum. Andrem Dandulo Jurisperitum, honorabilem Civem Venetiarum filium qdam. Egregii Dni. Fantini Dandulo ibidem praesentem, ac pro se et suis haeredibus masculinis ab eo legiptime descendentibus dictam investituram reverenter recipientem, ac solemniter stipulantem de medietate pro indiviso omnium bonorum mobilium et fixorum, agrorum, vinearum, nemorum, venationum, terrarum cultarum, et non cultarum, salinarum, piscariarum, fluminum, et rivulorum, fontium et acqneductuum, decimarum, redditnum et proventuum tam debitorum Episcopatui Tergestin. quam praesenti tempore vel deinceps in futurum, quam etiam olim per quoscumque indebite retentorum, et omnium jurium, jurisdictionum, actionum realium et personalium, regiminum, honorificentiarum et regalium, ac quoruncumque bonorum in quibuscumque consistant, et quibuscumque nominibus censeantur spectantium quoquo modo, jure, vel privilegio ad Episcopatum Tergestinum in Castro, villa et territorio de Syparo posito juxta mare inter Piranum et Humagum ac ejus juribus pertinentiis et habitatoribus.

Quod quidem Castrum et villa Justus de Tirino habitator Tergesti pro duabus partibus, et Dnus. Thomas Dandulo de Veneciis pro tercia, ad feudum et jure feudi quondam tenere dicebant ab Episcopatu Tergestino. Et quare dictus Justus de Tirino et haeredes Dni. Thomae Dandulo praedicti alienationem fecerunt de dicto Castro et Villa Syparii ut est notorium, ac etiam debitis temporibus investituram non petierunt, manifeste constat eosdam a feudis cecidisse ipso jure, et ad mensam dicti Dni. Epi. rediisse, et per consequens de novo investire potuit pro evidenti utilitate dictae Ecclesiae suae, et pro recuperatione dictorum bonorum. Et si habito consilio Sapientum necessarium esse antedictos, videlicet Justum, vel haeredes ejus, et Dnum. Thomam, vel ejus haeredes, seu alios quoscumque detentores et possessores dicti Castri et Villae a dictis feudis per sententiam privare, promittit praedictus Dnus. Epus. quandocumque requisitus fuerit a praedicto Dno. Andrea eosdem per scntemtiam privare juris ordine penitus servato.

Investiens dictus Pater dictum Dnum. Andream de dicto Castro et Villa ex nunc prout ex tunc in diem vel sub conditione quo antedicti erant privati ot omni modo et jure, quo praedicta facere potuerunt.

Item simili modo in Humago, exceptis quadam domo nunc discoperta cum suis pertinentiis et juribus sita in burgo dictae Villae, et quibusdam possessionibus, seu campis, quorum primi positi juxta Humagum hii sunt confines, ab Oriente possidet Flora uxor qdam. Ture, a meridie Adamulus qdam. Falconis, et haeredes qdam. Ser Dietmarii qdam. Dni. Odorici de Dietmariis, et via publica. Ab occidente est etiam via publica et sunt passus seu brazolaria ad mensuram Humagi sexcenti septuaginta sex vel circa. Confines secundi Campi qui est prope vineas desuper sunt hii. Ab oriente possidet Rizarda filia qdam. Dominici Calcificis, et Pulcheria. A meridie Michael qdam. Ser Aumengotti. A parte inferiori est via publica, et sunt passus sive brazolaria circumquaque quingenti viginti vel circa.

Item alio campo parvo in contrata Rovigose quae est una pluina vel circa prope territorium Sanctae Mariae Zamp.

Item orto quodam prope Bezo, et quibusdam parvis decimarum redditibus, scilicet decima domus Dni. Tolphi qdam. Mengotii positae in Scrignali prope viam publicam et domum Sanctae Mariae.

Item decima domus Justi qdam. Caduli positae prope Pelegrinum Pribisse et viam publicam.

Item decima domus Petrognae qdam. Ser Giroldi positae prope domum Branchae et viam publicam, et si qui omnium praedictorum veriores sunt confines. Quae quidem bona et feudum dari non possunt jure inhibente.

Item simili modo in fontana Georgica.

Item simili modo in Insula Panciana.

Item similiter in Villa de Siziolis prope Piranum.

Item simili modo in Castro seu territorio de Vermes posito juxta Parentium, et generaliter in quibuscumque villis locis vel territoriis Ystriae a praedicto Castro Syparo inclusive usque ad civitatem Polae.

Super quibus omnibus et singulis inquirendis petendis exigendis vel debite occupandis praefatus Dnus. Epus. nomine quo supra, praedicto Ser Andreae recipienti nomine quo supra, praedicto Ser Andreae recipienti nomine quo supra, commisit et committit plenarie vices suas.

Item eo addito et expressim apposito in dicto contractu et ante ipsum et post, quod non obstante aliqua consuetudine vel Statuto condito vel condendo jura praesentis feudi sic maneant inconcussa quod per nullam personam Collegium vel Commune, praedictum feudum valeat vendi donari subpignorari, seu quoquomodo alienari nec etiam commutari. Sed si dictus feudatarius cum omnibus masculis ab ipsis descendentibus, quod Deus advertat, de hac vita migraret, tunc praedictum feudum cum omnibus suis melioramentis ad Episcopatum Tergestinum redeat pleno jure.

Hanc autem dationem concessionem et investitionem praedictus Dnus. Epus. nomine quo supra fecit, attendens merita et virtutes praefati Dni. Andreae ac pro comodo et evidenti utilitate Episcopatus et Ecclesiae Tergestinae, eo quod dicta bona Episcopatus ad praesens non possidet, nec tempore introitus antedicti Dni. Epi. in dominio Episcopatus invenit, nec ea acquirere potest, ut confessus est, et evidenter apparet propter potentiam possessorum, promittens dictus Dnus. Epus. nomine quo supra dictam investitionem, et omnia et singula in hujusmodi investitionis Instrumento contenta, rata et firma habere, nec ullo tempore contrafacere vel venire modo aliquo vel ingenio per se vel alium publice vel occulte. Renunciando nomine quo supra omni exceptioni juris Civilis vel Canonici, publici vel privati, conditi vel condendi, consuetudinis vel Statuti, et omni alteri exceptioni vel auxilio quo vel quibus posset contra facere vel venire, pro quibus

omnibus observandis dictus Dnus. Epus. nomine quo supra obligavit omnia bona dicti Episcopatus praesentia et futura.

Similiter versa vice praefatus Dnus. Andreas nomine quo supra promisit habere et tenere rata et firma omni tempore omnia et singula suprascripta. Nec unquam contra facere vel venire per se vel alium publice, vel occulte. Renunciando omni exceptioni sicut supra, pro quibus observandis, obligavit omnia sua bona praesentia et futura. Praedictis igitur sic peractis supradictus Dnus. Andreas, nomine quo supra, tactis Sacrosanctis Evangeliis supradicto Dno. Epo. recipienti ut supra corporale fidelitatis praestitit juramentum, cum omnibus Clauxulis, et Capitulis quae in Sacramento hujusmodi continentur, quemadmodum fidelis vassallus facere consuevit. Exceptis semper fidelitatibus Dni. Imperatoris, Communis Veneciarum, et cujuslibet antiquioris Domini.

Et de praedictis omnibus praenominati contrahentes, scilicet Dnus. Epus., et Dnus. Andreas mandaverunt mihi Notario infrascripto facere publicum Instrumentum, unum, et plura si fuerint opportuna.

Ad quorum omnium firmitatem majorem et cautelam praefatus Dnus. Epus. jussit hoc Instrumentum sui pendentis sigilli munimine roborari.

Actum Tergesti in palatio Episcopali, praesentibus discretis Viris Dno. Fr. Phylippo de Mutina Ordinis Praedicator. dicti Patris Vicario Generali, Manfredino de Pasqualis de Cremona jurisperito, Nicolino filio qdam. Dni. Johannis de Vedano, Uguciono qdam. Petri de Uguciono de Ferraria.

Ego *Finetus Jacobi* de Vedano pub. Apostolica et Imperiali Auctoritate Notarius praedictis omnibus et singulis praesens fui, et de mandato contrahentium praedictorum scripsi et publicavi.

Il presente Diploma d'Investitura fa testimonianza delle cattive condizioni in cui versavano i Vescovi di Trieste colle loro possessioni feudali, fra cui comprendevasi anche la città di Trieste nella prima metà di questo secolo XIX, e delle trepidazioni loro, che poi si mostrarono maggiori che non la realtà, a dir vero imponente. Il Comune di Trieste si era completamente sottratto al dominio laico dei Vescovi. Il Comune teneva in suo potere il distretto feudale che dicevano la Contea od il Vescovato di Trieste, ed ancorchè non presumesse in parole il dominio su quei vassalli vescovili, pur li teneva in soggezione, e preparava loro la fine, col dichiarare vietati nuovi feudi, e devoluti a sè quelli che per estinzione di famiglie divenivano vacanti, il Vescovo tirava le scarse decime che a lui rimanevano, ogni giurisdizione era perduta; passata buona parte della Contea ai veneziani, questi avversavano i dominî feudali dei Vescovi, dapprima degradati li feudi a condizione inferiore, poi incamerati tutti i vacanti al Principato; ciò in progresso di tempo, ciò che il collatore del presente Diploma credeva imminente. I Comuni tutti osteggiavano siffatte feudalità, non già per darvi loro la forma municipale, ma per porsi in sede dei dominî feudali. Se questo Diploma non fosse soggetto a qualche sospicione, dovrebbe dirsi che la Camera feudale del Vescovo non fosse nel 1331 ben conscia dello stato dei feudi, imperciocchè mentre vediamo farsi registramento di piccole entità che non erano più che enfiteusi, vediamo tacciuti altri che erano feudi retti e legali, e credere due feudi ciò che poi era un solo feudo sotto due diverse nomenclature, o piuttosto predî diversi. Il che noi attribuiamo alli cangiamenti avvenuti nei Principati, ed alla facilità di spossessare i Vescovi dei predî loro, sotto Principe che non era propizio a loro dominazione.

Avevano in vero i Vescovi in loro feudi giurisdizionali, Sipar, Umago, ma avevano altresì il Castello di Calisedo al Leme di piena ed alta giurisdizione venuto in principato dei veneti, detto

anche Giroldia, dai Giroldi triestini che ultimi lo possedettero prima che il Principe veneto lo tirasse a sè; di altri feudi poi si fa menzione, dei quali non occorrerebbe farne, se non fosse per la disperanza di mai più ricuperarli. Forse di Calisedo non si fa menzione perchè posseduto da vassallo, e remoto il pericolo di prossima caducità.

Il Vescovo poi non fa mistero del motivo che lo persuade di darne investita al Dandolo, era la disperanza di ricuperarli, e la probabilità che in potere di lui avessero qualche valore, mentre non lo avevano in mano del Vescovo; nè poi fruttarono a lui gran cosa, perchè vediamo in qualcuno conservarsi vassalli e secoli più tardi quelli che Vedano riteneva decaduti, vacante il Vescovato, come appunto fu il caso con Sipar, conteso fra Vescovo, Bratti e Comune di Pirano.

L' Isola Ponziana e la Fontana Georgica sono una e la stessa cosa, sono Monfalcone, nel distretto del quale (l' antico) la Chiesa Episcopale di Trieste conservava testimonianze di antica giurisdizione.

I Vermo erano veramente due, uno di questi conserva il nome, sito nella diocesi di Parenzo, in prossimità a Pisino, e che troviamo incorporato alla Contea, poco dopo i tempi del Diploma presente.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1334.

16 Gennaro, Indizione II. Trieste.

Bonomo de' Bonomi Canonico e Sagrestano di Trieste, Clerico di S. Pietro di Dorneck, dà in locazione il Clericato a Vorico di Carlovizza.

(Archivio diplomatico di Trieste. V. D. Vol. X. Enrico Ravizza).

In Dei eterni nomine Amen. Anno Domini Millesimo tricentesimo trigesimo quarto, Indictione secunda, die sextodecimo mensis Januarii. Actum Tergesti in Vicedominaria, presentibus Dnis. Presbiteris Johanne Scruita Canonico Ecclesie Tergestine, Michaele Ade et Henrico Raviza Vicedominis, rogatis et aliis. Dominus Bonomus de Bonomis Canonicus Cathedralis Ecclesie Tergestine et Sacrista memorate Ecclesie, atque Clericus Plebis Sancti Petri de Dornech Dioceseos Episcopatus Tergestini, omni meliore jure et forma quibus melius potuit, dedit, cessit, atque locavit Domino Presbitero Urico filio Domini Henrici de Carloviza a proximo festo Sancti Georgii nuper venturo in continuo ad proximos quatuor annos subsequentes tenituram et completum Clericatum plebis Sancti Petri de Dornech cum omnibus juribus, jurisdictionibus, pertinenciis, redditibus, usufructibus, et aliis omnibus quibuscumque seu ex ipso Clericatu cum quanto pertinet sive spectat de jure vel de facto, hiis itaque cum pacto et conditione quod nominatus Dnus. Presbiter Voricus debeat et teneatur dictum Clericatum et Curiam ipsius bene et fideliter regere, personas et jura ipsarum diligenter custodire, et ipsa predicta meliorare quando deteriorarent; et dare atque solvere debeat et teneatur eidem Dno. Bonomo nomine dicte locationis et pro gaudimento percipiendo ex dicto Clericatu et ejus redditibus, duodecim Marchas soldorum veter. de Tergesto, et hoc in quolibet anno, et duos bonos castratos in quolibet anno, quorum denariorum medietatem in quolibet festo Sancti Georgii, et aliam medietatem in quolibet festo Sancti Michaelis. Promisit quoque nominatus Dnus. Presbiter Voricus nominato Domino Bonomo, omni anno dictorum quatuor annorum dare et solvere denarios supradictos et Castrones sub pena quinquaginta librarum parvorum pro quolibet anno, sub refectione dampnorum omnium et expensarum, ac omnium molestiarum litis et questionis, cum obligatione suorum bonorum mobilium presentium et futurorum. Et contra promisit nominatus Dnus. Bonomus eidem presbitero Vorico, dictum Clericatum et curiam Sancti Petri de Dornech cum omnibus suis juribus et redditibus suis usque ad dictum terminum quatuor annorum ab omni homine, persona, et universitate tam ecclesiastica quam seculari, legiter semperque defendere et varentare: et omnia et singula suprascripta firma et rata habere atque tenere, et non contrafacere sub pena duplicis dampni in occasionibus quod dictus presbiter Voricus sustineret culpa et defectu ipsius Domini Bonomi sub refectione dampnorum omnium et expensarum litis et questionum, cum obligatione suorum bonorum mobilium presentium et futurorum. Omnino renunciantes etc.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1334.

23 Aprile, Indizione II. Trieste.

Podestà di Trieste Andrea Dandolo pronuncia sentenza in lite fra Bonafede Pichegno ed il Monastero della Cella.

(Archivio diplomatico di Trieste. Atti V. D. Vol. XI, cart. 5).

In nomine Dei eterni Amen. Anno ejusdem Millesimo tricentesimo trigesimo quarto, Indictione secunda, die vigesimotercio mensis Aprilis. Actum Tergesti in palatio Comunis ad bancum Juris presentibus Dominis Henrico Raviza Vicedomino, Bando de Judicibus, Mesalto de Mesaltis, not. testibus et aliis. Nos Andreas Dandulo de Veneciis honorabilis Potestas Civitatis Tergesti cognoscentes de questione vertente inter Dominam Bonafidem uxorem quondam Wizardi Messalti et nunc uxorem Ser Pertoldi Burlo ex parte una petentem, et Ser Dominicum de Pichello ex parte altera defendentem sub infrascripta petitione coram Nobis in judicio producta, cujus vero petitionis tenor talis est. Coram Vobis nobili et potenti Viro Dno. Andrea Dandulo de Veneciis honorabili Potestate Civitatis Tergesti petendo dico et expono Ego Bonafides uxor qm. Wizardi Messalti et nunc uxor S. Pertoldi Burlo de consensu et voluntate dicti S. Pertoldi mariti mei quod olim Ser Dominicus de Pichello pater meus et ego Bonafè predicta, Vida et Almericus filii dicti S. Dominici de Pichegno (sic) de consensu et voluntate dicti S. Dominici patris mei et patris dictorum Vide et Almerici promissimus et nos se obligaverunt Domine Sorori Capoane Abbatisse Monasterii Sancte Marie Celle Tergesti et Monialibus dicti Monasterii annuatim et in perpetuum in quolibet festo Sancti Michaelis staria quinque boni et puri frumenti, et staria quatuor bone et pure misture annuatim et in perpetuum pro affictu certorum pratorum qui sunt uno capite siti in Contrata de Zaulle coherentes a capite superiore proprietati qm. Jacogne de Rizmagna ab una parte cuidam rivo ut de predictis patet tenore publici Instrumenti manu Michaelis Ade Not. scripti et olim dictus Dominicus de Pichello per se suosque heredes promisit et se obligavit in bona fide predicta, me Bonafidem predictam eius filium et meos heredes annuatim et in perpetuum ex hereditate relevare et conservare idempne de omni dampno dispendio et gravamine, quod et quae in bona fide predicta accurrere seu devenire possent nomine et occasione dicte securitatis et obligationis ac promissionis dicti affictus superius declarati ut patet de predictis publico Instrumento relevationis, indempnitatis predicta manu dicti Michaelis Ade Not. stipulato, et olim Domine Sorores Orabona et Lucia Moniales Monasterii Sancte Marie de Tergesto tamquam Gubernatrices Monasterii predicti de consensu et voluntate Domine Cecilie Abbatisse Monasterii predicti et Sororum Suarum Dominarum Catarine, Margarete, Francisce'

Clare, Sofie, Marthe, Marie, Agnesis, Justine, Laurencie, Feumie, et Michele Monialium ibidem in Capitulo more solito congregatarum fuerint confesse et contente habuisse et recepisse a S. Pertoldo Burlo et a me Bonafide predicta ejus uxore staria duodecim et dimidium boni et puri frumenti et staria decem bone et pure misture et hoc pro ipsis quinque annis incipiendo a tempore quo dictus Pertoldus Burlo accepit me predictam in uxorem ut patet de predictis publico Instrumento manu Michaelis Niblo Not. stipulato, et in alia parte Domina Cecilia Abbatissa Monasterii Sancte Marie Celle Tergesti predicta de consensu et voluntate dictarum sororum suarum superius nominatarum fuit confessa et contenta habuisse et recepisse a S. Pertoldo Burlo et a me Bonafide ejus uxore staria decem boni et puri frumenti et staria octo bone et pure misture et hoc per quatuor annos nuper preteritos dantes et solventes pro se suisque heredibus vice et nomine partis dicti affictus ut patet de predictis tenore publ. Instrumenti manu Michaelis Niblo Not. stipulato quapropter peto ego Bonafides predicta de consensu dicti Ser Pertoldo viri mei a dicto S. Dominico de Pichello patre meo staria vigintiduo et dimidium boni et puri frumenti pro dicto affictu dictorum novem annorum, et etiam staria decem et octo bone et pure misture pro dicto tempore pro dicto affictu, et peto a Vobis Domino Potestate et per Vos Dominum Potestatem mihi dari et concedi intromissionem bonorum omnium mobilium et fixorum dicti Ser Dominici de Pichello usque ad meam integram solucionem et satisfactionem dictorum vigintiduorum et dimidium stariorum boni et puri frumenti et stariorum decem et octo bone et pure misture, aut grossas decem et octo pro valore cujuslibet starii frumenti et grossos quindecim pro valore cujuslibet starii dicte misture, salvo pluri vel minore quantitate in arbitrio bonorum virorum et predicta omnia peto tenore et virtute dictorum meorum Instrumentorum et omnium aliorum meorum Instrumentorum, Scripturarum, et Jurium, et cum modo, via, juris causa et forma quibus melius valere potest atque tenere, protestando de dampnis et expensis factis et fiendis usque ad finem litis, et salvo semper omni et quolibet alio meo jure addendi, minuendi, corrigendi, et aliter de novo petendi usque ad diffinitionem suam, negata dicta pet. litis inter partes.

(Omissis.)

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1334.

9 Giugno, Indizione II. Udine.

Guglielmo Decano di Aquileja, sede vacante, incaricato dal Legato pontificio cita al suo Tribunale Vescovo Sergio di Pola, ad istanza del Capitolo polense querelante per frutti e prestazioni ricusate.

(Atti del Notajo e Cancelliere patriarcale di Udine Gubertino da Novate).

Venerabili in Christo Patri domino Sergio Dei gratia Episcopo Polensi Guilielmus Decanus Aquilegensis decretorum Doctor Vicarius, et Conservator ejusdem Ecclesiae pastore vacantis, pro reverendo in Christo patre, et domino, domino Bertrando Dei gratia Ostiensi, et Velletrensi Episcopo Apostolicae Sedis Legato, Salutem in domino.

Ad presentiam nostram venientes discreti viri presbiter Andreas Archidiaconus, et presbiter Albertus Diaconus Canonici Polenses Sindici, et procuratores Capituli Polensis nobis exposuere cum querela quod vos ipsos, et dictum Capitulum Polensem circa possessionem, et executionem suorum proventuum, fructuum, et reddituum, ac jurium multipliciter impeditis non sine gravi aliorum periculo animarum. Item fructus, et proventus ad ipsum Capitulum spectantes, eisdem violenter arripitis, et arripi facitis, et in ipsorum perceptione ipsos, et dictum Capitulum plurimum infestatis, et infestari facitis, nec tamen sepius requisiti jura et rationes, ac alia servitia quamplura que prestare tenemini annuatim Capitulo memorato vigore quarumdam Sententiarum olim contra vos, et predecessores vestros prolatarum per Patriarchas Aquilegenses vultis ut tenemini exhibere propter quod penas in dictis Sententiis contentas vos non est dubium incurrisse. Item ipsos indebite, et contra veritatem diffamatis, et diffamari facitis de pluribus enormitatibus, et criminibus, que nunquam asserunt perpetrasse. Quare a nobis humiliter petierunt, ut de tantis gravaminibus, et injuriis, et predictis omnibus eisdem, et dicto Capitulo justitiam faceremus. Nos autem eisdem non volentes in justicia deficere, Vos pater perhemptorie requirimus, et monemus quatenus die ultima presentis mensis si feriata non fuerit, aliter proxima sequenti non feriata, cum continuatione sequentium dierum coram nobis legittime comparere curetis eisdem Sindicis, et procuratoribus de predictis in justitia responsuri, audituri, et facturi quod dictaverit ordo juris. Alioquin elapso dicto termino, quem vobis pro duobus Edictis, et uno perhemptorio assignamus, procedemus in causa vestri absentia non obstante, et vobis ulterius non citatis.

Ceterum ad instructionem vestram vobis tenore presentium indicamus quod vos per Edictum perhemptorium in vestra Polensi Ecclesia requiri fecimus in predictis, ne de citatione vestra ulla infitiatio pretendi valeat vel proponi.

Datum Utini in Palatio Patriarchali VIIII Junii, Indictione II (1334).

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

634

Anno 1334.

30 Giugno. — Udine.

Continuazione di processo tra Vescovo Sergio di Pola e Capitolo per rifiuto di frutti e corrisponsioni.

(Atti del Notajo e Cancelliere patriarcale di Udine Gubertino da Novate).

Die ultimo mensis Junii. Presentibus Venerabilibus viris dominis Francisco Custode Meliorantia Canonico Ecclesiae Utini, et presbitero Bartholomeo Canonico Polense etiam ad hoc vocatis et rogatis.

In presentia domini Vicarii suprascripti constitutus discretus vir dominus presbiter Andreas Archidiaconus Ecclesiae Polensis exposuit, et dixit, Reverende Pater, et domine, sicut in actis vestrae Curiae continetur, ad instantiam, et requisitionem mei Archidiaconi predicti conquerentis de Venerando patre, et domino Sergio Episcopo Polense per litteras vestras trina monitione, et perhemptoria citari fecistis eumdem dominum Episcopum, quatenus hodierna die, videlicet ultimo mensis Junii coram vobis legittime compareret michi de justitia responsurus, que quidem littere citatorie vestre, eidem domino Sergio Episcopo Polensi personaliter invento fuere presentate solempniter, et dimisse, sicut plena patet per publicum Instrumentum scriptum manu Demelde Notarii in predictis Millesimo, et Indictione die duodecimo mensis Junii, quod Instrumentum ex nunc producto in favorem meum, et ipse Dominus Episcopus nec per se, nec per alium comparuit, nec comparet in ipso termino per vos eidem perhemptorio assignato, propter quod ipsius domini Episcopi Polensis accuso contumatiam, et omni modo, et jure quibus melius possum ipsum contumacem pronunciari, et aliter tamquam contra contumacem juris remediis procedi peto, ipsumque michi in expensis ob hoc hucusque factis condempnari, protestans de in posterum faciendis. Qui dominus Vicarius, habita fide Instrumenti predicti ibidem producti visi, et per me Notarium infrascriptum verbotenus lecti, volens eidem domino Episcopo gratiam facere, in crastinum dictum terminum prorogavit ad deliberandum supra dictis, ac etiam procedendum prout de jure fuerit. Tenor autem Instrumenti prenominati per omnia noscitur esse talis. — In Christi nomine Amen, Anno Nativitatis ejusdem Millesimo trecentesimo tricesimo quarto. Indictione secunda, die duodecimo mensis Junii. In presentia mei Notarii, et Testium infrascriptorum. Constitutus discretus vir Aliotus qm. Jacobi de Parisio habitator Urbis Cursor coram Venerando in Christo patre, et domino, domino Sergio Dei gratia Episcopo Polense presentavit, exhibuit, et dimisit eidem domino Episcopo ex parte Venerandi viri domini Guilielmi Decani Aquilegensis decretorum Doctoris Vicarii et Conservatoris Ecclesiae Aquilegensis pastore vacantis a Reverendo in Christo patre et domino, domino Bertrando Dei gratia Ostiense et Velletrense Episcopo Apo-

stolice Sedis Legato deputati, quasdam litteras citatorias apertas a tergo sigillatas Sigillo ipsius domini Guilielmi Decani predicti, quarum tenor talis est. Venerando in Christo patri domino Sergio Dei gratia Episcopo Polensi, Guilielmus Decanus Aquilegensis Decretorum Doctor Vicarius, et Conservator ejusdem Ecclesiae Pastore vacantis pro Reverendo in Christo patre et domino, domino Bertrando Dei gratia Ostiense, et Velletrense Episcopo Apostolicae Sedis Legato, Salutem in Domino.

Ad presentiam nostram veniens providus vir presbiter Andreas Archidiaconus Polensis Nobis exposuit cum querela, quod vos ipsum circa possessionem, et executionem sui Archidiaconatus multipliciter impeditis, non sine gravi aliorum periculo animarum. Item fructus, et proventus ad ipsum Archidiaconatum spectantes, eidem violenter accipitis, et accipi facitis, et in ipsorum perceptione, ipsum plurimum infestatis, et infestari facitis de pluribus enormitatibus, et criminibus que nunquam asserit perpetrasse. Quare a nobis humiliter et petiit ut de tantis gravaminibus, et injuriis sibi justitiam faceremus. Nos autem sibi non volentes in justitia deficere, vos pater perhemptorie requirimus, et monemus, quatenus die ultima presentis mensis si feriata non fuerit, alia proxima sequenti non feriata cum continuatione sequentium dierum coram nobis legittime comparere curetis eidem Archidiacono de predictis in justitia responsuri, audituri, et facturi quod dictaverit ordo juris. Alioquin elapso dicto termino quem vobis pro duobus edictis, et uno perhemptorio assignamus, procedemus in causa vestri absentia non obstante, et vobis ulterius non citatis. Caeterum ad instructionem vestram vobis tenore presentium indicamus quod vos per edictum perhemptorium in vestra Polensi Ecclesia requiri fecimus in predictis, ne de citatione ulla infitiacio pretendi valeat vel proponi. Datum Utini in Palatio Patriarchali VIIII Junii. Indictione II.

Quas quidem litteras prefatus dominus Episcopus in quantum de jure tenetur et debet recepit, et admisit, et non aliter dicens et prestans quod nisi sibi primo constaret de jurisdictione ipsius domini Decani, si quam habebat ipsum decanum non credebat fore Vicarium vel Conservatorem ipsius Ecclesiae Aquilegensis, nec eum pro tali habebat, vel reputabat, vel per ipsum dominum Legatum fore constitutum, et quia ipse dominus Legatus de sua legatione exivit, ipsum non credebat, nec reputabat legatum, sed ejus Legatio expiraverat, et finita erat, et sic per consequens jurisdictio ipsius domini Decani si quam habebat expiraverat, quia cessante causa, cessat effectus.

Actum Venetiis in Contrata Sancti Mathei de Rivoalto in domo domini Philippi de Lafontana habitationis ipsius domini Episcopi, presentibus discretis viris dominis Paulo de Piro Notario Curiae Tervisinae habitante Venetiis in Contrata Sancti Felicis, Philippo qm. domini Canemboni de Andrea de Padua Notario habitante Venetiis in Contrata Sancti Martini, et Nello de Facinellis de Luca dicto Porcaia habitante Venetiis in Contrata Sanctae Sophiae Testibus ad predicta vocatis, et rogatis, et aliis. Ego Demelde qm. Johanis de pistore Imperiali Auctoritate Judex ordinarius, et Notarius publicus predictis omnibus interfui rogatus scripsi, et fideliter publicavi. Item dictus Archidiaconus produxit quasdam petitiones hujus tenoris, Coram vobis Venerando viro domino Guilielmo Decano Aquilegense Vicario, et Conservatore ejusdem Ecclesiae pastore vacantis, dico, et expono ego presbiter Andreas Archidiaconus Ecclesiae Polensis, quod Venerandus Pater dominus Sergius Episcopus Polensis contra Deum, et justitiam, et alia indebite molestavit, et molestat me, et Archidiaconatum predictum, et jura mea, et Archidiaconatus super omnibus, et singulis infrascriptis. In primis quod dominus Episcopus predictus extorsit circam, et cathedraticum in Diocesi Polense ab illis qui tenebantur, et tenentur mihi solvere, mandans predictis quod mihi non debeant de premissis respondere, et etiam quod mihi tamquam Archidiaconi respondere non debeant, nec in Archidiaconum nominare, seu tractare omni causa iusta

prorsus remota. Item quod me indebite, et contra veritatem diffamat, et diffamare facit de pluribus enormitatibus, et criminibus, que nunquam perpetravi teste Deo, nec etiam fui aliquando, vel sum apud graves, et bonos me cognoscentes in talibus ipsius Summi Dei gratia diffamatus, et sic nititur proposse detrahere famam meam in meum dedecus maximum et gravamen. Item quod ego non possum audire causas in majori Ecclesia Polensi contra consuetudines Archidiaconatus predicti a tanto tempore quo memoria non existit observatas, in quorum omnium possessione vel quasi pacifice et quieta, tam predecessores mei, quam ego fuerunt, et eram, et adhuc a dicta possessione vel quasi de jure non suspicor me repulsum, licet de facto dictus dominus Episcopus me violenter ejecerit. Quare peto per vos ut desistat a turbatione, violentia, et injuria, ac molestia, et diffamatione supradictis, sibique super predictis omnibus, et singulis perpetuum scilentium imponendo, ac condempnari eumdem debere pro dampnis et injuria que facio propterea Centum Florenos auri. Et predicta peto omni modo jure et forma, quibus melius petere possum. Salvo jure addendi, et minuendi, mutandi, et corrigendi, et declarandi. Petens insuper expensas hujusmodi occasione factas, quas facio Florenos XXV, et de faciendis in posterum protestor suo loco, et tempore declarandis, protestans quod ad predicta omnia, et singula probanda me non astringo, nisi id solum quod michi sufficiat de predictis.

Actum Utini in Palatio Patriarchali.

Die primo mensis Julii, presentibus Venerandis et discretis viris dominis Francisco Custode Ecclesiae Utinensis, presbitero Bartholomeo Canonico Polensi, et Johanolo de Lissono Testibus et aliis.

Coram dicto domino Vicario comparente presbitero Andrea Archidiacono Polensi in termino ad hodiernam diem per dictum dominum Vicarium prorogato, iterum contumaciam prefati domini Episcopi Polensis accusavit, et petiit ipsum contumacem pronuntiari, et aliter contra eum, tamquam contra eum, tamquam contra contumacem prosedi, et in expensis hucusque factis contumacem procedi, et in expensis hucusque factis condempnari. Qui dominus Vicarius audita petitione predicta, habita deliberatione solempni, eumdem dominum Episcopum contumacem pronuntiavit, ipsumque in expensis hucusque factis condempnavit, retenta in se taxatione ipsarum, et quesito a dicto Archidiacono quantum expenderat pro dicta causa hucusque asseruit ipse Archidiaconus quod expenderat duodecim Florenos auri cum dimidio, quos quidem dictus dominus Vicarius taxavit in octo Florenos auri, et eidem Archidiacono per dictum dominum Vicarium delato juramento si expendiderat in dicta causa dictos octo Florenos tactis sacrosanctis scripturis corporaliter juravit supra Sancta Dei Evangelia illos expendisse pro dicta causa, et ultra.

Actum ut supra.

Venerabili in Christo patri domino Sergio Dei gratia Episcopo Polensi, Guilielmus Decanus Aquilegensis Decretorum Doctor Vicarius, et Conservator ejusdem Ecclesiae pastore vacantis, pro Reverendo in Christo patre, et domino domino Bertrando Dei gratia Ostiense, et Velletrense Episcopo Apostolicae Sedis Legato Salutem in Domino. Quia non comparuistis in termino, quem vobis prefiximus super gravaminibus et molestiis quas presbiter Andreas Archidiaconus vester se recepisse et continue recipere a vobis asserit circa possessionem sui Archidiaconatus. Item ad probanda crimina de quibus ipsum diffamabatis continue, Nos licet inniti, urgente tamen justitia, et dicto Archidiacono instante, ac vestram contumaciam accusante, vos pronunciamus contumaces, vosque etiam ad expensas condempnamus, quas idem Archidiaconus se occasione dictae contumatiae fecisse proposuit; quas ab eodem juramento recepto, juxta morem, in octo Florenos auri taxavimus. Et quia verbales Sententiae nichil prosunt, nisi executio sequatur ipsarum, Vos perhemptorie requirimus, et monemus, quatenus dictos octo Florenos, eidem assignasse curetis infra quindecim dies a presentatione presentis, quem terminum vobis pro duobus edictis, et uno

perhemptorio assignamus; alioquin vobis ingressum Ecclesie facto contrario interdicimus per presentes. Haec autem fecimus, vestra interpellatione interposita non obstante cum causas expressas in illa omnes manifeste viderimus frivolas, aut carentes pondere veritatis, et maxime illa in qua asseritis dominum nostrum Legatum, legationem non fungi. Adhec quia summarie cognoximus per testes, et famam publicam dictum Archidiaconum impediri circa possessionem et officium Archidiaconatus predicti per vos, aliusque summissas personas, Vos perhemptorie requirimus, et monemus, quod eidem Archidiacono circa possessionem, et administrationem Archidiaconatus predicti nullum publice, vel occulte inferatis obstaculum, seu impedimentum generis cujuscumque, vel per alium procuretis inferri, alioquin si contrarium feceritis, seu procuraveritis fieri, in vos canonica monitione premissa suspensionis Sententiam proferimus in hiis scriptis. Ad alia juris remedia nichilominus si necessitas exegerit processuri. Et quia in beneficiis Ecclesiasticis possessio facti non sufficit, nisi justus titulus ostendatur, idem Archidiaconus super hoc a nobis amonitus, se de justo titulo Archidiaconatus sui legittime obtulit probaturum, quam probationem nolentes admittere sine vestra presentia, et aliorum quorumcumque quorum interesse posset, et qui ipsum negare velent Archidiaconum fore, paternitatem vestram requirimus, et monemus, quatenus XV die a presentatione presentis cum continuatione sequentium dierum, quem terminum, vel subsequentem proxime non feriatum, si feriatum fore contingeret, vobis pro duobus edictis et uno perhemptorio assignamus, coram nobis comparere curetis dicturi, facturi, et obiecturi contra probationem predictam quidquid vobis placuerit. Alioquin prefato elapso termino procedemus secundum quod nobis suggeret ordo juris.

Has autem nostras litteras ad cautellam fecimus registrari, de quarum presentatione, relationi latoris earum nostri in hac parte jurati nuncii, vel Instrumento publico ipsarum seriem continenti dabimus plenam fidem.

Datum Utini in Palatio Patriarchali VIIII Julii, Indictione secunda.

Die X mensis Julii, presentibus Venerabilis viris dominis Nicolao plebano plebis in Treven, Francisco Custode Ecclesiae Utinensis, ac Nobilibus, et discretis viris dominis Volvino de Goritia, et Gabriele Notario de Cremona Testibus et aliis.

Constitutus in presentia predicti domini Vicarii, et mei Notarii infrascripti Paganinus filius Ser Jacobi de Mediolano juravit ad Sancta Dei Evangelia tactis scripturis quod quasdam litteras dicti domini Vicarii apertas et sigillo ipsius a tergo sigillatas, quarum tenor superius annotatur, bona fide presentabit suprascripto domino Episcopo Polensi, et faciet relationem fidelem. Actum Utini in Palatio Patriarchali.

Guilielmus Decanus Aquilegensis Decretorum Doctor Vicarius, et Conservator ejusdem Ecclesiae pastore vacantis pro Reverendo in Christo patre, et domino domino Bertrando Dei gratia Ostiensi et Velletrensi Episcopo Apostolicae Sedis Legato, Discretis viris presbiteris Bartholomeo, et Nicolao Canonicis Polensibus, ac Benedicto Rectori Marane, et Nicolao Rectori Dignani Polensis Diocesis Salutem in Domino.

De probitate vestra confisi, vobis, et vestrum cuilibet comittimus publicationem presentis edicti; requirentes vos nichilominus perhemptorie ac vobis mandantes sub excomunicationis poena, quam si negligentes fueritis, canonica monitione premissa vos, et vestrum quemlibet incurrere volumus ipso facto, quot infra tertiam diem post presentationem presentis vobis factam, quem terminum pro duobus edictis, et uno perhemptorio vobis, et vestrum cuilibet assignamus, ipsum edictum in Polensi Ecclesia in missarum solempniis coram populo, et Clero litteratorie, et vulgariter publicetis, et in foribus dictae Ecclesiae ad notitiam omnium, et singulorum infingatis, vel infingi faciatis.

Nos Guilielmus Decanus Aquilegensis Decretorum Doctor Vicarius et Conservator ejus-

dem Ecclesiae pastore vacantis pro Reverendo in Christo patre et domino, domino Bertrando Dei gratia Ostiense, et Velletrense Episcopo Apostolicae Sedis Legato ad Universorum notitiam deducimus qualiter presbiter Andreas Archidiaconus Polensis comparuit coram nobis, et querela proposita quod Venerabilis in Christo pater dominus Sergius Episcopus Polensis, et quamplures alii, ipsum verum, et legittimum Archidiaconum denegant, interdum asserentes electionem de ipso factam non valuisse pro eo quod Archidiaconatus ipse in papalem reservatus venerat, et interdum quod ipse presbiter Andreas Archidiaconatum resignaverat antedictum, a nobis instanter petiit ut dignaremus contra dictum Episcopum providere, ac videre, et cognoscere utrum verus Archidiaconus existat, et quod inveniremus veritate fulciri, debemus per nostram Sententiam declarare, proponens quod si justum titulum non haberet, ipsum Archidiaconatum in suae animae nolet preiuditium detinere. Quare nolentes hujusmodi probationem intendere, nisi vocatis dicto Polensi Episcopo, qui dicto Archidiacono in ipso titulo principaliter obluceatur, deliberamus, nedum ipsum dominum Episcopum evocare, sed omnes quorum interest, vel interesse posset, ut dictae probationi fiende suam presentiam exhiberent. Quapropter per presens edictum nostrum omnes, et singulos qui sua interesse putaverint publice, et perhemptorie requirimus, et monemus, quot XV die a publicatione presentis edicti quem terminum pro duobus edictis, et uno perhemptorio assignamus coram nobis comparere procurent dicturi, facturi, ac obiecturi, circa probationem predictam quidquid voluerint et eis videbitur expedire. Alioquin dicti Episcopi, et aliorum omnium absentia non obstante procedemus in causa prout dictaverit ordo juris. Mandantes vobis insuper, quot quidquid in premissis duxeritis faciendum, nobis per Instrumentum publicum sumptibus tamen Archidiaconi memorati plenarie intimetis. Has autem nostras litteras predictum edictum continentes ad cautellam fecimus registrari de quarum presentatione relationi latoris earum nostri in hac parte jurati nuncii, vel Instrumento publico ipsarum seriem continenti dabimus plenam fidem.

Datum Utini in Palatio Patriarchali VIIII Julii, Indictione secunda.

Die X mensis Julii, presentibus Venerabilis viris dominis Nicolao plebano plebis in Treven, Francisco Custode Ecclesiae Utinensis, ac nobilibus et discretis dominis Volvino de Goricia, et Gabriele Notario de Cremona Testibus et aliis.

Constitutus in presentia suprascripti domini Vicarii, et mei Notarii infrascripti Paganinus filius Ser Jacobi de Mediolano juravit ad Sancta Dei Evangelia tactis scripturis quod quasdam litteras ex parte dicti domini Vicarii sigillo ejusdem a tergo munitas, quarum tenor superius annotatur, bona fide presentabit presbiteris Bartholomeo, et Nicolao Canonicis Polensibus, ac Benedicto Rectori Marane, et Nicolao Rectori Atignani Polensis Diocesis, et fidelem faciet relationem.

Actum Utini in Palatio Patriarchali.

Die VI mensis Augusti. Presentibus discretis viris presbitero Nicolao Caprarie Canonico Polensi, Magistro Odorico Notario de Utino et Paysio filio Bertoloti de Civitate Austria Testibus ad hec vocatis.

Constitutus in Juditio coram supradicto domino Vicario presbiter Andreas Archidiaconus prefatus accusavit contumaciam domini Episcopi Polensis suprascripti. Dictus vero dominus Vicarius volens eidem domino Episcopo gratiam facere, et parcere contumaci, terminum eidem statutum ad hodiernam diem in causa suprascripta prorogavit in eodem statu usque ad octo dies proximos venturos.

Actum Utini in domo habitationis domini Gabrielis Notarii de Cremona.

Die ultimo mensis Augusti, presentibus Venerabilis viris dominis Fratre Johane Abbate Monasterii Rosacensis, et Jacobo de Carraria Canonico Civitatis Testibus et aliis.

Coram Venerabili Viro domino Bernardo de Lacu licentiato in legibus, Apostolicae Sedis Nuncio Vicario Reverendi in Christo patris domini Bertrandi Dei gratia Sanctae Sedis Aquile-

gensis Electi comparens presbiter Andreas Archidiaconus predictus, quamdam produxit Cedulam hujus tenoris, et formae, Coram vobis Venerabili viro domino Bernardo de Lacu licentiato in legibus Apostolicae Sedis Nuncio Vicario Reverendi in Christo patris domini Bertrandi Dei gratia Sanctae Sedis Aquilegensis Electi exponit presbiter Andreas Archidiaconus Polensis, quod cum Venerabilis Pater dominus Sergius Episcopus Polensis contra Deum, et justitiam ab Anno citra proprio motu ipsum presbiterum Andream Archidiaconum Polensem perturbavit, et de facto nunc perturbat possessione vel quasi ipsius Archidiaconatus expoliando ipsum Cathedratico, jure visitationis pro anno debito ipsi Archidiaconi et Archidiaconatui suo, impediendo etiam eum in perceptione fructuum dicti Archidiaconatus, diffamando · eum quod non erat Archidiaconus, et mandando subiectis ut ei tamquam Archidiacono decetero non pareret, nec responderent, et ob hoc per Collegam vestrum fuit monitus, et bis citatus ut incertum terminum jam elapsum deberet desistere a predictis, et ipsum Archidiaconum in pace dimittere. Et quia idem dominus Episcopus in termino comparere non curavit, dictus Collega vester ipsum exigente justitia pronunciavit contumaciam, ipsumque condempnavit in octo Florenis auri pro expensis, mandans per alias litteras suas ut in XV dies dictos Florenos solvere deberet sub pena ingressus Ecclesiae, quod idem Episcopus inobediens omnino facere recusavit, et sic penam predictam incurrit. Mandans etiam ut ab omni turbatione et molestia dicti Archidiaconi et Archidiaconatus sui radicitus cessare deberet sub pena suspensionis a Divinis, quod facere recusavit et sic penam suspensionis incurrit. Mandavit insuper ipsi domino Episcopo ut in dictum tempus compareret coram eo allegaturus et propositurus quidquid intendebat contra titulum Archidiaconatus, et Canonicatus presbiteri Andreae predicti. Quare cum omnes termini sint transacti, ipseque dominus Episcopus semper contumax fuerit, petit idem presbiter Andreas nomine suo et sui Archidiaconatus ipsum dominum Episcopum per vos, et vestram Sententiam pronunciari privatum ingressu Ecclesiae, et suspensum a divinis, et per censuram Ecclesiasticam cogi ad solutionem dictorum octo Florenorum, et ad alias expensas postea factas in litte, quas ex nunc extimat decem Florenos aureos, et ad dampna, et interesse quenxtimat alios decem Florenos auri, et quod per vos, et vestrum offitium examinentur jura sua super titulo Archidiaconatus, et Canonicatus, et pronuntietur per vos ipsum habere verum et justum titulum in Archidiaconatu, et Canonicatu Polensi, cogendo ipsum Episcopum per juris remedia ad restitutionem Cathedratici, et aliorum jurium contentorum in petitione sua, quibus dictus Episcopus eumdem indebite spoliavit.

Actum Civitatis Austriae in hospitio domini Abbatis Testis supradicti.

Bernardus de Lacu licentiatus in legibus, Apostolicae Sedis Nuncius Vicarius Reverendi in Christo patris domini Bertrandi Dei gratia Sanctae Sedis Aquilegensis Electi, Venerando in Christo patri domino Sergio Dei gratia Episcopo Polensi Salutem in Domino. Dudum Collega noster dominus Guilielmus Aquilegiae Decanus ad instantiam, et requisitionem presbiteri Andreae Archidiaconi Polensis vos per plura edicta fecit ad suam presentiam convocari responsuros de jure eidem presbitero Andree quibusdam gravaminibus, que sibi ut asserit contra justitie debitum intulistis, Vos vero in omni termino comparere contumaciter recusatis, et ob hoc per eumdem Collegam nostrum pronunciati fuistis contumaces, et in octo Florenis aureis eidem Archidiacono condempnati, quos sub pena ingressus Ecclesiae, de ipsius College nostri mandato eidem Archidiacono in certum terminum jam elapsum solvere debuistis, fuitque vobis mandatum sub pena suspensionis a divinis, ut ab omni perturbatione, et molestatione Archidiaconatus prefati cessare debetis. Et si qua contra titulum Archidiaconi predicti opponere intendebatis, in dictum terminum diutius jam elapsum, coram Collega prefato comparere deberetis. Aliter idem Collega noster ad discussionem negotii principalis procederet in quantum exigeret ordo juris. Idem vero Archidiaconus per se ipsum in omni termino se presentans semper vestram contumaciam accusavit. Modo

vero in ultimo termino prorogato constitutus coram nobis idem Archidiaconus cum instantia requisivit, ut vos pronunciare deberemus privatum ingressu Ecclesiae, suspensum a divinis, et cogeremus per juris remedia ad solvendum octo Florenos in quibus fuistis in expensis condempnati, et pronunciaremus eumdem verum, et legittimum titulum habere in Archidiaconatu, et Canonicatu Polensi, offerens se paratum de predictis omnibus per publica Instrumenta nobis facere plenam fidem, petens nichilominus quod vos in expensis postea factis condempnare deberemus. Nos vero petitionem ejusdem Archidiaconi viridicam reputantes, non volentes ei in justitia deficere benigne tamen volentes ob reverentiam Pontificalis offitii vobiscum agere ex superhabundanti, Vos pro primo, secundo, et tertio termino perhemptorio requirimus, et monemus, quot in spatium decem dierum numerandorum a presentatione presentis, quorum tres pro primo, tres pro secundo, et reliquos quatuor pro tertio, et perhemptorio termino assignamus, coram nobis legittime comparere debeatis ubicumque fuerimus in Diocesi Aquilegensi, opposituri et allegaturi contra titulos presbiteri Andreae predicti in Archidiaconatu, et Canonicatu Polensi. Aliter vestri absentia non obstante procedemus ad pronuntiationem super titulis dictorum Archidiaconatus, et Canonicatus in quantum de jure fuerit. Mandantes vobis ut in predictum terminum quem vobis pro primo, secundo, et tertio termino perhemptorio assignamus, et monitione Canonica sub pena ingressus Ecclesiae, quam si contrafeceritis, ex nunc in personam vestram proferimus in hiis scriptis, quatenus de octo Florenis auri taxatis per Collegam nostrum pro expensis dicti Archidiaconi, et de octo quos sibi etiam taxavimus ejusdem Archidiaconi juramento subsecuto pro expensis postea factis in litte, integraliter satisfacere, et respondere studeatis. Aliter elapso termino antedicto ad denuntiationem vestram procedemus, et ad alia graviora sicut dictaverit ordo juris. Has autem litteras ad cautellam fecimus registrari, de quarum presentatione relationi latoris earum cum juramento, vel Instrumento publico ipsarum seriem continenti dabimus plenam fidem.

Datum in Civitate Austria primo Septembris Indictione secunda.

Die IIII mensis Octubris. Coram Venerando Viro domino Guilielmo Decano Aquilegensi Decretorum Doctore Vicario Reverendi in Christo patris domini Bertrandi Dei gratia Sanctae Sedis Aquilegensis Electi, comparuit presbiter Andreas Archidiaconus predictus, et accusavit contumaciam prefati domini Episcopi Polensis citati per suprascriptum dominum Bernardum de Lacu Vicarium, et non comparentis, petens ipsum pronunciari contumacem, et in expensis condempnari, aliterque procedi contra dictum dominum Episcopum, et in causa predicta ut postulat ordo juris, ac dicens, quod causa propter quam in termino statuto non comparuit cum relatione presentationis predictarum litterarum citatoriarum fuit, quia in nuncius qui ferebat Instrumenta presentationis hujusmodi litteram fuit adeo impeditus in Mari propter ventum contrarium, et alia obstacula legittima, quod in termino nequivit accedere ad partes istas cum dictis Instrumentis, quod idem Archidiaconus se obtulit legittime probaturum, dictus vero dominus Vicarius prefatum dominum Episcopum, potissime quia nec in termino, nec post terminum comparuit per se, vel idoneum responsalem pronunciavit contumacem, statuens ei terminum de gratia ad purgandum contumaciam suam usque ad quindecim dies proximos, et ipsum dominum Episcopum in expensis ob hoc factis condempnavit, quarum taxationem, dicto domino Bernardo et sibi reservavit usque ad tres menses.

Actum Utini in hospitio domini Gabrielis Notarii de Cremona.

Die XXVI mensis Octubris, presentibus religiosis viris fratribus Leone Lectore et Francischino Glemonense ordinis minorum Conventus Utini, ac Josepho de Motio Testibus et aliis.

Coram dicto domino Vicario constitutus presbiter Andreas Archidiaconus prefatus, predicto domino Episcopo Polensi per contumaciam absente produxit quemdam libellum, cujus tenor talis est. Coram vobis reverendo viro domino Guilielmo Decano Aquilegensi decretorum Doctore

Vicario Reverendi patris, et domini, domini Bertrandi Sanctae Sedis Aquilegensis Electi, Ego presbiter Andreas Archidiaconus Ecclesiae Polensis dico quod cum alias comparuerim coram vobis, et querelam proposuerim contra dominum Episcopum Polensem ex eo quod ipse dominus Episcopus jam est diu mihi inhibuit circham et cathedraticum in Diocesi Polensi que michi ratione mei Archidiaconatus ex antiqua consuetudine competebat, mandans illis de Diocesi, et aliis quod michi in hiis, vel aliis non debeant tamqnam Archidiacono respondere, nec me Archidiaconum nominarent. Item ex eo etiam quod cum michi ratione dicti Archidiaconatus ex antiqua consuetudine competeret jus audiendi causas in majori Ecclesia Polensi, et in possessione quasi ipsas causas ibidem audiendi fuerim ego, et predecessores mei jam sunt XX et XXX Anni, et tantum plus cujus contrarium non existit, idem dominus Episcopus michi inhibuit, et inhibet ibidem audientiam ipsarum causarum me spoliando possessione et quasi dicti Archidiaconatus, et jurium predictorum indebite sine causa, et ob inde petii per vos me restitui ad predicta, et ipsum dominum Episcopum compessi ut ab omni turbatione, injuria, et molestia mei desistat in predictis, et circa, petendo etiam michi ipsum condempnari in Centum Florenos auri pro dampnis, interesse, et expensis, que, et quas incurri occasionibus supradictis, Vos hiis auditis ipsum dominum Episcopum citare, et requiri fecistis sub interminationibus penarum quod coram vobis certis terminis jam elapsis comparere deberet, super hiis michi de justitia responsurus, qui nequaquam comparuit, sed in contumacia persistendo incurrit Sententias per vos latas, et michi eumdem in octo Florenos pro expensis habitis condempnastis, et deinde ad ejus malitiam convincendam iterato per Reverendum virum dominum Bernardum de Lacu licentiatum in legibus Vicarium Venerandi patris domini Bertrandi Electi Aquilegensis idem dominus Episcopus extitit requisitus, et monitus ut intra certa tempora jam elapsa comparere deberet allegaturus, et dicturus quidquid velet contra titulum mei Archidiaconatus, et Canonicatus exprimendo quod si non compareret super ipsis pronunciaretur titulum, ejusdem domini Episcopi absentia non obstante, monens etiam eumdem dominum Episcopum, et eidem demandans, quot in certum terminum jam elapsum michi deberet solvere dictos octo Florenos per vos taxatos, et alios octo taxatos per ipsum dominum Bernardum pro expensis factis in lite ob contumaciam domini Episcopi memorati, ipse vero dominus Episcopus contumaciter comparere cessavit, et etiam michi satisfacere de Florenis taxatis ut superius est premissum. Quare cum ipse dominus Episcopus indurato animo, in contumacia, et rebellione persistat, supradictas querelas adversus eum iterum renovando Vobis supplico, quot dignemini ipso domino Episcopo nequaquam ulterius requisito me ad dictum Archidiaconatum, et predictum Canonicatum, et possessionem, et quasi ipsius, et jurium predictorum reintegrare, et ipsum dominum Episcopum condempnare ad restitutionem ipsorum, atque compellere eumdem juris remediis ut eadem jura michi dimittat pacifice, et quiete, quodque cesset, et cessare debeat a diffamatione predicta, et per excomunicationem, et alia juris remedia eumdem compellere ut michi satisfaciat de predictis Florenis, et cum Sententias in ipsum latas non timeat, ita quod aliis remediis opus est, vobis supplico quot exigente contumacia nimia ejus, me velitis mittere in possessionem bonorum et jurium dicti Episcopatus pro dictis Centum Florenis in una parte, et XVI Florenis in alia, ita quod michi ex ipsis bonis propter ejus nimiam contumaciam michi fructus, et redditus ipsorum bonorum percipere liceat, vel ipsi fructus apud aliquem prout vobis videbitur salvandi reponantur usque ad summam ipsorum CXVI Florenorum, et ipsos fructus qui taliter percipientur michi decernere in solutum pro primo et secundo decreto pro quantitatibus supradictis, jurans quod dampna incurri predicta et expensas feci usque in quantitatem predictam ob supradicta que adversus me ipse dominus Episcopus fecit, et comisit. Peto etiam insuper expensas alias factas per me in dicta causa a dicto tempore citra quo dicte expense taxate fuere per ipsum dominum Bernardum, quas ascendere dico X Florenos auri, et alias expensas que fient usque ad finem

littis, et ad penas in vestris processibus, et supradicti domini Bernardi contentas, quas ipse
minus Episcopus incurrit ipsum pronuncietis, et pronunciari faciatis, et dico quod ad hec
alia citatione ipsius domini Episcopi potestis procedere, cum ipse tam per vos, quam per ip
dominum Bernardum ad universa cause requisitus personaliter cessaverit contumaciter compar
et etiam cum a vobis recesserit manifeste frustatorie appellando, et ad justificationem predicto
etiam de novo rursum coram vobis produco Instrumento que alias produxi coram vobis ad
bationem juris mei. In primis quodam Instrumentum scriptum manu magistri Bracii de Leo
Notarii de citatione facta Canonicis Polensibus per nuntium juratum dicti Capituli ut interes
Capitulo causa eligendi unum Canonicum ad prebendam vacantem per mortem domini presbi
Nicolai Canonici Polensis, et Scolastici ipsius Ecclesiae, et Archidiaconum vacantem per mor
domini presbiteri Poponis Archidiaconi Polensis in Millesimo trecentesimo vigesimooctavo, In
tione undecima, die vigesimotertio mensis Augusti. Item duo compromissa facta in dominum p
biterum Pacem in causa predicta per dominum Franciscum Scolasticum, et Bortholomeum Ca
nicos Ecclesiae Polensis, et de electione in me facta per supradictum dominum presbiterum Pa
scripta per suprascriptum Brancium in dictis Millesimo, Indictione, et die. Item Instrumen
acceptationis per me factae de electione Canonicatus predicti scriptum per sepedictum Branc
in dictis Millesimo, Indictione, et die penultimo Augusti. Item Instrumenta duo de Archidia
natu similiter per ipsum Brancium scripta. Item Instrumentum edicti facti in Ecclesia su
Canonicatu, et Archidiaconatu Polensi scriptum per Ser Franciscum Notarium Polensem in di
Millesimo, Indictione, et die sexto mensis Septembris. Item Instrumentum confirmationis Can
catus, et Archidiaconatus predictorum, et possessionis scriptum per Leonardum Scinole Polen
in dictis Millesimo Indictione, et die quintodecimo mensis Septembris. Dictus vero dominus
carius decernens Copiam dicti libelli prefato domino Episcopo vel cuicumque persone legitt
pro eo petenti, statuit sibi terminum ad ipsam copiam habendam, et respondendum dicto lib
diem Sabbati proxime venturam.

Actum ut supra.

MCCCXXXIIII Indictione secunda die secundo mensis Julii, presentibus discretis v
domino Guilielmo de Cremona filio domini Saveri Canonico Aquilegensi, domino Gabriele Not
de Cremona, et Francisco de Laude Notario Testibus ad hoc specialiter vocatis et rogatis.

Constituti in presentia Venerandi Viri Domini Guilielmi Decani Aquilegensis et Vic
Reverendi in Christo patris domini Bertrandi Dei gratia Sanctae Sedis Aquilegensis Electi,
reverendo ..... discreti viri presbiter Bartholomeus Canonicus Polensis, et Guarnerius fi
Nicolai de Capraria Polensis, delato eisdem per me Gabrielem Notarium juramento de ips
domini Vicarii mandato de veritate dicendo super impedimentis que sciret inferri per Venerand
Patrem dominum Sergium Episcopum Polensem discreto viro domino presbitero Andreae Ar
diacono Polensi, circa possessionem et officium Archidiaconatus sui predicti, juravere ad Sa
Dei Evangelia corporaliter tactis scripturis, remotis odio, amore, timore, pretio, et prece. Et
dictus premissis quod sciret, respondit, et dixit quod verum est, quod dominus Episcopus Pole
prefatus impedit eum in suo Archidiaconatu, et dicti Archidiaconatus, in cujus pacifica possessi
fuit a tribus citra, et ultra. Interrogatus quomodo scit hoc, respondit quod presenti de temp
septuagesime dictus dominus Episcopus extorsit Cathedraticum ab allis Clericis qui pro d
tempore tenebantur ipsum Cathedraticum solvere Archidiacono memorato, nec permisit eum fac
visitationem quam debebat, et inhibuit omnibus ne responderent sibi de juribus suis, et ad
inhibet, et quod non nominarent, nec nominent ipsum in Archidiaconem sub multis penis, et
vationis, et excomunicationis omni justa causa prorsus remota. Et hec scit quia in omnibus
dictis interfuit, et litteras ipsius domini Episcopi, et Vicarii super hiis vidit, audivit, et legit

quod ista non sunt ignota alicui Civi Polensi, sed omnibus per Polensem Diocesim comuniter notoria et manifesta. Interrogatus si amore, timore, hodio vel prece premissa dixit, respondit eum juramento quod non dixit ea, nisi quia sic se habet pura veritas.

Eodem die Guarnerius Testis prefatus juratus, et interrogatus ut supra, respondit quod dominus Episcopus prefatus prestitit, et prestat prefato Archidiacono impedimentum super dicto Archidiaconatu suo, quia accepit sibi Unam Ecclesiam appellatam Sanctus Petrus de Pudinzano spectantem ad dictum Archidiaconatum. Item quia dixit quod dominus Episcopus fecit hoc anno visitationem Clericorum, que spectabat dictum Archidiaconatum. Item dixit quod dictus Episcopus dixit quod non est Archidiaconus dictus presbiter Andreas. Interrogatus quomodo scit hec, respondit quod audivit dici dictum dominum Episcopum accepisse dicto Archidiacono Ecclesiam prefatam, et vidit, et auvidit dici, quod idem dominus Episcopus fecit visitationem premissam, et audivit dictum dominum Episcopum dicere de ore suo, quod dictus presbiter Andreas non erat Archidiaconus. Interrogatus si amore, timore etc. ut supra respondit, quod illa dixit quia sic est veritas.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

mnibus per Polensem Diocesim communiter
dio vel prece premissa dixit, respondit eam
ıra veritas.
, et interrogatus ut supra, respondit quod
o Archidiacono impedimentum super dicta
ı appellatam Sanctus Petrus de Pudinzano
it quod dominus Episcopus fecit hoc anno
conatum. Item dixit quod dictus Episcopus
dreas. Interrogatus quomodo scit hec, re-
ı accepisse dicto Archidiacono Ecclesiam
Episcopus fecit visitationem premissam, et
, quod dictus presbiter Andreas non erat
ıupra respondit, quod illa dixit quia sic

Dr. Cumano.

Anno 1334.

30 Giugno, Indizione II. Udine.

Processo fra Vescovo Sergio di Pola e Capitolo per rifiuto di frutti e co risponsioni.

(Atti del Notajo e Cancelliere patriarcale di Udine Gubertino da Novate).

MCCCXXXIIII. Indictione II. Die ultimo mensis Junii, pre
sentibus Venerandis viris dominis Francisco Custode Meliorantia Canonic
Ecclesiae Utinensis, et presbitero Bartholomeo Canonico Polensi Testibus ad hec vocati
et rogatis.

In presentia domini Vicarii suprascripti, Constitutus discretus vir dominus presbit
Andreas Archidiaconus Ecclesiae Polensis Sindicus, et procurator Capituli Polensis, ut de pr
curatorio patet publico Instrumento scripto manu Antonii qm. Ser Angeli de Pola Imperiali au
toritate Notarii sub predictis Millesimo, et Indictione, die vero lunae ultimo mensis Februa
ibidem viso, et lecto per me Gubertinum Notarium infrascriptum, ac etiam per ipsum dominu
Archidiaconum in Judicio producto, cujus tenor per omnia inferius annotatur, exposuit, et dix
Reverende Pater, et domine, sicut in actis vestrae Curiae continetur, ad instantiam, et requis
tionem mei Archidiaconi predicti, et Diaconi Alberti de Pergula Canonici Polensis Sindicoru
et procuratorum Capituli Polensis procuratorio nomine antedicto conquerentium de Venerabi
Patre, et domino Sergio Episcopo nostro Polensi per litteras vestras trina monitione, et perhemp
toria citari fecistis eumdem dominum Episcopum, quatenus hodierna die, videlicet ultima mens
Junii coram vobis legittime compareret, vobis antedicto nomine de justitia responsurus, que qu
dem littere citatorie vestre eidem domino Sergio Episcopo Polensi personaliter invento fuere pr
sentate solempniter, et dimisse sicut plene patet per publicum Instrumentum scriptum manu D
melde Notarii in predictis Millesimo et Indictione, die vero duodecimo mensis Junii, quod Instr
mentum ex nunc produco in favorem meum, et Capituli memorati. Et ipse dominus Episcop
nec per se, nec per alium comparuit, nec comparet in ipso termino per vos, ipsi perhemptor
assignato. Quare meo et Sindicario, et procuratorio nomine antedicto ipsius domini Episco
Polensis accuso contumatiam, et omni modo, et jure quibus melius possum ipsum contumace
pronunciari, et aliter contra eum tamquam contra contumacem juris remediis procedi peto, ip
sumque michi antedicto nomine in expensis ob hoc hucusque factis condempnari, protestans
in posterum faciendis. Qui dominus Vicarius habita fide Instrumenti predicti ibidem product

visi, et per me Notarium predictum verbatenus lecti, cujus tenor etiam sequitur infra, volens eidem domino Episcopo Polensi gratiam facere, in crastinum dictum terminum prorogavit ad deliberandum super predictis ac etiam procedendum ut de jure fuerit. Tenor autem predicti talis est. In Christi nomine Amen. Anno ejusdem a Nativitate Millesimo trecentesimo tricesimo quarto, Indictione secunda, die lunae ultimo mensis Februarii Pontificatus Sanctissimi Patris et domini nostri, domini Johanis Papae XXII Anno decimooctavo. Polae in loco qui dicitur Terzario. Presentibus Adalgerio Notario qm. Ser Leonis, Francisco qm. domini Mathei Caprarie, et Marco Ostiario et nuncio infrascripti Capituli, et aliis.

Ibique discretis viris dominis presbitero Andrea Archidiacono, Francisco Scolastico, Alberto Diacono, Nicolao presbitero, presbitero Floriano, et Dominico de Exio Canonicis Ecclesiae Polensis, super infrascriptis specialiter ad Capitulum more solito, et loco debito congregatis, et ad hoc specialiter citatis per Marchum Hostiarium et nuntium juratum Capituli, ut de citatione patet publico Instrumento scripto manu mei Antonii Notarii infrascripti in dictis Millesimo, Indictione, et die vocatis etiam in presentibus Sergio de Chataro, et presbitero Puliano, qui se dicunt Cannici Ecclesiae antedicte propriis Canonicis. Idem dominus Archidiaconus proposuit tamquam major, dicens, cum super nonnullis gravaminibus nobis illatis per Venerandum Patrem dominum nostrum dominum Sergium Episcopum Polensem appellaverimus in scriptis ad audientiam Reverendissimi in Christo Patris domini Bertrandi Ostiensis, et Velletrensis Episcopi Apostolicae Sedis Legati, et tempus instet ad prosequendum, ne appellationes nostre per lapsum temporis videantur deserte, et sic nobis, et Capitulo, ac nostris, et Capituli juribus preiuditium generetur rememorando ortor, ut videamus viam, et modum quibus defendere possimus jura nostra et dicti Capituli, ad quod sumus sacramentaliter obligati. Quo exposito infrascripti Canonici, Videlicet domini Franciscus Scolasticus, presbiteri Nicolaus, Florianus, et Pulianus presbiter unanimiter, et concorditer fecerunt, constituerunt, ac etiam ordinaverunt predictos discretos viros, presbiterum Andream Archidiaconum, et Albertum Diaconum Canonicos ibidem presentes, volentes, et consentientes, et mandatum sponte suscipientes, et quemlibet eorum insolidum, ita quod non sit melior conditio occupantis, sed quod unus illorum inceperit, et prosequetur, alter ipsorum prosequi valeat, et finire, ipsorum ac dicti Capituli generales procuratores, actores, defensores, negotiorum gestores, et nuntios speciales in omnibus causis, et negotiis suis, litibus, controversiis, ac querelis, tam motis, quam movendis, seu quas habent, vel habituri sunt specialiter cum predicto domino Sergio Episcopo Polensi super dictis appellationibus interpositis, vel alio quovis modo vel causa, et generaliter cum quacumque, vel quibuscumque persona, vel personis Ecclesiastica, vel Ecclesiasticis, seculari, vel secularibus, Collegio, Capitulo, vel Universitate, in Curia Romana, et coram Reverendissimo in Christo patre domino Bertrando legato predicto, ac etiam coram eorum Metropolitano, seu ipsius vices gerente, et generaliter coram quocumque, et quibuscumque Judicibus Ecclesiasticis, et secularibus, et coram quibuscumque auditoribus datis, et dandis, quocumque nomine censeantur, vel quacumque dignitate profulgeant, vel auctoritate ad omnia, et singula sua, et dicti Capituli negotia gerenda, et exercenda, et ad impetrandum, et contradicendum pro ipsis, et dicto Capitulo, et nomine eorum, et dicti Capituli, ac Ecclesiae Polensis tam in Romana Curia, quam etiam in Curia ipsius domini legati, ac etiam eorum Metropolitani, tam litteras simplices, quam legendas gratiam, seu justitiam continentes, et ad eligendum, et recusandum loca, et Judices, ac in eis conveniendum, crimina, excessus opponendum, et ad obligandum personas ipsorum, et bona illorum, et dicti Capituli de observandis omnibus, et singulis que per ipsos procuratores, vel eorum quemlibet promissa, ordinata, procurata fuerint sive gesta, et ad ipsorum absolutionis munus, et benefitium restitutionis in integrum impetrandum, et ad alium, seu alios procuratores loco sui substituendum qui similem potestatem habeant in premissis, et

quolibet premissorum, et eum, vel eos revocandi semel, vel pluries, quotiens sibi, vel eis, vel ipsorum alteri visum erit, et onus dictae procurationis resumendum ipso procuratorio nichilominus in suo robore permanente, et ad mutuum cum quacumque, vel quibuscumque personis maluerit, vel maluerint quod omni summa pecuniae contrahendum, et ad obligandum ipsos constituentes, et prebendas, ac dictum Capitulum, et bona ipsius cuicumque personae, vel jurisdictioni, tam in foro Ecclesiastico, quam in seculari, nec non ab ipsis, vel altero ipsorum pecuniam mutuo receptam expendendum, et convertendum pro ipsorum, et dicti Capituli negotiis, et utilitatibus faciendis, promovendis, et expediendis in Curiis antedictis, et ubilibet qualitercumque eisdem procuratoribus, vel eorum alteri honestius, et utilius visum erit, Dantes et concedentes idem constituentes dictis procuratoribus suis, et eorum cuilibet in solidum, substituto, vel substitutis ad ipsis, vel eorum altero plenam, et liberam potestatem, et administrationem et mandatum speciale, dictas appellationes prosequendi, et aliter agendi pro ipsis, et eorum nomine, ac Capituli prelibati, ipsosque, et ipsum defendendi, petendi, recipiendi, ponendi, positionibus, respondendi, duplicandi, triplicandi, libellum seu libellos offerendi, et oblatis respondendi, litem contestandi, jurandi de calumpnia, et de veritate dicenda in animam suam subeundi, cujuslibet alterius generis juramentum quod postulat ordo juris, et appellandi, appellationes prosequendi, seu appellationes suas aliis appellationibus, vel appellationi adherendi, innovandi, insinuandi, appellos seu dimissorias litteras instanter, et cum instantia petendi, et recipiendi, compromittendi semel, et pluries compromissum seu compromissa pena et fide valandi, Sententias tam diffinitivas, quam interlocutorias audiendi, et generaliter omnia, et singula faciendi, et exercendi tam in juditio quam extra que ipsemet facere, et exercere possent si personaliter interessent, etiam si mandatum exigeret speciale; ita quod generalem et liberam habeant in solidum Administrationem tam ipsi, quam substituti ab eis, vel ab altero ipsorum in omnibus que ad ipsos constituentes, et Capitulum qualitercumque pertinere dignoscuntur, nec non in hiis, que in premissis, et circa premissa, vel premissorum aliquid necessario fuerint opportuna. Promittentes nichilominus se ratum, et firmum perpetuis temporibus habituros quidquid in omnibus, et singulis predictis, et quolibet predictorum, et circa ea predictos procuratores, vel eorum alterum substitutum, vel substitutos ab eis, vel aliquo illorum factum aut procuratum fuerit sive gestum. Et volens eosdem in solidum relevare ab omni onere satisdandi, promiserunt omnes, et singuli supradicti eorum nomine, et dicti Capituli michi Antonio Notario infrascripto stipulanti nomine, et vice ipsorum, et omnium quorum interest, vel interesse poterit juditio sisti, et judicatum solvi in omnibus clausulis suis si necesse fuerit sub ypotheca omnium bonorum suorum, et Polensis Capituli prelibati presentium, et futurorum etc.

Ego Anthonius qm. Ser Angeli de Pola Imperiali Auctoritate Notarius hiis omnibus interfui, et rogatus scripsi. Quod quidem procuratorium, et personas idem dominus Vicarius ante omnia legittimavit, et legittimos pronunciavit. Tenor autem Instrumenti producti facientis fidem de predictarum litterarum presentationem per omnia noscitur esse talis.

In Christi nomine Amen. Anno Nativitatis ejusdem Millesimo trecentesimo tricesimo quarto. Indictione secunda, Die duodecimo mensis Junii.

In presentia mei Notarii et Testium infrascriptorum, Constitutus discretus vir Aliotus qm. Jacobi de Parisio cursor habitator Urbis coram Venerando in Christo patre et domino domino Sergio Dei gratia Episcopo Polensi presentavit, exhibuit, et dimisit eidem domino Episcopo ex parte Venerandi viri domini Guilielmi Decani Aquilegensis decretorum Doctoris Vicarii, et Conservatoris Ecclesiae Aquilegensis pastore vacantis a reverendo in Christo patre et domino domino Bertrando Dei gratia Ostiense, et Velletrense Episcopo Apostolicae Sedis Legato deputati, quasdam litteras citatorias apertas a tergo sigillatas sigillo ipsius domini Decani predicti, quarum tenor talis est.

Venerando in Christo patri domino Sergio Dei gratia Episcopo Polensi, Guilielmus Decanus Aquilegensis decretorum Doctor Vicarius ac Conservator ejusdem Ecclesiae pastore vacantis pro Reverendo in Christo patre et domino, domino Bertrando Dei gratia Ostiensi, et Velletrensi Episcopo Apostolicae Sedis Legato Salutem in domino.

Ad presentiam nostram venientes discreti viri presbiter Andreas Archidiaconus, et Albertus Diaconus Canonici Polensi Sindici, et procuratores Capituli Polensis nobis exposuerunt cum querela, quod vos ipsos, et dictum Capitulum Polensem circa possessionem, et executionem suorum proventuum, fructuum, et reddituum, ac jurium, Item fructus, et proventus ad ipsum Capitulum spectantes eisdem violenter arripitis, et arripi facitis, et in ipsorum perceptionem ipsos, et dictum Capitulum plurimum infestatis, et infestari facitis, nec tamen sepius requisiti, jura et rationes, ac alia servitia quam plura, que prestare tenemini annuatim Capitulo memorato vigore quarumdam Sententiarum olim contra vos, et predecessores vestros prolatarum per Patriarchas Aquilegenses vultis ut tenemini exhibere, propter quod penas in dictis Sententiis contentas vos non est dubium incurisse. Item ipsos indebite, et contra veritatem diffamatis, et diffamari facitis de pluribus enormitatibus, et criminibus, que nunquam asserunt perpetrasse. Quare a nobis humiliter petierunt ut de tantis gravaminibus, et injuriis, et predictis omnibus eisdem, et dicto Capitulo justitiam faceremus. Nos autem eisdem non volentes in justitia deficere, Vos pater perhemptorie requirimus, et monemus quatenus die ultima presentis mensis si feriata non fuerit, aliter proxime sequenti non feriata, cum continuatione sequentium dierum coram nobis legittime comparere curetis, eisdem Sindicis, et procuratoribus de predictis in justitia responsuri, audituri, et facturi quod dictaverit ordo juris; Alioquin elapso dicto termino quem vobis pro duobus edictis, et uno perhemptorio assignamus, procedemus in causa vestri absentia non obstante, et vobis ulterius non citatis. Ceterum ad instructionem vestram vobis tenore presentium indicamus quod vos per edictum perhemptorium in vestra Polensi Ecclesia requiri fecimus in predictis ne de citatione vestra ulla infitiatio pretendi valeat vel proponi.

Datum Utini in Palatio Patriarchali decimo Junii Indictione II.

Quas quidem litteras prefatus dominus Episcopus in quantum de jure tenetur, et debet recepit, et admisit, et non aliter dicens, et protestans quod primo constaret de jurisdictione ipsius domini Decani si quam habebat, ipsum Decanum non credebat fore Vicarium, et Conservatorem ipsius Ecclesiae Aquilegensis, nec eum pro tali habebat, vel reputabat, vel per ipsum dominum Legatum fore constitutum, et quia ipse dominus Legatus de sua legatione exivit, ipsum non credebat nec reputabat legatum, sed ejus legatio expiraverat, et finita erat, et sic per consequens jurisdictio ipsius domini Decani si quam habebat expiraverat, quia cessante causa, cessat effectus.

Actum Venetiis in Contrata Sancti Mathei de Rivoalto, in domo domini Philippi de Lafontana habitationis ipsius domini Episcopi.

Presentibus discretis viris dominis Paulo de Piro Notario Curiae Tervisinae habitante Venetiis in Contrata Sancti Felicis, Philippo Notario qm. domini Canemboni de Andrea de Padua habitatore Venetiis in contrata Sancti Martini, et Nello de Facinellis dicto Porcaria de Luca habitatore Venetiis in contrata Sanctae Sophiae Testibus ad predicta vocatis, et rogatis et aliis.

Ego Demelde qm. Johanis de Pistore Imperiali auctoritate Judex ordinarius, et Notarius publicus predictis omnibus interfui rogatus scripsi, et fideliter publicam.

Item dictus Archidiaconus nomine suo, et quo supra produxit quasdam petitiones hujus tenoris, et formae. Coram vobis Venerando viro domino Guilielmo decretorum Doctore Vicario, et Conservatore ejusdem Ecclesiae pastore vacantis, Nos presbiter Andreas Archidiaconus Ecclesiae majoris Polensis, et Diaconus Albertus Canonicus dictae Ecclesiae, nostro nomine, et Sindicario ac procuratorio nomine Capituli Polensis dicimus, et exponimus conquerentes quod Vene-

rabilis Pater et dominus noster dominus Sergius Episcopus Polensis dictos Canonicos, et Capitulum Polensem turbavit, et turbat, et aliter contra jura indebite, et iniuste, maxime contra quasdam Sententias arbitrales latas, unam videlicet per bonae memoriae dominum Bertoldum Sancte Sedis Aquilegensis predictae olim Patriarcham, et aliam per bonae memoriae dominum Gregorium de Monte longo tunc predictae Sedis electum, dictis Canonicis et Capitulo respondere, et facere recusat, et denegat infrascripta servitia, que dictis Canonicis, et Capitulo facere tenetur, et esse noscitur obligatus. In primis cum ipse dominus Episcopus est in Civitate Polensi, tenetur in Festo resurectionis, Beati Thomae, et Nativitatis Domini dare et prestare prandium Canonicis, et Capitulo Polensi. Item in Festo Sancti Mauri tenetur Canonicis duodecim panes, et sex Carnes, et sex pisces congruos, et Vini congios duos. Item in Festo Sancti Grisogoni sex panes, carnes tres, pisces congruos tres, et Vini congios quatuor. Item in solempnitate Sancti Andreae viginti-quatuor panes, Carnes duodecim, et totidem pisces, et congios vini duos, et plura alia dictis Canonicis, et Capitulo tenetur, prout in supradictis Sententiis latius declaratur, propter quod plu-ries requisitus ad dicta servitia prestanda, et fienda per eum, ea facere recusavit omnino, ex quo penas in dictis Sententiis comprehensas, videlicet, suspensionis offitii, et beneficii, ac etiam Centum Marcharum Aquilegensis monetae non est dubium incurrisse. Item cum de jure, et secundum formam Sententiarum predictarum Episcopus non debeat aliquos ordinare absque majoris, et sanioris partis Capituli consensu, et requisitione, et ipse Episcopus continuo ordinat, et faciat ordinari Clericos, Canonicis et Capitulo irrequisitis in maximum dampnum, et prelibati Capituli detrimentum, non est dubium eumdem in dictas Sententias incurrisse. Item de predicto domino Episcopo nomine antedicto querelam exponimus contra voluntatem Canonicorum, et Capituli in Ecclesia nostra Catedrali Polensi ordinat, et instituit pro libito voluntatis penitentiarios, seu confessores, et Sacramentorum dationes in dicta Polensi Ecclesia minime titulatos etiam in casibus sibi non reservatis, remotis a predictis, et aliis divinis offitiis certis a nobis coadjutoribus institutis contra consuetudinem dictae Ecclesiae antiquitus observatam, qui sic ordinati ab Episcopo confitentur, Sacra ministrant, et Baptizant, mortuos sepeliunt in nostra Ecclesia predicta, oblationes percipiunt, et per nostra Cimiteria discurrentes exequias detrahunt que Canonicis pro honore, et oneribus deberentur. Item nomine quo supra conquerimus de eodem quod ipse nos et Capitulum predictum perturbat in perceptione nostrorum fructuum, et Censuum, et aliorum affictuum nobis, et dicto Capitulo debitorum, et maxime de Anno presenti inhibuit Fratribus Andriolo, et Martino Monacis Monasterii Sanctae Mariae de Caneto ne responderent nobis de libris viginti parvorum, quas nobis, et dicto Capitulo tenentur, a qua quidem solutione per triennium jam cessarunt, et sic justitiam consequi non valemus. Item nos, et dictum Capitulum impedit, et perturbat super fructibus Canonicorum non residentium volens temerarie de ipeis disponere partem in se retinendo, et partem aliis non Canonicis Emulisque Capituli dare secundum quod eum movet voluntas, quod esse non debet, quum de talibus semper ad Canonicos residentes pertinuit, et pertinere, disponere, et ordinare, et aliter graviter, et gravissime injuriatur Canonicis, et Capitulo in multis, que tacemus ad presens pro meliori, et potissime contra Deum, et omnem veritatem, Nos multis, et diversis horribilibus, et enormibus peccatis in infamiam deducendo involutos asserit, et exponit, et sic odorem nostrae bonae famae, quam quidem qui negligit est crudelis, fraudulentissime, ac protervissime nititur obfuscare. Quare petimus nomine quo supra per vos, et vestram Sententiam dictum dominum Episcopum compelli, et condempnari debere ad prestandum, et faciendum servitia supradicta, et ad dandum, et solvendum dictas Centum Marchas secundum formam Sententiarum predictarum, et quod a predictis omnibus, et singulis injuriis molestationibus, et perturbationibus obprobriis, et infamiis omnino falsis cesset. Et alios molestantes, et perturbantes Nos et dictum Capitulum faciat cessare, et debentes predictis fructibus, obventionibus,

affictibus, et censibus, et aliis juribus dicto Capitulo ut tenentur plenius respondere. Et nichilominus per vos declarari debere ipsum dominum Episcopum predictum suspensionis ab offitio et beneficio Sententiam incurrisse. Et predicta petimus nominibus antedictis omni modo, jure, et forma quibus melius petere possimus, Salvo jure addendi, minuendi, mutandi, et corrigendi, et deliberandi; petentes insuper expensas hujusmodi occasione factas, quas facimus florenos quinquaginta, et de faciendis in posterum protestamus suo loco et tempore declarandis, protestantes quod ad predicta omnia et singula probanda nos non astringimus nisi ad solum quod nobis, et dicto Capitulo Polensi sufficiat de predictis.

Actum Utini in Palacio Patriarchali.

Die primo mensis Julii, presentibus Venerandis, et discretis viris dominis Francisco Custode Utinensi, presbitero Bartholomeo Canonico Polensi, et Johanolo de Lissono Canipario Utinensi Testibus, et aliis.

Coram suprascripto domino Vicario comparente domino presbitero Andrea Archidiacono Polensi, Sindico, et procuratore Capituli Polensis predicti in termino ad hodiernam diem per dictum dominum Vicarium prorogato, nomine suo, et Sindicario, et procuratorio nomine antedicto, iterum contumatiam prefati domini Episcopi Polensis accusavit, et petiit ipsum contumacem pronunciari, et aliter contra eum procedi tamquam contra contumacem, et in expensis hucusque factis condempnari. Qui dominus Vicarius audita petitione predicta, habita deliberatione solempni, eumdem dominum Episcopum contumacem pronunciavit, ipsumque in expensis factis occasione dictae contumatiae condempnavit retenta in se taxatione ipsarum. Et quesito ab eodem procuratore quantum expenderat pro dicta causa, asseruit ipse Archidiaconus procurator quod expenderat duodecim Florenos auri cum dimidio, quos quidem dictus dominus Vicarius taxavit in octo Florenis auri, et eidem Archidiacono procuratori delato juramento si expenderat, dicta de causa dictos octo Florenos factis Sacrosanctis scripturis corporaliter juravit supra Sancta Dei Evangelia illos expendisse pro dicta causa et ultra.

Actum ut supra.

Venerabili in Christo patri domino Sergio Dei gratia Episcopo Polensi, Guilielmus Decanus Aquilegensis Vicarius, et Conservator ejusdem Ecclesiae pastore vacantis, pro Reverendo in Christo patre et domino, domino Bertrando Dei gratia Ostiensi, et Velletrensi Episcopo Apostolicae Sedis Legato Salutem in domino.

Super variis impedimentis, molestationibus, et spoliis, de quibus pro parte Capituli vestri contra vos nobis fuit oblata querela, Vos perhemptorie meminimus citavisse, et quia non comparuistis in termino, de quadam vestra appellatione confisi, quam propter causas frivolas insertas in illo, et veritate carentes admittendam non duximus, Vos instante parte Capituli, et vestram contumatiam accusante pronuntiavimus urgente justitia contumaces, Vos nichilominus in expensis, quas dictum Capitulum pro dicta contumacia pertulerat condempnantes, ipsasque juxta morem, et legem juramento premisso ad Florenos octo auri taxavimus. Et quia dictum Capitulum instanter petiit a nobis ut ipsos Florenos sibi faceremus refundi, cum in expensis sint plurimum destituti, Nos ut lex non verbis, sed rebus imposita videatur, Vos perhemptorie requirimus, et monemus, quot predictos Florenos infra dies quindecim, quem terminum vobis super hoc perhemptorium assignamus, eidem Capitulo numerasse curetis. Alioquin elapso dicto termino, vobis ingressum Ecclesiae interdicimus per presentes. Et quia prefatum Capitulum intendunt prosequi instanter, et petere quasdam prestationes, et jura que annuatim tenemini, et debetis eidem, et quibus dictum Capitulum spoliastis, ac etiam penas quas ob hoc incurristis, et de ipsis prestationibus, et juribus, ac penis fidem facere per publica documenta. Vos perhemptorie requirimus, et monemus, quatenus XV die a presentatione presentis cum continuatione sequentium dierum, quem terminum vobis

pro duobus edictis, et uno perhemptorio assignamus, coram nobis comparere curetis audituri, f
turi, et responsuri in justitia que dictaverit ordo juris. Et si dies termini fuerit feriata, sequ
non feriata suppleat vices ejus. Alioquin vestri absentia non obstante procedemus in causa,
faciemus quod justitia suadebit. Has autem nostras litteras ad cautelam fecimus registrari,
quarum presentatione relationi latoris earum nostra in hac parte jurati nuncii, vel Instrume
publico ipsarum seriem continenti dabimus plenam fidem.

Datum Utini in Palatio Patriarchali VIIII Julii, Indictione secunda.

Die X mensis Julii presentibus Venerandis viris dominis Nicolao plebano plebis in T
ven, Francisco Custode Ecclesiae Utini, ac nobilibus et discretis viris dominis Volvino de Gorit
et Gabriele Notario de Cremona Testibus, et aliis.

Constitutus in presentia suprascripti domini Vicarii, et mei Notarii infrascripti Pagan
filius Ser Jacobi de Mediolano juravit ad Sancta Dei Evangelia, tactis scripturis quod quasd
litteras ex parte dicti domini Vicarii apertas sigillo ipsius sigillatas a tergo quarum tenor sup
rius annotatur, presentabit bona fide predicto domino Episcopo Polensi, et fidelem faciet re
tionem.

Actum Utini in Palatio Patriarchali.

Die Sabbati VI mensis Augusti, presentibus discretis viris magistro Odorico Notario
Utino, presbitero Nicolao Caprarie Canonico Polensi, et Paysio filio Bortoloti de Civitate Aust
Testibus ad hec vocatis.

Constitutus coram domino Vicario supradicto presbiter Andreas Archidiaconus Polen
suo, et procuratorio nomine Capituli Polensis accusavit contumatiam domini Episcopi Polen
supradicti. Qui dominus Vicarius volens ipsi domino Episcopo gratiam facere, et parcere con
maci terminum eidem statutum ad hodiernam diem in causa premissa per ipsum dominum Vi
rium prorogavit in eodem statu usque ad octo dies proximos venturos.

Actum Utini in domo habitationis domini Gabrielis Notarii de Cremona.

Die ultimo mensis Augusti, presentibus Venerabilis viris dominis Fratre Johane Abb
Monasterii Rosacensis, et Jacobo de Carraria Canonico Civitatensi Testibus, et aliis.

Coram Venerando Viro domino Bernardo de Lacu licentiato in legibus, Apostolicae Se
nuntio Vicario Reverendi in Christo patris domini Bertrandi Dei gratia Sanctae Sedis Aqui
gensis Electi, Constitutus presbiter Andreas Archidiaconus Polensis suo, et procuratorio, et S
dicario nomine Capituli Polensis prefati, quamdam produxit Cedulam hujus tenoris et form
Coram vobis Venerando Viro domino Bernardo de Lacu licentiato in legibus Apostolicae Se
nuntio Vicario reverendi in Christo patris domini Bertrandi Dei gratia Sanctae Sedis Aquileg
sis Electi dicit, et proponit presbiter Andreas Archidiaconus Polensis Sindicus, et procurator,
Sindicario, et procuratorio nomine Capituli Polensis, ac nomine proprio, quod cum Veranc
Pater dominus Sergius Episcopus Polensis temeritate propria contra certas Sententias, et or
nationes arbitrarias dudum latas, et factas per Sanctae memoriae dominos Bertoldum, et Greg
rium quondam Aquilegenses Patriarchas venerit, et Capitulum, et Canonicos predictos de cap
proprio expoliaverit multis juribus, et honoribus contentis in Sententiis, et ordinationibus an
dictis, et sic ad instantiam, et requisitionem Sindici antedicti fuerit per Collegam vestrum
citatus ut infra certos terminos compareret. Et quia contumaciter recusavit comparere, iter
per Collegam antedictum in secundo edicto fuit in expensis legittimis condempnatus, et taxati
premissa mandatum fuit sibi quod infra certum terminum diutius jam elapsum solvere deberet s
pena ingressus Ecclesiae octo Florenos aureos Sindico antedicto, quos in ferocitate propria p
manens solvere recusavit, et recusat. Quare petitur pro parte Sindici supradicti quod contra ips
Episcopum tamquam contra contumacem procedere velitis, cogendo eum per censuram Eccles

sticam ut compareat, et respondeat coram vobis, et solvat dictos octo Florenos, condempnando etiam eum in expensis postea factis, quas ex nunc extimat dictus Sindicus decem Florenos auri.

Actum Civitati Austriae in hospitio domini Abbatis Testis prefati.

Bernardus de Lacu licentiatus in legibus Apostolicae Sedis Nuntius Vicarius reverendi in Christo patris domini Bertrandi Dei gratia Sanctae Sedis Aquilegensis Electi, Venerando in Christo patri domino Sergio Dei gratia Episcopo Polensi Salutem in domino. Dudum Collega noster dominus Guilielmus Aquilegensis Decanus ad instantiam, et requisitionem procuratorum Capituli Polensis Vos per plura edicta fecit ad suam presentiam convocari, et vos semper coram eodem recusastis contumaciter comparere, et exigente vestra contumacia fuistis in expensis octo Florenorum auri legittime condempnati, fuitque vobis mandatum ut in certum terminum jam elapsum sub pena ingressus Ecclesiae illos octo Florenos procuratoribus dicti Capituli solvere deberetis, quod hucusque ut asserunt facere recusastis, petentes iidem procuratores ut ad respondendum eisdem super petitione porrecta contra vos nomine Capituli antedicti, Vos per juris remedia cogere deberemus. Nos vero petitionem procuratorum predictorum justam, et legittimam fore reputantes, paternitatem vestram presentis tenore monemus, requirimus, et citamus, quod infra spatium octo dierum, quorum duos pro primo, duos pro secundo, et reliquos quatuor pro tertio, et perhemptorio termino assignamus sub pena suspensionis a divinis, quam si contrafeceritis in vos in hiis scriptis canonica monitione premissa ex nunc proferimus, coram nobis ubicumque fuerimus in Diocesi Aquilegensi in justitia responsuri procuratoribus antedictis legittime comparere studeatis. Si vero hujusmodi suspensionis Sententiam per alios VIII dies, quos etiam vobis pro trina canonica monitione premissa assignamus, substinueritis animo indurato, nec vos coram nobis legittime presentaveritis contumaciam vestram purgando in personam vestram in hiis scriptis excomunicationis Sententiam promulgamus. Ad alia nichilominus processuri si hoc exigerit vestra rebellio, seu contumacia. Mandamus insuper vobis, quot in dictum terminum XVI dierum, quem terminum vobis pro perhemptorio termino canonica monitione assignamus dictos VIII Florenos in quibus exigente vestra contumacia fuistis ut est dictum legittime condempnati, procuratoribus Capituli supradicti integraliter dare, et assignare debeatis, aliter nos dicta de causa ex nunc elapsis primis octo diebus in personam vestram suspensionis a divinis Sententiam promulgamus, quam Sententiam si per alios VIII dies substinueritis animo indurato, nec satisfeceritis de pecunia antedicta, in personam vestram modo simili excomunicationis Sententiam promulgamus, ad alia contra vos processuri in quantum postulaverit ordo juris. Has autem litteras ad cautellam fecimus registrari, de quarum presentatione relationi latoris earum cum juramento, vel Instrumento publico ipsarum seriem continenti dabimus plenam fidem.

Datum Civitatis Austriae primo Septembris, Indictione secunda.

Die IIII mensis Octubris. Coram Venerabili Viro domino Guilielmo Decano Aquilegensi decretorum Doctore Vicario Reverendi in Christo patris domini Bertrandi Dei gratia Sanctae Sedis Aquilegensis Electi, Comparuit providus vir presbiter Andreas Archidiaconus Polensis suo, et procuratorio nomine Capituli Polensis predicti, et accusavit contumatiam predicti domini Episcopi Polensis citati per prefatum dominum Bernardum Vicarium, et non comparentis per se vel aliquem responsalem, petens contra ipsum procedi tamquam contra contumacem et in expensis condempnari. Qui dominus Guilielmus Vicarius, dictum dominum Episcopum non comparentem per se nec alium responsalem pronunciavit exigente justitia contumacem, ipsumque in expensis ob hoc factis condempnavit, reservata dicto domino Bernardo Collega suo, et sibi ipsarum expensarum taxatione usque ad tres menses, et de speciali gratia statuit dicto domino Episcopo terminum quindecim dierum ad purgandum contumaciam suam.

Actum Utini in hospitio habitationis domini Gabrielis de Cremona.

t solvat dictos octo Florenos, condempnat
extimat dictus Sindicus decem Florenos aur
Abbatis Testis prefati.
postolicae Sedis Nuntius Vicarius reveren
tae Sedis Aquilegensis Electi, Veneranda
olensi Salutem in domino. Dudum Colleg
l instantiam, et requisitionem procurator
n presentiam convocari, et vos semper cor
e vestra contumacia fuistis in expensis
s mandatum ut in certum terminum jam ela
s procuratoribus dicti Capituli solvere de
etentes iidem procuratores ut ad respond
ine Capituli antedicti, Vos per juris rem
a predictorum justam, et legittimam fore
mus, requirimus, et citamus, quod infra
secundo, et reliquos quatuor pro tert
nis a divinis, quam si contrafeceritis in
proferimus, coram nobis ubicumque fuer
toribus antedictis legittime comparere
per alios VIII dies, quos etiam vobis
nueritis animo indurato, nec vos coram
do in personam vestram in hiis scriptis
chilominus processuri si hoc exigerit re
uot in dictum terminum XVI dierum,
onitione assignamus dictos VIII Flore
etum legittime condempnati, procurato
eatis, aliter nos dicta de causa ex
ensionis a divinis Sententiam promulg
animo indurato, nec satisfeceritis de
munication is Sententiam promulgamus
io juris. Has autem litteras ad cautel
atoris earum cum juramento, vel Instrum

em.
Indictione secunda.
Viro domino Guilielmo Decano Aquile
ris domini Bertrandi Dei gratia Sanc
sbiter Andreas Archidiaconus Polensis
ecusavit contumatiam predicti domini
Vicarium, et non comparentis per
quam contra contumacem et in expe
m dominum Episcopum non comparen
ustitia contumacem, ipsumque in expe
rnardo Collega suo, et sibi ipsarum exp
gratia statuit dicto domino Episcopo
am.
abrielis de Cremona.

Die XXVI mensis Octubris. Presentibus religiosis viris Fratribus Leone de Padu lectore, et Francischino de Glemona ordinis minorum conventus Utinensis, ac Josepho de Mot Testibus et aliis.

Constitutus in presentia domini Guilielmi Decani et Vicarii prefati in juditio resident presbiter Andreas Archidiaconus Polensis suo, et procuratorio nomine Capituli Polensis prefa dicto domino Episcopo Polense per contumatiam absente, produxit quemdam libellum seu pe tionem, cujus tenor talis est.

Coram Vobis reverendo viro domino Guilielmo Decano Aquilegensi decretorum Docto Vicario Reverendi in Christo patris domini Bertrandi Sanctae Sedis Aquilegensis Electi ego pre biter Andreas Archidiaconus Ecclesiae Polensis meo nomine, et Sindicario nomine Capituli P lensis compareo, et dico, quod cum ego et Diaconus Albertus Canonicus dictae Ecclesiae, n non nomine et Sindicario nomine dicti Capituli multas querimonias proposuerimus contra dominu Episcopum Polensem, ut in petitione per nos coram vobis oblata plenius continetur requiri, citari fecistis eumdem, ut ad certum terminum jam ellapsum coram vobis ad respondendum pr dictis comparere deberet, et quia contumaciter recusavit, eumdem nobis Sindicis in octo Floren auri pro expensis condempnastis. Subsequenter et dominus Bernardus de Lacu licentiatus in l gibus Collega vester in offitio Vicariatus Venerandi patris domini Bertrandi Electi Aquilegensi iterato per suas litteras ipsum dominum Episcopum requisivit, et monuit ut in certum terminu jam ellapsum nobis in predictis de justitia responsurus comparere deberet, atque nobis satisfac ret de dictis octo Florenis, et si hoc facere, vel aliquid ipsorum cessaret, in eumdem dominu Episcopum exigente ipsius contumacia excomunicationis Sententiam secundum formam juris legi time promulgavit. Qui dominus Episcopus comparere, et satisfacere cessavit in solita contumac perdurando, ita quod non est dubium, ipsum eamdem excomunicationis Sententiam incurriss Quare cum ipse dominus Episcopus mandatis vestris, et Sedis Aquilegensis parere recusavit, recusat, et ob hoc inciderit in dictam Sententiam excomunicationis, et etiam quia parere recusav Sententiis arbitrariis latis per qm. bonae memoriae dominum Bertoldum Sanctae Sedis Aquilegens Ecclesiae predictae olim Patriarcham, et dominum Gregorium de Monte longo ipsius Aquilegens Ecclesiae Electum Clericum inciderit in Sententiam suspensionis ab offitio, et beneficio, et pena Centum Marcharum Aquilegensis monetae, ut in ipsis Sententiis plenius continetur, vobis supplic reverenter quot dignemini, et velitis ipsum dominum Episcopum tanta obduratione rebellem tan quam excomunicatum, et suspensum ab offitio, et benefitio ex jam dictis causis per omnes Civ tates et Castra Aquilegensis Provintiae facere denuntiari, et publicari ut ab omnibus fidelibu evitetur, saltem quousque in predictis, et aliis mandatis vestris paruerit, et ab ipsis Sententi extiterit absolutus. Item etiam vobis placeat me, dicto nomine inducere, et induci facere ob co tumatiam ipsius domini Episcopi in possessione bonorum Episcopatus sui pro dictis Centu Marchis Aquilegensis monete, et dictis octo Florenis auri, et dampnis ipsius Capituli, et Canon corum, in que incurreret ob ea que propter factum ipsius domini Episcopi passi sunt ut predic petitione plenius enarrat quod dampnum ascendere, et esse dico usque ad summam Centum Fl renorum auri, et ultra, ita quod fructus, redditus, et proventus ipsorum bonorum per me, v alium sicut vobis placuerit, et videbitur coligantur, et conserventur, et michi dictis nominibus p quantitatibus suprascriptis ex auctoritate vestra donec et assignentur in solutum ex primo, et secundo decreto, et ad justificationem predictorum coram vobis produco infrascripta Instrumen Sententiarum et laudorum memoratorum dominorum. In primis quoddam Instrumentum scriptu manu Raymondi Sacri Palatii Notaris reverendi patris domini Bertoldi Aquilegensis Patriarch in Millesimo ducentesimo quadragesimo secundo, Indictione quintadecima, die septimo decim exeunte Decembre. Item unum aliud Instrumentum scriptum manu Johanis de Lupico tunc N

tarii dicti domini Gregorii Aquilegensis Electi in Millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, Indictione decima, die secundo exeunte Decembre. Item Instrumenta in quibus pene continentur per vos, et dominum Bernardum late contra ipsum dominum Episcopum, quas omnes ipse incurrit. Dictus vero dominus Vicarius statim decrevit dari copiam dicti libelli seu petitionis prefato domino Episcopo, vel cuicumque pro eo legittime petenti, statuens sibi terminum ad habendum ipsam copiam, et respondendum dicto libello seu petitioni diem Sabbati proxime venturam.

Actum ut supra.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1334.

3 Agosto.

Censo dell' Episcopato di Pola su realità nella città di Aquileja.

(Atti di Nodari Patriarchini).

In primis super domum unam in Contrata Budelli de levata, sitam in Contrata Sancti Andreae . . . . . Frisacheses XX

Item super domum unam qm. Blasucii Calegarii sitam in dicta Contrata . . . . . Frisacheses VIII

Item super domum unam qm. Petri Theosi sitam in dicta Contrata Frisacheses IIII

Item super domum qm. Jacobi de Genemeoga de Bononia sitam in dicta Contrata . . . . . Frisacheses XX

Item super domum unam qm. Miculucii Callegarii sitam in dicta Contrata . . . . . Frisacheses XXIIII

Item super domum Bajarci sitam in dicta Contrata . . . . . Frisacheses XVII

Item super domum unam qm. Genarii Callegarii sitam in dicta Contrata . . . . . Frisacheses XVII

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100



Anno 1334.

21 Settembre. — Udine.

Andrea Arcidiacono di Pola protesta in nome del suo Capitolo contro ogni danno che potrebbe derivare dal ritardo eventuale del Nuncio spedito a Sergio Vescovo di Pola per citarlo a comparire dinanzi al Patriarca.

(Atti notarili nell' Archivio Comunale di Udine).

Anno MCCCXXXIV. Die XXI mensis Septembris, presentibus Venerabilibus Viris dominis Fratre Giberto Abbate Monasterii Mosacensis, Jacobo de Carraria Canonico Civitatis, et Johanolo de Lissono Testibus, et aliis.

Coram Venerabilibus Viris dominis Bernardo de Lacu licentiato in legibus Apostolicae Sedis Nuncio, et Guilielmo Decano Aquilegiae decretorum Doctore Vicariis generalibus Reverendi in Christo patris domini Bertrandi Dei gratia Sancte Sedis Aquilegensis Electi. Constitutus discretus vir presbiter Andreas Archidiaconus Polensis, nomine suo Sindicario, et procuratorio nomine Capituli Polensis, et presbiteri Bartholomei Canonici Polensis, quamdam in scriptis protestationem produxit, et fecit in haec verba. Coram vobis Venerabilibus Viris dominis Bernardo de Lacu licentiato in legibus Apostolicae Sedis nuncio, et Guilielmo Decano Aquilegiae decretorum Doctore Vicariis Reverendi in Christo patris domini Bertrandi Dei gratia Sanctae Sedis Aquilegensis Electi, dicit, et proponit presbiter Andreas Archidiaconus Polensis, nomine suo, sindicario, et procuratorio nomine Capituli Polensis ac discreti viri presbiteri Bartholomei Canonici Polensis, quod nuper per litteras vestras fecit citari Reverendum patrem dominum S. Dei gratia Episcopum Polensem, et constat sibi quod nuntius jam de Pola recessit, veniens ad conspectum vestrum ad faciendam relationem quomodo litteras citatorias ex parte vestra eidem domino Episcopo presentavit in Causa Capituli ejusdem Archidiaconi et dicti presbiteri Bartholomei. Verum quia idem Archidiaconus timet ne nuntius predictus propter impedimentum aliquod in via receptum non possit ad vos in tempus edicti venire, et relationem facere de predictis, protestatur coram vobis quod impedimentum ejusdem nuncii eidem Archidiacono, ac etiam illis quorum Sindicus, et procurator existit nullum possit preiudicium gravare, quominus in adventu nuncii predicti procedatur in causis predictis in quantum fuerit de jure.

Actum Utini in Curia Patriarchali.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco

Anno 1334.

18 Ottobre, Ind. II. Trieste.

Procura data dal Consiglio di Trieste al Podestà Federico Dandolo, ai Zorobabele de Leo ed Amizo Mostello per comperare grani in Venezia.

(Archivio diplomatico di Trieste, Atti dei Vicedomini).

In nomine Dei eterni Anno Domini Millesimo trecentesimo trigesimo quarto Indictione secunda die decimonono Men. Octubris actum Terg. in veteri palatio Comunis. Pre. Dnis. Michael Ade Vicedomino Bando de Judc. et Justo Pacis Mesalto de Mesaltis test et aliis. In majori Consilio ad sonum campanarum et voce preconea more solito congregato ad infrascripta Consillia prns volenti. et consentientibus acme majoris Consilii predicti. Nobiles et discreti Viri Dni. Petrus Gremo, Rantulfus Bajardi et Quaglotus q. Dni. Bonomi honorandi Judices Comunis Civitatis Terg. autoritate ejusdem majoris Consilii eis data et concessa ac cm. ipsum Comune Terg. fecerunt constituerunt et ordinaverunt nobilem et potentem Virum Dnu. Fridericum Dandullo de Veneciis honorand. Potest Terg. et discretos viros Dominos Zorobabelum de Leo et Amizo mostllo. Not. pres. ac hoc. mandatum sponte suscipientes in suos et dicte Comunis Terg. veros Sindicos nuncios actores factores legipt. et procuratores legitimos generales specialiter ad comparendum coram Illustri et Magnifico Domino Domino Francisco Dandullo Dei gratia Ven. Dalmat. atque Groacie inclito Duce Domino quartae partis et dimidiae totius Imperii Romanie. Et generaliter ad emendum et forum faciendum et mercandum de frumento in ea quantitate quam voluerint et melius potuerint bona fide sine fraude a Comuni Venet. vel ab aliqua alia singula persona una vel pluribus qq. nomine constiterit pro eodem precio pro quo melius potuerint..... ad terminum et terminos competenter ad risiqum et fortunam cujuscunque sit et eum vendent. et vendi volentium conducend. in portu et ad portum Comunis Civitatis Tergesti ad mensuram Starii Civitatis Tergest. vel mensuram venetam secundum quod melius potuerunt bona fide et pro ipso frumento solvendo solemnem promissionem et obligationem faciendi obligando ipsum Comune Tergest. et bona ejusdem Comunis super quocunque Titulo et obligatione quibus melius poterint cum mercationibus suis eisdem vendentibus secundum quod eis melius videbitur ita et taliter q. q. promiserunt observari et adimpleri debeat per ipsum Comune Tergesti dantes et concedentes cuilibet et suis et nominibus quibus su sindici. et Pro. plenam et liberam potestatem et auctoritatem predicta omnia et singula faciendi qd. eis omia predicta vel aliquid predictorum utilia et necessaria videbuntur et q. quilibet nus et legaliter pro se et nuncius com. Terg. facere possit, promittentes praefati Dom. Petrus Gremon Rantulfus

Bajardus et Quagliotus q. D. Bonomi Judices Civitat. Terg. supradicta nominibus quibus : et dicti Com. Terg. se firmum et ratum habere atque tenere et inv. observare omnia et gula quae ipsi Sindici. et Proc. fecerint seu duxerint facienda in predictis et quolibet predicto Et non contrafacere de jure vel de facto. Relevans ipsos suos procuratores ab omni honer satisfatione de Judicato solvendi et Judicio sisti sub pena et obligatione omnium suorum bono dicti Comunis Terg. mob. et immobl. pre. et futuris.

Manu Alberici de Basileis Not.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

643

Anno 1334.

19 Ottobre, Indizione II. Trieste.

Il Comune di Trieste in questione con quello di Capodistria per le strade del Carnio e per la Fovea nella contrada di Zaule, chiede giudicato al Doge di Venezia.

(Atti della Vicedominaria di Trieste).

In nomine Dei Eterni Anno Domini millesimo trecentesimo trigesimo quarto Indictione secunda die decimonono Mensis Octubris Actum Tergeste in vetere Palatio comunis. Presentibus Dominis Michael Ade Vicedomino et Henrico Raviza Vicedomino, Andrea Messalt, Genano de Genanis, Bando de Iudc Justo Paris TT et aliis. In majori Consilio ad sonum Campanarum et voce preconia more solito congregato ad infrascripta consillianda pres. volentibus et consencientibus auctoritate majoris Consilii praedicti Nobiles et discreti Domini Domini Petrus Gremon, Rantulfus Bajardus et Quagliotus quondam Domini Bonomi Judices autoritate ejusdem majoris Consilii Comuni Tergesti eis data et concessa ac eciam ipsum Comune Tergeste, fecerunt et constituerunt et ordinaverunt Nobilem et potentem Virum Dominum Fridericum Dandullum de Veneciis honorandum Potestatem Civitatis Tergesti et discretos Viros Dominos Zorobabelem de Leo, et Amizo Masclo presentes et hoc mandatum sponte suscipientes suos et dicti Comunis Tergesti verbo sindicorum nuncios...ales speciales et procuratores generales in omnibus eorum et dicti Comunis Tergesti causis litibus questionibus et controversiis, quas habet vel habere possunt et spiat specialiter cum Comune et hominibus Civitatis Justinopolis seu cum quacumque alia persona quocumque nomine cessione causa in agendo quam in deffendendo. Et generaliter ad omnes et singulas partes quas cum universis et singulis personis ipsum comune Tergesti, habet seu habere possit quocumque modo nomine et occasione cujusdam Fovvee sitae in districtu Tergeste Contrata Zaulis nuncupata. Et causa viarum quarundam q. in districtu et pertinentiis Tergesti in dictis contratis, videlicet ad comparendum coram Illustri et Magnifico Domino Dom. Francisco Dandullo Dei gratia Venetiarum Dalmatiarum, atque Groacie Inclito Duce, Domino quartae partis et dimidiae totius Imperii Romaniae et se personaliter presentandi vice et nomine dicti Comunis Tergesti. Et ad petendum ab ipso Domino Duce et coram ipso Domino Duce eis procuratorio nomine predicto reddi et fieri rationem de predicto comuni Civitatis Justinopoli et hominibus Civitatis ejusdem vel aliis quibuscunque personis n. et occasione predictorum Fovee potum et viarum, ad libellos videlicet dandos et recipiendos si opus fuerit litem contestandi ponendum positiones et capitulla fatiendi exceptio-

nibus replicationibus ac probationibus faciendi et producendi testes et Instrumenta quelibe ducendi inde ac noe eligendi advocatos unum vel plures tolend et aduisse pt. capitulis poi exceptionibus respondi de calupnia et cuilibet alterius generis Juram prestandi et facendi compromitt. se vice ac nomine dicti Comunis Terg. In uros Juris peritos arbitros arbitrat ... ationes et amicabiles compositores et ipsos elegendi et suspectos dandos, sententiam au et prosequendi et ad omnia et singula fatiend.

Se non prendiamo equivoco questa *Fovea di Zaule* per cui si questionava con Capodistria era la Fovea o come poi si disse la Grotta di S. Servolo; non sapressimo trovarne altra dacchè quella di Ospo era fuori della Valle di Zaule. La strada per la quale si contendeva era senz' altro quella che per S. Pietro di Madrass metteva a Corneliano o Corniale, ed al Carnio, propizia ai commerci immediati fra Trieste ed il Carnio, evit questa città; commercio, ben inteso, a sch di cavalli. — Conviene dire che fino dal 1 fossero questioni per le strade di commercio quali inferocite nelli due secoli successivi fur causa di guerre spietatissime, mosse e sostenute Trieste, e che la portarono presso all' eccidio.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1334.

12 Novembre, Indizione II. Aquileja nel Palazzo Patriarcale.

Patriarca di Aquileja Bertrando provvede alla plebania di Galliniana, diocesi Petenate, devoluta a lui la provvisione per la incuria delli chiamati a provedervi.

(Atti del Nodaro udinese Gubertino da Novate).

In nomine Domini Amen. Anno Nativitatis ejusdem MCCCXXXIIII, Indictione II, die XII mensis Novembris Pontificatus Sanctissimi Patris et domini nostri domini Johanis Divina providentia Papae XXII. Anno decimonono. In presentia mei Notarii, et Testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum, et rogatorum.

Reverendus in Christo pater, et dominus dominus Bertrandus miseratione divina Sanctae Sedis Aquilegensis Patriarcha dixit quod pridem ipse fidedigna relatione perceperat quod plebs Gallignane Petenensis Diocesis suae Provintiae per obitum ultimi ejusdem plebis plebani tanto tempore vacavisse dicebatur, quod ejusdem plebis collatio per illius, seu illorum negligentiam ad quem, vel ad quos dictae plebis provisio pertinebat, seu spectabat et de jure erat, ad ipsum hac vice jure metropolitico devoluta. Quare dilecto sibi in Christo Religioso viro domino fratri Johani Abbati Monasterii Sancti Petri de Rosacio suae Diocesis, de cujus prudentia gerebat fiduciam specialem, presentium tenore comisit, et mandavit, quatenus vocatis qui evocandi forent, si predictam plebem per dictam negligentiam vacare, ut premittitur, vel alio quovis modo inveniret, quod ejus collatio esset ad eum, et ad Ecclesiam suam Aquilegensem legittime devoluta, eamdem plebem, cum omnibus juribus, et pertinentiis suis, provido viro presbitero Jacobo Vicario suo non perpetuo in Capella de Manzano auctoritate sua conferret, et sibi provideret de ea, ipsumque presbiterum Jacobum, vel procuratorem suum pro eo ad hoc legittime constitutum per se, vel alium, seu alios induceret auctoritate predicta, et defenderet inductum, ammoto ab ea quolibet illicito detentore.

Contradictores, et rebelles auctoritate sua per Censuram Ecclesiasticam compellendo, de quibus omnibus, et singulis supradictis idem presbiter Jacobus peciit per me Johanem Notarium publicum infrascriptum sibi fieri, et dari publicum Instrumentum.

Acta fuere predicta in Claustro Patriarchalis Palacii Aquilegensis, Presentibus Venerabilibus, et discretis viris dominis Bernardo de Lacu, licentiato in legibus Apostolicae Sedis nuntio,

Guilielmo Decano Aquilejensi, Ludovico de Laturre Canonico Aquilegense, et Guilielmo Ecclesiae de Abbate de Tolosa, et multis aliis Testibus ad predicta vocatis specialiter et r

Et Ego *Johanes Petri* de Fractis Caietanae Diocesis publicus Apostolica, et Im Auctoritate Notarius, dictique domini Patriarchae Scriba, commissioni predictae, ac omnibu et singulis ut supra leguntur, una cum dictis Testibus presens fui, ipsaque omnia de ma prefati domini Patriarchae propria manu scripsi, et in hanc publicam formam redegi, meoque sueto signo signavi rogatus a dicto presbitero Jacobo, in Testimonium premissorum etc.

(*Vedi l' esecuzione all' anno 1335*).

Dr. Cumar

Tipografia del Lloyd Austriaco.

645

Anno 1334.

14 Novembre, Indizione II. Trieste.

Procura data a Zorobabele de Leo per ottenere giudicato dal Doge di Venezia, sulle questioni con Capodistria per la fovea di Longera ed i ponti in Zaule.

(Archivio diplomatico di Trieste).

In nomine Dei eterni. Anno Domini millesimo trecentesimo trigesimo quarto. Indictione secunda, die quartodecimo intrantis Mens. Novemb. Actum Terg. in veteri palacio Comunis praes. Dni. Michael Ade Vicedomino, Bando de Judicibus, Giroldo Rubeo, Accarisio Not., Justo Pacis, Civis et habitatorib. Terg. et aliis.

In majori Consilio ad sonum campanarum et voce preconea more solito congregato facta proposita per discretum et sapientem virum Dominum Gracianum de Antelleriis de Bononia Judicem Legum et Vicarium Nob. et potentis viri Domini Friderici Dandullo de Venetiis hono. Pot. Terg. vice supradicti Domini Domini Potestatis cons.....et posito partito ad pissides et ad ballotas super facto questionis vertentis inter Comune et homines Civitat. Tergesti ex una parte, et Comune et homines Civitatis Justinopolis ex altera, occasione et nomine unius foveae sitae in districtu Terg. in Contrata quae Longera nuncupatur et quorundam pontium edificatorum et constructorum super districtu et territorio Terg. praeter voluntatem et consensum dicti Comunis Terg. in Contrata quae Zaulis nuncupatur et quorundam montium sitorum in Districtu Terg. in predictis Contratis, consultum captum firmatum et reformatum universaliter per omnes de dicto majori Consilio nemine discrepante quod discretus vir Dominus Zorobabelus de Leo Civis Terg. sit et esse debeat et sit nuncius f.....ipso absente tanquam presente Sindichus et legitimus ac generalis Procurator et negotiorum gestor Comunis et hominum de Tergesto, occasione et nomine Comunis supradictarum Fovee pontium et viarum supradictae ad comparendum coram Illustrissimo et Magnifico Domino Dno. Francisco Dandullo Dei gratia Venetiae Dalmatiae atque Croatiae Inclito Duci et Domino quartae partis et dimidiae tocius Imperi Romaniae et ad comparendum coram quocunque alio Judice pro eis et vice et nomine etc. etc.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1335.

24 Marzo, Indizione III. Udine.

L' Abbate Giovanni di Rosazzo per incarico del Patriarca Bertrando conferisce la pieve di Gallignana al prete Jacopo qm. Sembiante di Lavazzo Vicario del suddetto Abbate in Manzano.

(Atti del Notajo udinese Gubertino da Novate).

In Christi nomine Amen. Anno Nativitatis ejusdem Millesimo trecentesimo trigesimo quinto, Indictione tertia, die XXIIII mensis Martii. Utini in hospitio habitationis Domini Abbatis infrascripti, presentibus discretis Viris presbitero Blasio de Valleleganna Tridentinae Diocesis, magistro Almerico de Venetiis rectore Scolarum, Henrico dicto Zontachino Notario de Utine, Anselmino qm. domini Falchi de Falchis, Jacobo qm. Maynardi de Aquilegia, Valentino Draperio de Utino, et Jacobino qm. domini Roasii de Laturre Testibus, et aliis ad haec specialiter vocatis, et rogatis.

Venerabilis Vir dominus frater Johannes Abbas Monasterii Sancti Petri de Rosacio Aquilegensis Diocesis Executor a Reverendo in Christo patre et domino domino Bertrando Dei gratia Sanctae Sedis Aquilegensis Patriarcha provido viro presbitero Jacobo Vicario in Capella Sancti Martini de Manzano non perpetue, ad Monasterium supradictum de Rosacio pleno jure spectante, super gratia eidem presbitero facienda de plebe Gallignane Petenensis Diocesis ad ipsum dominum Patriarcham, et Ecclesiam Aquilegensem ex jure devoluto hac vice pertinente specialiter deputatus prout in comissione eidem facta per supradictum dominum Patriarcham plenius continetur, cujus tenor inferius annotatur. — Quia sibi constitit ex publico Instrumento quod dominus Nicolaus plebanus Gologoricie generalis Vicarius olim Venerabilis patris domini Fratris Enoch Dei gratia Episcopi Petenensis in spiritualibus, et temporalibus, in Millesimo trecentesimo vigesimo quarto, Indictione VII, die VIII exeunte Novembris de predicta plebe Gallignane vacante per mortem olim presbiteri Johannis de Justinopoli dictae plebis plebani provido viro presbitero Cernaz de Pisino superiori providit, et ipsam plebem sibi contulit, eumdem presbiterum in plebanum jamdicte plebi de Gallignana preficiendo, de cujus potestate, et auctoritate conferendi nec per Instrumentum speciale, nec per insertionem factam in Instrumento provisionis predictae constitit, nec constare potuit. Item quia sibi modo constitit quod per Reverendum in Christo patrem, et dominum dominum Bertrandum Dei gratia Ostiensem et Velletrensem Episcopum, tunc in partibus Lombardiae Apostolicae Sedis Legatum, in Millesimo trecentesimo tricesimo secundo, Indictione XV, die XXIIII mensis Augusti discreto viro presbitero Odorico qm. Francisci Canonico Justinopoli Executori deputato super provisione facienda provido viro presbitero Jordano dicto Gam-

ber Canonico Justinopolitano de Beneficio cum cura vel sine cura in Civitate, et Diocesi I nensi ad domini Episcopi Petenensis collationem seu provisionem spectante, quod duceret ceptandum specialis comissio emanavit, sic expresse apparet per presentationem litterarum gr et executoriarum antedicti domini Legati per prefatum presbiterum Jordanum factam praed presbitero Odorico executori, ut in processibus ipsius presbiteri Odorici expressius continetur qua commissione idem Executor dicto presbitero Jordano acceptanti jamdictam plebem Gallign volens exequi, quod sibi credebat esse comissum de prefata plebe providit sicut potuit, et eamd plebem predicto presbitero Jordano verbaliter potius quam realiter contulit, cum jus confere plebem ipsam ad Ecclesiam Aquilegensem, et dominum Patriarcham per negligentiam domini E scopi Petenensis, ad quem in debitum tempus jus conferendi spectavit, esset devolutum. Cupie exequi reverenter quod sibi per reverendum patrem antedictum dominum Patriarcham fuerat co missum, juxta commissionis formam, sibi facta, vocatis hiis qui fuerant evocandi, et comparen bus, sed contumaciter recedentibus, qui in terminis sibi datis comparere ut debebant contumacit neglexerunt. Provido, et discreto viro presbitero Jacobo nato qm. Semblantis de Lavacio dioces Bellunensis Vicario antedicto auctoritate jamdictae Commissionis prefatam plebem Gallignane, cuju provisio ad dominum Patriarcham, et Ecclesiam Aquilegensem ut supra fuerat devoluta contuli et sibi de ea providit, ac eumdem presbiterum Jacobum de plebe hujusmodi, et omnibus sui juribus spiritualibus, et temporalibus ad eam spectantibus per suum berretum manualiter investi vit, cum plenitudine omnium jurium suorum; Mandans universis, et singulis fictabilibus, Massariis Censualibus, plebesanis, et quibuscumque debentibus decimas, quartesia, ac quoscumque alios fructus, que de ipsis debeant dicto presbitero Jacobo plebano, vel procuratori suo pro eo integraliter respondere, ac comittens Venerabilibus, et discretis viris dominis, Preposito Ecclesiae de Pisino parentinensis Diocesis, et plebano plebis de Selcano Aquilegensis Diocesis et utrique eorum in solidum, ut eumdem presbiterum Jacobum, vel dictum procuratorem suum ejus nomine in tenutam, et corporalem possessionem dictorum plebis, et jurium auctoritate sua ponant, et inducant, et defendant inductum, sibique vel dicto ejus procuratori pro eo de fructibus, redditibus, proventibus, et juribus universis ad ipsam plebem spectantibus faciant integre responderi. Contradictores, et rebelles auctoritate premissa per censuram Ecclesiasticam compescendo. Tenor autem supradictae Commissionis per singula talis est.

(*Vedi la Commissione all' anno 1334*).

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1335.

2 Giugno, Indizione III. Cividale.

Compromesso del Preposito di Pisino e dell' Abbate di S. Pietro in Selve per questioni fra loro.

(Atti del Notajo di Cividale Candellaro Stefano).

Anno Domini MCCCXXXV, Indictione III, Die secundo Junii. Actum in Civitate Austria in domo Comunis, presentibus presbitero Jacossio Civitatis, Jacobo Notario de Goricia, Isacho, et Baldo, ac Stephano ejus fratre de Florentia Civitati comorantibus, Jacobo Drago de Parma, et Georio de Coseglacho Testibus, et aliis.

Venerandus Vir dominus frater Daniel Abbas Monasterii Sancti Petri de Subsilva Parentinae Diocesis, pro se, et Monasterio suo ex parte una, et dominus Guielmus prepositus Pisini ejusdem Diocesis ex parte altera de omni causa, et questione vertente inter ipsas partes, occasione locationis factae per predecessum Abbatem ipsi domino Guielmo, et omnibus aliis causis, et questionibus que una pars alteri dicere, et petere posset usque in presentem diem libere et comuniter compromiserunt in Venerandos Viros dominos Fratrem Johanem Abbatem Rosacensem, et Guidonem Decanum Ecclesiae Civitatis, et Henricum Scribam Goriciae, tamquam in Arbitros, et Arbitratores, dantes, et concedentes dictae partes ipsis Arbitris, vel eorum duobus plenam auctoritatem Sententiandi et arbitrandi alte et basse amicabiliter, vel de jure, hic ad proximum Festum Sancti Johanis mensis presentis, longando, et breviando ad eorum voluntatem. Promittentes dictae partes vicissim per stipulationem solempnem se habere, et tenere, attendere, et observare totum, et quidquid per ipsos arbitros, vel eorum duos donu Sententiatum, arbitratum, et laudatum fuerit, et non appellare, seu reducere Sententiam ferendam, et laudum ad arbitrium boni viri, imo stare, et obedire eorum dicto, et arbitramento prout eis, vel eorum duobus videbitur, sub pena decem marcharum denariorum Aquilegensium in singulis hujus compromissi, et Sententiae ferendae Capitulis ad invicem stipulata et promissa tociens exigenda, quociens in causa comittetur, qua soluta, vel non, presens compromissum, laudum, et arbitrium ferendum, plenum obtineant robur, sub obligatione omnium suorum bonorum et dicti Monasterii etc. Cum omni melioramento.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1335.

5 Giugno. — Cividale.

Laudo del Decano di Cividale nelle questioni fra Preposito di Pisino ed Abbate di S. Pietro in Selve.

(Atti del Notajo di Cividale Candellaro Stefano).

Die quinto Junii, Venerandus Vir dominus Guido de Manzano Decanus Ecclesiae Civitatis, et Dominus Henricus de Orzonis Scriba Goriciae Arbitri, et Arbitratores, et amicabiles compositores litis et causae vertentis inter Venerandum virum dominum fratrem Danielem Abbatem Sancti Petri de Subsilva Parentine Diocesis pro se et Monasterio suo ex parte una, et Guielmum prepositum Pisini ejusdem Diocesis ex parte altera, ut ipsum compromissum constat manu mei Stephani Notarii, ipsis partibus presentibus, in hiis scriptis Christi nomine invocato, sententiaverunt, laudaverunt, et diffiniverunt, et arbitrati fuerunt, quod dictae partes inter se faciant, ut fecerunt perpetuam finem, et remissionem de omnibus, et singulis que una pars alteri invicem dicere seu petere posset occasione quacumque seu causa usque presens cum quodam baculo cadenti in terram, salva infrascripta Sententia. Item quod dictus prepositus restituat ipsi domino Abbati hinc ad octo dies libere, et expedite septem boves, unam vacham, duos runcinos, et unum dextrarium, et omnes res que continentur sub Sigillo predecessoris dicti domini Abbatis, salva probatione restitutionis ipsorum rum, et det eidem domino Abbati decem soldos grossos infra dictum terminum, nisi interim ipse dominus prepositus probet coram domino Capitaneo Pisini illos decem soldos grossos inclusos fuisse in Centum libris, quas singulis annis tenebatur domino Abbati solvere pro locatione bonorum dicti Monasterii. Item quod dictus dominus prepositus teneatur de blado seminato in presenti anno respondere, et solvere fictum consuetum in illis partibus. Item quod pro expensis factis per ipsum dominum prepositum in Monasterio predicto per tres menses cum dimidio ut dicebat teneatur sibi solvere dictus dominus Abbas usque ad Festum Sanctae Mariae Augusti decem soldos grossos. Item teneatur ipse Dominus Abbas conservare dictum dominum prepositum indempnem pro quadraginta libris parvorum, pro quibus ipse dominus prepositus asserit se fidejuscisset apud Guielmum Notarium domini Patriarchae de mandato, ut dicit Venerandi viri domini Guielmi Decani Aquilegiae, tunc Vicarii, et conservatoris Aquilegensis dummodo ipse dominus prepositus tam fidejussionem, quam mandatum dicti domini Decani verificet, et probet legittime coram domino Capitaneo supradicto infra terminum supradictum.

Super vero omnibus aliis ponimus perpetuale Silentium utroque parti, et hanc Sent mandaverunt a partibus perpetuo inviolabiliter observari sub pena compromissi juxta modi formam ipsius compromissi. Reservantes in se auctoritatem dilucidandi, declarandi, et diffi prorogando compromissum usque ad Festum proximum Sancti Michaelis si quo esset.

Item ordinant quod dictus dominus prepositus nullo modo, nec aliqualiter se ingerat tra ipsum dominum Abbatem, pro fratre Odorlico olim monacho, sive habitante in dicto nasterio.

Actum in Civitate Austria in Ecclesia Sancti Johanis Baptistae, presentibus dor Vincentio Custode Civitatis, presbitero Meriaso prebendato Civitatis, magistro Jacobo No de Goricia, Petro qm. Leopoldi, Laurentio qm. Henrici Chazele, et Simone nepote, Simon Civitate Testibus, et aliis.

Dr. Cumani

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1335.

24 Giugno, Indiz. terza.

Lega di Patriarca Bertrando coi Duchi d'Austria Alberto ed Ottone per la ricupera dei beni della Chiesa Aquilejese e delli Duchi.

(Dal Diplomatario Aust. del Can. Chmel Doc. XI pag. 548, 549).

Nos Bertrandus Dei gracia sancte sedis Aquilegiensis pa-triarcha. Profitemur et constare volumus omnibus presentes literas inspecturis. Quod pensata longinqua distancia possessionum et facultatum ecclesie nostre in diversis principatibus et dominiis constitutam quarum nonnullas absque principum et dominorum terrarum earundem auxilio vix unquam possumus in libertate debita retinere, aut casu vel necligencia quibuscumque perditas ad ius et proprietatem ecclesiae revocare, cum magnificis principibus amicis nostris predilectis, dominis Alberto et Othone ducibus Austrie Styrie et Karintie, quorum fidem, sinceritatem et legalitatem preceteris probatam agnovimus, Confederationem, unionem et liguam perpetuam sub modis et pactis que secuntur duximus iniendam, ita videlicet quod dicti Domini duces nos et ecclesiam nostram aquilegiensem tamquam defensores ipsius iuuare debeant ad recuperandum omnes possessiones, bona et iura ecclesie eiusdem in terris et districtibus eorumdem et specialiter Castrum de Loes quod nunc detinet comes Hermannus de Ortemburch, ac eciam nobis contra homines ecclesie nostre et nostros nobis rebellantes auxilium impertiri.

Nos quoque viceversa dictos Dominos duces et heredes eorum ad recuperandum omnes possessiones bona et iura que habent in foroiulii et omnibus territoriis seu districtibus nostris tenebimur adiuvare perpetuo bonafide. Et quocienscumque eosdem Dominos Duces vel gentes eorum per terras foroiulii vel alias quascumque terras nostras et ecclesie intrare vel exire aut in eis stare voluerint, omnes vias passus et transitus nostros et ecclesie, et specialiter passum castri moscardi et tulmecii et passum scluse et passum tulmini, ac omnes vias passus et transitus nostros et ecclesie ubicumque fuerint constituti ipsis tenebimur apperire, et eisdem quandocumque indiguerint ministrari facere per terras suas Opida et villas victualia et queque necessaria pro pecunia eorumdem transeuntium euntium et redeuntium absque molestatione notabili prediorum ecclesie et hominum residentium in eisdem. Et si propter apertionem viarum passuum et transituum predictorum incurremus dampnum periculum vel iacturam, Contra huiusmodi dampnum dantes teneantur nos Domini duces prefati et e converso nos eos fideliter ad invicem adiuvare. Et hec omnia et singula promittimus fideliter et firmiter attendere et observare fidei datione interposita nomine iuramenti, in quorum testimonium presentes sigilli nostri impressione fecimus communiri, sub annis Domini M. III.^{c}XXXV. indicione III die XXIIII. Junii. (Sig. pend.)

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1335.

Nel giorno di S. Ulrico (4 Luglio). — Graz.

Lega fatta tra i Duchi d' Austria Alberto ed Ottone, ed il Conte di Gorizia Enrico.

(Dalle Storie Austriache del Pr. Lichnowsky).

Wir Albrecht vnd Otto von Gots gnaden, Herczogen ze Osterrich ze Steyr vnd ze Kernden, Herren ze Chrain, auf der Marich, vnd ze Portenau, veriehen offenleichn vnd tuen chunt an disem brif, allen den, die in sehent oder horent lesen. Daz wir vns aller sache, mit vnserm lieben Ohem Graf Albrecht von Goercz, vreuntlich vnd lieblich verricht vnd vertaidingt haben, also beschaidenlich daz er vns di Purch vnd Stat ze Greiffenberg, vnd allez daz darzu gehoret, wie daz genant ist, on alle widerred vnd aufschub, inantwurten, vnd widergeben sol. Vnd sol er vnd sein Brueder, vns vnd vnsern erben, gehilflich vnd dienstleich sein ewichleich, so si beste mugen, mit aller irer Herrschaft, mit iren Leuten vnd Vesten, in derselben irer Herschaft, vnd darauz gen Kernden, vnd gen Chrayn, gen aller menchleich, So sullen auch wir diselben Grafen vnser Ohem, schirmen, versprechen, vnd geholfen sein, als vnsern dienern vnd helfern, an allen sachen, da si recht zu habent, vnd sullen auch in beholfen sein, besunderleich gen dem Kunig von Behem, vnd seinen Suenen, vnd gen den Etschern, vnd wer di Grafschaft ze Tyrol innhat, daz si von in an iren rechten, ez sein zoell oder Mautt oder ander gult darzu si recht habent nicht beswert werden, vnd swo si daran nu beswert oder entwert weren oder noch wurden ze vnrecht des sullen wir in beholfen sein wider ze gewinnen so wir beste mugen angeuerde. Ez sullen auch der vorgenanten Grafen vnser liben Ohem alle irer Slos vnd Veste vnd ir Herschaft alle vns vnd vnsern erben, vnd vnsern Hauptleuten vnd Helfern offen sein vnd anz vnd dadurch zeuaren vnd darinn auf tegleich vrleg zelegen vnser leut, auf vnser choste als oft wir des bedurfen gen der Etsch oder anderswo, an iren merchleichen schaden, on geuerde. Man sol aber vns vnd den vnsern den Chouf scheffen, daz wir daran icht geirret werden, mit khainem geuerde. Auch sullen di vorgenanten, vnser Ohem .... Grafen von Goercz vns vnd vnsern erben, dienen zwai geuert, an die Etsch ze isleichem mal mit drizzig Helm, vnd zwainczig Schutzen, vnd darvmb, vnd auch vmb den dienst, den si vns ewichleich tun sullen, vnd warten in ir Herschaft, mit ir Leuten vnd vesten, sullen wir in geben Tausent march silbers, ie fur di march vier vnd Sechzig grozzen Pechmischer zalphening, di gengich sein an dem Land ze Kernden, auf Sand Michels tag der schirist chumbt, geschech des nicht, so sullen wir in auf denselben Sand Michels tag inantwuerten vnd versetzen ze ..... pfand fur di vorgenanten Tausent March silbers Greiffenberch Purch vnd Stat, mit allen dem vnd darzu gehoret,

vnd auch mit den nutzen di hewer da geuallent Vnd sullen si daz innhaben, vnd niezzen als rechtes pfand als lang vncz si des vorgenanten silbers genczlich vnd gar von vns vnd vnse erben verrchtt vnd gewert werden vnd wenn wir oder vnser erben, si oder ir erben, des vorg nanten silbers gentzlich verrichten vnd weren, so sullen si, oder ir erben vns oder vnsern erbe di vorgenanten Purch vnd Stat Greiffenberg vnd waz darzu gehoret, wider antwurten vnuerchur mert, vnd vnuerirret an alle widerred. Geschech auch daz wir mer denn, der zwayer gevert z der Etsch bedorften vnd muetten an vnser genant Ohem von Goercz, des sullen si vns gehorsa sein, vnd sullen wir in darvmb helfen vnd geben als andern vnnsern helfern, darnach, vnd de dienst vnd hilf dann wiert. Wir haben vnd auch angenomen, vnd veruangen, vmb alle di anspraci vordrung vnd veindtschaft, di vnser getrewer lieber Sweykker von Liewenberch, sein bruder, sein vreunt vnd sein helfer, di vnserm Land gesezzen sind vnd der wir gewaltig sein, habent hinc dem vorgenantem vnserm Ohem, vmb Greyffenberch, daz si im angewünnen habent, daz daz gentzleich ab, vnd ein verrichte sache sein sol, an daz Haus in dem Marchte, vnd di gueter vnd gult, di derselb von Libenberch ze Greyffenberch vmb sein selbers guet gechauft hat, da sullen si in nicht an irren. Wenn auch wir vns mit dem Chunig von Pehem oder seinen Sunen verrichten oder vertaidingen, so sullen wir di selben vnser Ohem in die richtung nemen, vnd si besorgen, als wir in des schuldich vnd gepunden sein. Wir loben auch bei vnsern trewen allez daz stet ze haben vnd ze volfuren an allez geuerde, daz vor an disem brif geschriben stat, den wir dar vber gebn zu einem offenn vrchuend versigelten mit vnsern Insigeln. Der ist geben ze Gretz an Sand Vlreichstag. Do man zalt von Christes gepurde Dreuczehen Hundert iar dar nach in dem Funf vnd Dreyzzigistem Jar.

Sig. pend. avuls.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

657

Anno 1335.

17 Luglio, Indizione III. Trieste.

Giovanni Canonico della Chiesa triestina e Chierico della pieve di Tomai, figlio del qm. Mastro Francesco Chirurgo, prende danari a prestito.

(Archivio diplomatico di Trieste. Atti V. D. Vol. XI, pag. 90).

In Dei eterni nomine Amen. Anno Domini Millesimo tri-centesimo trigesimo quinto, Indictione III, die decimoseptimo mensis Julii. Actum Tergesti in Sala Episcopatus tergestini, presentibus Ser Raymundino de Vedano Not., Simone de Vedano domicello Domini Episcopi Tergestini testibus et aliis. Dominus Presbiter Johannes Canonicus Ecclesie Tergestine et Clericus Plebis de Tomay, filius qm. Magistri Francisci, Zirologi, Civis et habitator Tergesti, solempniter stipulat de pura et certa scientia a Johanne dicto Gambocio de Florentia Cive et habitatore Tergesti filio Ser Tomasii de Angeleriis de Florentia libras centum denariorum venet. parv. in bonis denariis omnibus bone monete in usum et utilitatem ejus, de ipsius Gambocii licencia contendens, recipiens et pecuniam ipsam coram dictis testibus et me notario supradicto ab ipso Johanne ibidem et in presenti, quam confessus fuit tantam esse quantitatem, et promisit dare, restituere, et consignare eidem creditori suisque heredibus, vel ipsius certo nuncio hoc instrumentum habenti, supradictam pecunie quantitatem in bonis denariis tempore quocumque idem Johannes, vel ejus heredes, aut nuncius, petierint ab eodem; nec non suscipiens in se et super se omnem casum fortuitum et eventum incendii, naufragii, ruyne, rapine, furti, violentie, et quemcumque alium tam divino quam humano judicio, qui ex quolibet genere culpe vel aliis provenerit; et supradicta omnia in hoc contractu contenta firma et rata habere atque tenere, et non contrafacere sub pena duplicis ipsius quantitatis pecunie in singulis capitulis hujus contractus, cum intromissione et obligatione omnium suorum bonorum mobilium et immobilium, presentium et futurorum, ac refectione dampnorum omnium, expensarum, et interesse litis et extra. R̄ene etc.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno

19 Maggio, Indizi

Strida fatta in Muggia del Contratto a alla Confraterna di S. Andrea a

(Da pergamena donata dal Dr. Vincenzo .

Anno Domini Millesimo tric dictione quarta, die Dominico decimon scalis Palatii Communis, presentibus Ser Nic ciglavo et aliis.

Paulus Guera preco Communis Mugle, e ..... et alta voce, ora debita, et ante missan munis Mugle ..... preconizavit, quod Grego qm. ..... de Crepeglano, et Mathias qm. Y ternitatis Sancti Andree de Crepeglano, nomine c tini Cavarossii unam quantitatem vince site in cc crignis que firmat apud vineam Fraternitatis San aguare, et si qui alii sunt confines, pro pretio et parvorum, ut de predictis patet instrumento scrip presenti Millesimo, Indictione, et die duodecimo pinquus qui vellet dictam vineam recuperare pre secundum formam Statutorum de Mugla.

Ego *Castus* filius Dni. Firmapacis Vicedc
Ego *Nicolaus de Stablis* Vicedominus sub
Ego *Rephael* Muglensis Not. Imperiali e boravi.

La pergamena contiene pure l'instrumento 12 Maggio del formale contratto, firmato dagli stessi Vicedomini. Il pezzo di terra venduto avea la superficie di 216 pertiche quadrate del Comune

Tipografia del

625

Anno 1336.

18 Giugno, Indizione IV. Cividale.

Marchese d' Istria Patriarca Bertrando, ad impedire ogni mezzo ai predoni e ladri, ordina che gli animali e cose, sieno in Pinguente esposte all' asta publica per tre giorni da mercanti noti, presso la chiesa.

(Da Pergamena originale).

Bertrandus Sancte Sedis Aquilejensis Dei gratia Patriarcha. Dilectis fidelibus nostris Gastaldioni, Consilio, et Populo terre Pinguenti salutem, et omne bonum.

Cupientes pravo conatui predonum et latronum quantum possumus obviare, praesentium tenore statuimus et ordinamus, ac etiam precipiendo mandamus — quod decaetero bestie aç bona alia que in terram nostram Pinguenti ad vendendum conducentur, per alios quam per notos mercatores, tribus diebus continuis super platea dicte terre nostre apud Ecclesiam publice debeant incantari, et postquam fuerint taliter incantate, venditionem fiendam de ipsis plenam habere volumus roboris firmitatem. Aliter autem facta venditio de premissis, nullius sit roboris vel momenti.

In quorum testimonium presentes fieri iussimus nostri Sigilli appensione munitas.

Datum in Civitate Austrie in nostro Patriarchali Palatio die decimaoctava mensis Junii. Anno Dominice Nativitatis Millesimo tercentesimo trigesimo sexto. Indictione quarta.

Alberto Clarici.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1336.

27 Agosto. — Nel campo di Braulino.

Giorgio di Ugone di Duino, Vorlico qm. Dietalmo di Reifemberg, Simone del qm. Enrico Burgravio di Gorizia e Fedrigo di Vinchimberg si costituiscono prigionieri del Patriarca Bertrando, e ne stabiliscono i patti.

(Archivio Notarile di Udine).

MCCCXXXVI. Die XXVII mensis Augusti, presentibus nobilibus viris Dominis Bregonea de Spignimbergo, Friderico de Savorgnano, Volvino de Stegberch, Conrado Boyano de Civitate Austria, Nicolao Chaulo de Vels militibus, et Guilielmo de Spegnimberg Testibus, et aliis.

Constituti flexis genibus in presentia Reverendi in Christo patris et domini domini Bertrandi Dei gratia Sanctae Sedis Aquilegensis Patriarchae Nobiles Viri domini Georius qm. domini Hugonis de Duyno Capitaneus Comitatus Goritiae, Vorlicus qm. domini Dyetalmi de Reifenberh, Simon filius qm. domini Henrici Purgravii de Goritia, et Fridericus de Vinchimberch se sponte, et libere tradiderunt carceratos ipsi domino Patriarchae, et juraverunt ad Sancta Dei Evangelia in manibus ejusdem domini Patriarchae attendere et inviolabiliter observare sine omni dolo, et fraude pacta omnia infrascripta, quorum tenor talis est.

Hec sunt pacta infrascripta que facta sunt inter Reverendum dominum et patrem dominum Bertrandum Dei gratia Sancte Sedis Aquilegensis Patriarcham ex una parte, et dominum Georium de Duyno Capitanium Comitatus Goritiae ac ejus comitivam ex altera. — Primo quod dominus Georius antedictus de Duyno, Vorlicus filius domini Dietalmi de Reufemberch, Simon filius qm. Henrici Purgravii de Goritia, et Fridericus de Vinchimberch esse debent in captivitate dicti domini Patriarchae, Salvis personis eorum, et super securitatem debent dimitti ad terminum quatuor mensium, et si interim non fieret concordia, tunc redire debent ad ostagium, et iterum debent habere terminum ad spatium duorum mensium. — Si autem non fieret plena concordia inter eumdem antedictum dominum Patriarcham, et Comunitatum Goritiae, tunc iterum reverti debent ad ostagium et esse in manibus Reverendi domini Patriarchae, et jam datae presentis Castrum Braulini debent presentare sepedicto domino Patriarchae cum omnibus Massariis intra existentibus, dextrarii sive Hengesti omnium eorum debent remanere in Castro, et solum palafredos, sive Runcinos, et eorum arma debent extraducere et non aliquas alias res. Ipsi vero carcerati antedicti cum eorum comitiva debent affidari in rebus, et personis usque Goritiam, vel in locum alium ipsis convenientem. Dominus de Duyno debet etiam reservare duos Hengestos de Armis de gratia domini Patriarchae.

Actum in Exercitu dicti domini Patriarchae juxta Braulinum in loco ubi erat pratica Machine.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1336.

1. Ottobre, Indizione IV. Albona.

Patriarca Bertrando Marchese d'Istria dà feudo di milizia a Bastiano di Albona.

(Archivio diplomatico di Trieste, comunicazione del Prof. Abb. Bianchi. Originale esistente nell' Archivio notarile di Udine).

Sancte Sedis Aquilegensis Dei gratia Patriarcha Bertrandus dilecto nobis Bastiano filio qm. Vulschi de Albona fideli nostro, salutem, et omne bonum.

Quia digne convenit, et nos desiderantes appetimus devotos nostros, et Ecclesie nostre Aquilegiensis ad honores et commoda promovere, ut ex compensatione meriti, ad fidem et obsequia deveniant promptiores, et aliis via devotionis debite preparetur. Sane ex pura fide ac experta devotione, quibus ad reverentiam et honorem dicte nostre Ecclesie predecessorum nostrorum, et nostrum, tu ac progenitores tui continue viguistis, prout per fidediguorum testimonium comperimus, satis plene merito inducimus tuis honoribus et commodis respondere. Tuis igitur supplicationibus inclinati, tibi de antiquo feudo militie de Albona, secundum modum et ordinem, et cum illis honoribus, ac commodis et dignitatibus, prout et sicut alii dictum feudum a dicta Ecclesia nostra, tenent, de speciali gratia tibi, tuisque filiis legitimis descendentibus per lineam masculinam tantum, tenore presentium providimus, teque primo jurante, et promittente nobis et Ecclesie nostre illam fidelitatem et devotionem, quam alii similes feudatarii prestare tenentur, per finbriam nostre guarnachie, ut moris est, investimus presentialiter de eodem, salvo jure nostro, Aquilejensis Ecclesie et omnium personarum. Ad cujis rei rectitudinem, ac predictorum testimonium presens Privilegium per infrascriptum Gubertinum notarium nostrum scribi jussimus, et nostri sigilli appensione muniri.

Acta fuerunt hec Utini, in nostro Patriarchali palatio: presentibus discretis viris Dominis Stephano Petris de Fractis Primicerio Ecclesie s. Angeli de Fractis Gayetane Diocesis, presbitero Beltramo de Molteno, Plebano Plebis de Buya, Aquilegensis Diocesis. Paulino qm. Magistri Johannis de Mutina notario, et Arnusto qm. Hendratii de Albona, testibus et aliis, sub anno Dominice Nativitatis MCCCXXXVI. die primo mensis Octubris, indictione quarta.

C.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno

2 Ottobre, Indiz

Feudi che Sergio di Castropola ed i suoi

(Atti del Notajo udines

Anno Dominice Nativitatis M

Die secundo mensis Octubris. Present
de Purciliis Canonico Aquilegense, ac Nobilil
et Philippo de Portis de Civitate Austria Testil

Constitutus in presentia Reverendi in C
gratia Sanctae Sedis Aquilegensis Patriarchae, n
rator et procuratorio nomine nobilis Viri domini
factum per ipsum dominum presentavit ac exibu
sunt Feuda quae ego Sergius, et predecessores
primo Villa Sissani, et Turtiyani cum mero, et
servitutibus, et cum omnibus suis pertinentiis de
medietas suis consanguineis. Item medietas Turi
mero et mixto Imperio.

Datum Utini in Palatio Patriarchali.

I Castropola avevano dai Vescovi di Pola parte delle decime di pane vino e carni, in Sissano, Calderogi, Calzanelli, Guargnan, Cuje, Azzan, Campi, Orcevan, Promontore, Pedrol. Dal Vescovo di Parenzo avevano le decime di Due Castelli, di

---

Tipografia del

10000100

Anno 1336.

16 Ottobre, Indizione IV. Udine.

Patriarca Bertrando investe Artilupo di Giustinopoli dei feudi che rilevava dalla Chiesa Aquilejese.

(Archivio Notarile di Udine).

Anno MCCCXXXVI, Indictione quarta, Die XVI mensis Octubris, presentibus Venerabili Viro domino Jacobo de Carraria Canonico Civitatense, nobilibus viris dominis Hectore, et Friderico de Savorgnano militibus, Nicolussio Varbiti de Utino, et magistro Petro de Fuxo Notario Testibus, et aliis.

Constitutus in presentia Reverendi in Christo patris et domini domini Bertrandi Dei gratia Sanctae Sedis Aquilegensis Patriarchae, discretus vir Jacobus de Tedaldinis de Florentia habitator Justinopolis procurator, et procuratorio nomine providi viri Ser Artilupi qm. domini Rantulfi de Justinopoli, Civis Justinopolis ad infrascripta specialiter constitutus prout de procuratorio hujusmodi constat per publicum Instrumentum scriptum Anno et Indictione presentibus, die XIII presentis mensis Octubris manu presbiteri Thomae qm. Georgii de Justinopoli imperiali Auctoritate Notarii, a me Notario infrascripto visum, et lectum, eidem domino Patriarchae humiliter supplicavit ut cum dictus qm. Rantulfus ab Anno circiter decesserit, ipsum procuratorem nomine procuratorio quo supra de omnibus feudis, quae dictus qm. Rantulfus habebat, et tenebat ab ipso domino Patriarcha, et Aquilegensi Ecclesia investire benigne dignaretur. Qui dominus Patriarcha ejus Supplicationibus inclinatus, credens et sperans quod prefatus Artilupus fidelis erit sibi, et suae Aquilegensi Ecclesiae eumdem procuratorem, procuratorio nomine quo supra recipientem de omnibus Feudis predictis legittimis videlicet et legalibus eo jure quo dictus qm. Rantulfus, ac ejus progenitores eodem feuda antiquitus habuerunt et tenuerunt ab Ecclesia memorata per fimbriam suae Guarnachiae presentialiter investivit. Salvo jure Aquilegensis Ecclesiae, et cujuslibet aliene personae. Ipse vero procurator nomine procuratorio quo supra, et in animam constituentis prefati statim prestitim dicto domino Patriarchae et Aquilegensis Ecclesiae fidelitatis debitae solitum juramentum. Quibus pactis idem dominus Patriarcha mandavit dicto procuratori sub debito prestiti juramenti quod sibi tradat inscriptis omnia feuda supradicta infra unum mensem proxime venturum.

Actum Utini juxta portam Castri Patriarchalis.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

653

Anno 1336.

19 Novembre. — Cividale.

Enrico di Pisino, prigioniero del Patriarca, ottiene sotto garanzia di Volrico di Gorizia libertà provvisoria, promettendo presentarsi entro un tempo prefisso.

(Atti del Nodaro udinese Gubertino da Novate).

Anno MCCCXXXVI. Die XVIIII Novembris. Presentibus dominis Gerardo de Cucanea, Francisco Boyano, et Alberto de Castello Testibus, et aliis.

Coram prefato domino Patriarcha Bertrando constitutus Henricus de Pisino Carceratus ipsius domini, promisit redire ad carceres ejusdem domini, et se ei presentare hinc ad Kallendas Februarii proximas, et non recedere ab ipso domino Patriarcha sine ejus licentia sub pena centum Marcharum de quibus extitit fidejussor Volricus de Goritia, sub dicta pena, prout in suis litteris ejus Sigillo Sigillatis continetur, quas ibidem presentavit dicto domino Patriarchae. Item juravit quod interim non procurabit dampnum domino Patriarchae, nec Ecclesiae Aquilegensi, et si sciret aliquem procurantem statim intimabit ipsi domino Patriarchae.

Actum Civitati Austriae in Curia Patriarchali.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1336.

22 Novembre. — Udine.

Nicolò di Duino e Voliza di Pisino prigionieri del Patriarca vengono messi in libertà provvisoria, promettendo ritornare alle prigioni del Patriarca in tempo prefisso.

(Atti del Notajo udinese Gubertino da Novate).

Anno MCCCXXXVI. Die XXII Novembris. Presentibus domino Doymo de Flumine, Gerardo de Cucanea militibus, et Marcho Marescalco de Mediolano Testibus, et aliis.

Nicolaus de Duyno, et Voliza de Pisino Carcerati domini Patriarchae Aquilegensis promiserunt mihi Notario recipienti, et stipulanti nomine ipsius domini Patriarchae redire ad Carceres ipsius domini Patriarchae hinc ad Kallendas Februarii proximas, et non recedere ab eo sine ipsius licentia, et quod non venient contra Aquilegensem Ecclesiam, et si scirent aliquos procurantes ejus dampnum notificabunt ipsi domino domino etc. pro quibus se fidejussorem constituit suprascriptus dominus Gerardus sub pena qua alii fuerunt dimissi.

Actum Utini in Palatio Patriarchali.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1336.

25 Novembre. — Udine.

Patriarca Bertrando istituisce Raino Ternone mercante a Venezia in suo procuratore per riscuotere dalla Signoria di Venezia 112 marche e mezza di denari nuovi aquilejesi pei diritti e giurisdizioni di Pola, di Ardignano, della Regalia, e di Valle.

(Atti del Notajo udinese Gubertino da Novate).

Noverint Universi presentes litteras inspecturi, quod Sanctae Sedis Aquilegensis Dei gratia Nos Patriarcha Bertrandus nostro et nostrae Aquilegensis Ecclesiae nomine facimus, constituimus, et ordinamus providum virum Rayno.... de Ternone mercatorem Venetiis comorantem presentem et mandatum hujusmodi suscipientem nostrum, et ejusdem nostre Aquilegensis Ecclesiae certum missum, nuncium, et procuratorem legittimum ad comparendum coram Illustri et magnifico Viro domino Francisco Dandulo Dei gratia Venetiarum, Dalmaciae e Croaciae Duci, domino quarte partis, et dimidiae totius Imperii Romanie ejusque Comune, et ad petendum exigendum, et recipiendum ab eiisdem centum, et duodecim Marchas cum dimidia denariorum novorum Aquilegensis monetae, nobis et Ecclesiae nostre prefatae debitas in Mense Januarii proxime venturo pro juribus, et jurisdictionibus Civitatis Polae, ac terris Ardegnani, Regalie, et Vallis secundum pacta noviter inita inter ipsos dominum Ducem, et Comune Venetiarum, ac Nos et Ecclesiam supradictam, et de hiis, que receperit faciendum finem quietationem liberam, et plenam remissionem, ac pactum de ulterius non petendo cum omnibus promissionibus, et cautellis oportunis et aliter ad omnia alia, et singula faciendum que in premissis, et circa premissa fuerint oportuna, etiam si mandatum exigeret speciale.

Promittentes nostro et Ecclesiae Aquilegensis nomine, firmum, ratum, et gratum perpetuo habere, tenere, quidquid per dictum procuratorem nostrum factum fuerit in premissis et quolibet premissorum sub obligatione omnium nostrorum et Ecclesiae nostrae Aquilegensis bonorum. In quorum testimonium presentes fieri jussimus, et nostri Sigilli appensione muniri.

Datum Utini in nostro Patriarchali Pallatio die XXV mensis Novembris, Anno dominice Nativitatis MCCCXXXVI, Indictione.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1336.

20 Dicembre, Indizione IV. Aquileja.

Patriarca Bertrando ordina a Giovanni (Scordello) Vescovo di Parenzo di restituire a Daniele Abbate di S. Pietro in Selve certi terreni usurpati in vicinanza di Parenzo.

(Atti del Notajo udinese Gubertino da Novate).

Sancte Sedis Aquilegensis Dei gratia Patriarcha Bertrandus Venerando in Christo fratri Johani Dei gratia Episcopo Parentino Suffraganeo nostro Salutem in Domino Sempiternam. — Pro parte dilecti filii fratris Danielis Abbatis Monasterii Sancti Petri in Silva nobis immediate subjecti nobis est oblata querela, quod quoddam suum, et dicti Monasterii territorium situm juxta Parentium, quod longis temporibus retroactis, ipse et sui predecessores habuerunt et possiderunt pacifice, et quiete contra juris debitum occupatis, vigore cujusdam Sententiae perperam, et inique prolatae, supra quo a nobis fecit humiliter postulari ut de opportuno dignaremur sibi juris remedio providere.

Cum itaque sumus unicuique in justicia debitores, Vos tenore presentium requirimus, et monemus, ac vobis sub pena ingressus Ecclesiae precipiendo mandamus quatenus ab occupatione supradicti territorii penitus desistatis, aut si in eo creditis jus habere, et vultis deffendere Sententiam supradictam, quintadecima die a presentatione presentium, quem quidem terminum vobis pro duobus edictis, et uno peremptorio assignamus compareatis legittime coram nobis ubicumque fuerimus in Civitate vel Diocesi Aquilegensi vestram justiciam si quam habetis ostensuri, facturi, et recepturi supra hiis quod ordo dictaverit rationis, et si dies termini fuerit feriata sequens proxime non feriata suppleat vices ejus; Alioquin vestra contumacia non obstante contra vos procedemus quantum justicia suadebit.

Has autem litteras ad cautellam fecimus registrari de quarum presentatione, relationi latoris earum nostri jurati nuncii dabimus plenam fidem, vel Instrumento publico ipsarum seriem continenti.

Datum Aquilegiae in nostro Patriarchali Pallacio, die XX mensis Decembris. Anno dominice Nativitatis MCCCXXXVI, Indictione IV.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1337.

7 Gennaro, Indizione V.

Natale Vescovo di Cittanova nomina Filippino di Padova in suo procuratore per riscuotere certa somma da Franzolo della Scala di Milano.

(Atti del Nodaro udinese Gubertino da Novate).

Anno Domini MCCCXXXVII. Indictione V. Die VII mensis Januarii, presentibus discretis Viris dominis Geraldo Regis priore de Saumana Cavalicensis Diocesis, Stephano Petri de Fractis Testibus et aliis.

Reverendus in Christo pater et dominus dominus Natalis Dei gratia Episcopus Emonensis suum verum, et legittimum procuratorem ac nuncium Specialem constituit, et fecit discretum Virum Philippinum de Padua absentem tamquam presentem ad petendum, et exigendum nomine suo a Franzolo de Lascala de Mediolano certam pecuniae quantitatem, et de receptis per ipsum finem quietationem refutationem, et pactum de ulterius non petendo faciendum, et pro predictis ad agendum, defendendum, excipiendum, et replicandum, libellum, seu libellos dandum, et recipiendum, appellandum, appellationes prosequendum, etc. Et generaliter ad omnia alia, et singula faciendum que verus, et legittimus procurator facere debet, et ipse constituens facere posset si personaliter interesset. Promittens etc. Relevans etc.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1337.

18 Febbraro. — Avignone.

Papa Benedetto XII ingiunge a Vescovo di Trieste Fra Pace da Vedano di recarsi in Roma cogli Atti del processo già fatto contro Matteo Visconti ed i figli di lui, condannati per eresi.

(Mainati, Croniche).

Benedictus Episcopus Servus Servorum Dei. Dudum sicut accepimus, tu ordinis Fratrum praedicatorum, tunc in minori officio constitutus, Apostolica auctoritate in Provincia superioris Lombardiae inquisitor pravitatis haereticae deputatus, una cum venerabilibus fratribus nostris Ricardo Archiepiscopo Mediolanensi, qui Apostolica, et ordinaria auctoritate fungebatur, et Jordano Episcopo Bobiensi, dicti ordinis tunc in minori officio constituto, et Apostolica auctoritate praedicta in dicta Provintia inquisitore similiter deputato, ac quibusdam aliis fratribus ejusdem ordinis conquisitoribus vestris super pravitate praedicta tunc viventibus, qui dicuntur de hac luce transiisse, contra damnatae memoriae Mathaeum de Vicecomitibus de Mediolano, ejusque filios, nec non adversus nonnullas singulares personas Mediolanenses, Novarienses, Pergamenses, Cremonenses, Comanenses, Vercellenses, et quarundam aliarum Civitatum, ac Castrorum Villarum, et locorum aliarum partium vicinarum, super facinora praefactorum Mathaei, et filiorum ejus inquisiti communiter, et divisim, et nonnullos processus super hoc contra ipsos fecisti, et condemnationis sententias promulgasti. Cum itaque de dictis processibus et sententiis, tam per te, quam per inspectionem velimus plenius informari, fraternitati tuae praecipiendo mandamus, quatenus cum omnibus processibus, et sententiis supradictis, ac scripturis aliis, nec non depositionibus, et attestationibus testium super praemissis habitis, et receptis, quos et quas per te, et alios poteris quomolibet reperire, infra proximum futurum festum Pentecostes, ad nostram studeas praesentiam personaliter te conferre; praefatis etiam Archiepiscopo, et Episcopo, per alias nostras consimiles litteras injungimus, ut ad nos praeterea venire procurent.

Dat. Avenion X Kal. Martii anno tertio.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1337.

21 Febbraro, Indizione V.

Biachino di Momiano rilascia liberi al Monastero di S. Martino di Tripoli i beni di questo che aveva occupato.

(Archivio del Monastero di S. Daniele. — Corner, Chiese Venete).

In Christi nomine Amen. Anno Domini MCCCXXXVII, Indictione V, die XXI mensis Februarii. Praesentibus Discretis Viris D. Presb. Lastigna Plebano Ecclesiae S. Zenonis de Ortoneglo, Viranesio Plebano Castiglionis ac Dom. Detemario Nepote Dom. Biaquini de Mimiglano, Pasquale Colmani Ser Mengolino Andreae Aemoniensis et aliis pluribus testibus ad hoc vocatis specialiter et rogatis. Constitutus discretus et religiosus Vir Dom. Fr. Rufinus Monachus Monasterii S. Danielis de Venetiis Castellanae Diocesis, ac Sindicus et Procurator Rev. Viri D. Fratris Bonifacii Prioris et Conventus Monasterii supradicti, ut de publico Instrumento sindicationis et procurationis constat manu Presb. Antonii filii q. Alberti de Este Imperiali auctoritate Notarii publici a me Notario infrascripto viso et lecto plenius, et in omnibus et singulis suis continetur. Coram Nobile Viro D. Biaquino de Mimiglano olim occupatore et detentore possessionum camporum, pratorum, pascuum, terrarum, vinearum, nemorum et camporum, et aliorum bonorum omnium spectantium et pertinentium Monasterio seu Abbatiae et Ecclesiae S. Martini de Tripoli situm in villa Ortonegli Aemoniensis Diocesis spectantes et pertinentes pleno jure Monasterio S. Danielis de Venetiis supradicto et Ecclesiae memoratae S. Martini et cum instantia postulavit, et requisivit prefatum D. Biaquinum quatenus placeret ei dimittere prenominatas possessiones et omnia bona libere et pacifice, et absque contradictione solita possidere, qui D. Biaquinus ad petitionem dicti D. Fr. Rufini sponte et libere ac extra sententiam renuntiavit et in manibus suis relaxavit mandans eidem quod amodo in antea dictus Dom. Fr. Ruffinus locet, affittet et alia caetera faciat sicut faceret D. Prior S. Danielis de Venetiis ad quem spectant et pertinent omnia jura Ecclesiae supradictae dicens asserens et confitens ipse Dom. Biaquinus nullum jus habuisse nec habere in Abbatia et Ecclesia S. Martini praedicti, nec etiam habere volebat aliquo tempore per se et suos haeredes cum ipse tenuerat et possiderat, et occupaverat dictam Ecclesiam indebite et injuste hucusque et contra Deum et justitiam et canonicas sanctiones promittens namque memoratus D. Biaquinus per se, suosque haeredes ipsi D. Fr. Rufino Sindico et Procuratori praedicto stipulanti et recipienti nomine supradicti D. Prioris Monasterii et Conventus S. Danielis de Venetiis etc.

Ego *Albertinus* quond. Righini de Ferraria Not. auctoritate publica ad vocatus et rogatus sc.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco

10000100

Anno 1337.

27 Febbraio, Indizione IV. Trieste.

Procura ai Pietro Gremon e Messalto Messalti per fare pace e concordia coi Signori di Stemberg dinnanzi il Patriarca Bertrando.

(Archivio diplomatico, Atti della Vicedominaria).

In nomine Dei eterni Amen. Anno ejusdem millesimo trecentesimo trigesimo septimo, Indictione quarta die penultimo mensis Februari. Actum Terg. in palatio Comunis pres. Dni. Zorobabelle de Leo Vicedomino, Francisco Gremon, Johanne Mostegl, Giroldo Rubeo, Zaneto Niblo, Nicolao Bajardo, Bando de Judicibus, Rantulfo Ballardo Not. et aliis.

Nobilis et potens vir Dni. Petrus Badoarius de Veneciis hon. Potestas Civitatis Terg., nec non discreti et sapientes viri Domini Odoricus q. Dni. Bonomi, Almericus q. Dni. Berthoni Ade et Dominicus de Juliano ejusdem Domini Potestatis et Comunis Terg. Judicum, de consensu et voluntate majoris Consilii Comunis Civitatis predictae ad sonum campanae et vocem preconeam more solito congregato, convocatis ejusdem majoris Consilii Consiliariis ad infrascripta specialiter, scil: Dominis Rantulfo Bajardo, Zorobabele de Leo, Jacobo Dni. hmai, Bando de Judicib, Vitale Pivega, Andrea Mostegl., Thoma Bajardo, Mattheo Anze. et aliis quampluribus in dicto majori Consilio existent. nemine discrepante, ipsis volentibus consencientibus et mandantibus omni modo jure forma causa et via quibus melius possunt, auctoritate et licentia et mandato predictis, fecerunt constituerunt et ordinaverunt vice ac nomine dicte Comunis Civitatis predictae, discretos viros Dominos Petrum Gremon, et Messaltum de Messaltis Cives Terg. suos et dicti Comunis Tergesti veros nuncios actores factores generales sindicos et legitimos Procuratores et Negotiorum Gestores, tam in agendo quam deffendendo, et specialiter ad comparendum coram Reverendo Patre et Domino Domino Bertrando Dei et Apostolicae Sedis gratia Sanctae Sedis Aquilegensis dignissimo Patriarcha, et generaliter una insimul cum prefato Domino Patriarcha vel per se solos ad vacandam faciendam et firmandam pacem firmam et concordiam perpetuam inter Comune Tergesti predictum homines et districtuales Civitatis prefactae ac etiam sucessores Comunis et hominum de Tergesto et Episcopatus Civitatis supradictae ex parte una, et nobilem militem Dominum Wolvinum de Stemperch et S. Janzerl fratrem ejus, et suos servitores, exceptis bannitis a Comuni Tergesti ex parte altera, et ad remittendum et relaxandum certas et singulas injurias contumelias et offensas penas et damna hinc inde illatas factas et contentas seu contenta et ad invicem permissas modo quocumque et per predictos, omnibus et singulis attendendis et per-

petuo firmiter observandae obligare possint ipsi Procuratores et Sindici vice et nomine dicti Comunis, omnia et singula bona dicti Comunis, presentia et futura, mobilia et fixa, usque ad summam quadrigentarum Marcharum solidorum, et non ulterius, et etiam jurare possint, vice ac nomine dicti Comunis de attendendo manutenendo et observando quaecumque per ipsos et inter ipsos facta et parata fuerint in predictis et circa predicta, et si casu aliquo contingeret prefatum Dominum Patriarcham vel quamcumque aliam personam securitatem vel fidejussionem aliquam facere vel praestare pro dictis omnibus attendendis vice Comunis Terg., quod ipsi Sindici et Procuratores libere possint cum pecuniis et obligationibus quibuscumque necessariis et oportunis talem vel tales obligatos eciam in solidum relevare ab omni securitate et obligatione fidejussionis indemnes.

Dantes et concedentes prefati mandantes nominibus quibus supra, eisdem suis et dicti Comunis procuratoribus et Sindicis plenam licentiam et liberam potestatem auctoritatem et liberum mandatum, predicta omnia et singula faciendi exercendi tractandi et complendi q. circa predicta et quodlibet predictorum eis melius et utilius videbitur expedire. Et quod ipsi et nominibus quibus supra si $\overline{\text{ptr}}$ interessent facere possint, et quod merita eorum exigunt et requirunt. Promittentes se firmum ratum et gratum habere et inviolabiliter observare quicquid per ipsos suos et dicti Comunis Terg. Procuratores et Sindicos in predictis factum fuerit, seu modo $\overline{\text{aliquo}}$ procuratum. Et non contrafacere vel venire aliqua ratione vel causa de jure vel de facto Relevates predictos suos et dicti Comunis Procuratores seu Sindicos ab omni onere satisfactionis de Judicio Sisti et Judicatu solvend. sub pena librarum mille parv. Cum obligatione omnium bonorum dicti Comunis mobilibus et immobilibus presae et futuroriae.

Manu Johannis de Rubeis.

Quel territorio intralpino fra il gran vallo romano da Prevald a Fiume, o fra il Timavo soprano ed il varco di Longatico o Loitsch, come in antico formava corpo politico da sè, tributario alla colonia di Trieste, così nel medio tempo fu da sè, preso nome di *Arensberg* poi *Adelsberg* dalle ARAE che vi stavano a segno di termine della Via Postumia; e fu di diretto dominio baronale dei Patriarchi di Aquileja, distinto dalla Karsia che fu di dominio baronale alto dei Patriarchi, medio dei Conti di Trieste, basso de' Vassalli, fra i quali il Conte di Gorizia. Arensperg medesimo era ripartito in feudi minori, sotto autorità di un Burgravio, la serie dei quali sembra cominciare col 1149, terminare nel 1323.

Il quale distretto nel 1335 venne dato da Patriarca Beato Bertrando da S. Genesio in pegno, poco stante in dominio a Guglielmo di Speninberg ed a Volvino di Stegberg; nel 1371 passò Arensberg per comprita nella Serenissima Casa d'Austria, la quale vi prepose Capitani, fra i quali nel 1511 quel Conte Cristoforo Frangipani, noto nelle guerre tra Massimiliano I ed i Veneti, che lo fecero prigioniero, poi lo lasciarono libero a richiesta del Papa e del Re di Francia.

Nel 1630, Arensberg passò ai Principi Eggenberg con patto di reversibilità, il che accadde nel 1722.

I Burgravi di Arensberg, padroni del varco della Giulia potevano recare gravissime molestie ai Triestini, e facile impellente erane da una parte la prepotenza di baroni, stranieri ad altro che non fosse spada e lancia, e gabelle; dall' altra le imprese mercantili del Comune rinato, che volevano franchigia e libertà, anche colla spada e colla lancia. Baronia e Comune erano antagonismi; più tardi vediamo gravissime abbarruffate.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1337.

X. Kalendas Maii. — Avenioni.

Papa Benedetto XII chiama in Avignone Vescovo di Trieste Fra Pace da Vedano, già Inquisitore in Lombardia, per dare relazione sui processi fatti contro Matteo Visconti e figli e fautori.

(P. Agostino Theiner, *Vetera Monumenta Slavorum Meridionalium*).

Benedictus Episcopus etc. Venerabili fratri Paci Episcopo Tergestino, salutem etc. Dudum, sicut accepimus, tu ordinis fratrum Predicatorum, tunc in minori officio constitutus, apostolica auctoritate in provincia superiori Lombardia Inquisitor pravitatis heretice deputatus, una cum Venerabilibus fratribus nostris Aycardo Archiepiscopo Mediolanensi, qui apostolica et ordinaria auctoritate fungebatur, et Iordano Episcopi Bobiensi dicti ordinis, tunc in minori officio constituto et apostolica auctoritate predicta in dicta provincia Inquisitore similiter deputato, ac quibusdam aliis fratribus eiusdem ordinis coinquisitoribus vestris super pravitate predicta tunc viventibus, qui dicuntur de hac luce transiisse, contra dampnate memorie Matheum de Vicecomitibus de Mediolano eiusque filios, necnon adversus nonnullas singulares personas Mediolanenses, Novarienses, Pergamenses, Cremonenses, Cumanos, Vercellenses et quarumdam aliarum Civitatum ac Castrorum, Villarum et locorum aliorum provinciarum vicinarum super fautoria prefatorum Mathei et filiorum eius inquisivisti communiter et divisim, et nonnullos processus super hoc contra ipsos fecisti et condempnationum sentencias promulgasti. Cum itaque de dictis processibus et sentenciis tam per te, quam per inspectionem eorum velimus plenius informari, fraternitati tue precipiendo mandamus, quatenus cum omnibus processibus et sentenciis supradictis, ac scripturis aliis, necnon dispositionibus et attestationibus testium super premissis habitis et receptis, quos et quas per te et alios poteris quomodolibet reperire, infra proximum futurum festum Pentecostes ad nostram studeas presenciam personaliter te conferre: prefatis etiam Archiepiscopo et Episcopo per alias nostras consimiles litteras iniungimus, ut ad nos propterea venire procurent. Datum Avinione X. Kalendas Maii, Pontificatus nostri Anno Tertio.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

667

Anno 1337.

20 Maggio, Indizione V. Trieste.

Il Comune di Trieste elegge procuratori destinati a perseguire in Venezia la Società dei Bardi, mancata ai patti verso il Comune.

(Atti della Vicedominaria di Trieste).

In Nomine Dei eterni Amen. Anno Domini Millesimo trecentesimo trigesimo septimo Indictione quinta, die vigesimo Mensis Madii Actum Terges. in Palacis Comunis pr. Dn. Zorobabello de Leo Vicedomino, Rantulfo Bajardo, Francisco Gremon, Bando de Judicibus et Johanne Mosteglo, Zaneto Niblo, Vitale Pavoya, Andrea Gremon, Johanne Mesalto, Quagloto de Bonomis, Zanino Mesalto, et Michaele de Todulfo et aliis.

Nob. et potent. Vir Dominus Petrus Baduarius de Veneciis, honor. Potestas Civitatis Terg. nec non discreti et sapientes Viri Domini Odoricus q. Dom. Bonomi, Almericus q. Dni. Bartholomei Ade, et Dominicus de Juliano ejusdem Domini Potestatis et Comunis Civitatis Terg. honor. Judices de consensu et voluntate Majoris Consilii Comunis Civitatis praedictae ad sonum campanarum et voce preconea more solito congregato consiliar. ad major. Consilium ad infrascripta specialiter congregato nemine discrepante ipsis volentibus et consentientibus et mandantibus omni modo juris forma causa et via quibus melius possunt, auctoritate licencia et mandatu praedictorum, fecerunt constituerunt et ordinaverunt vice ac nomine dicti Comunis Civitatis predictae, discretos viros Dominos Gregorium Ade, Justum Pacis, et Amizum Mascli Not. Cives Tergest. suos et dicti Comunis Tergesti veros nuncios actores factores generales Syndicos et legitimos Procuratores et negociorum gestores presentes et volentes seu quemlibet ipsorum insolidum ita quod occupantis conditio potior non existat, sed quod unus ipsorum inceperit alter mediare valeat et finire tam in agendo quam in defendendo, specialiter ad comparendum coram Illustri et Magnifico Dno. Dno. Francisco Dandulo inclito Duce Venetiarum ejusque officis seu omni quocunque alio Dominio sive Judice ecclesiastico sive seculari, in omnibus et singulis eorum causis litibus questionibus et controversiis quas habet seu habituri sunt seu habere possent quovis nomine, cum unaquaque persona ecclesiastica sive seculari specialiter et generaliter ad petendum exigendum et recipiendum ab illis de Societate Bardorum Veneciis comorantibus, penam seu penas ad quam vel quas praefacti dicte Societatis de Bardi incurrerint eo quod non attenderint neque observaverint pacta habita et firmata inter Comune Tergesti et predictos de Bardis societatis praedictae secundum tenorem et formam Instrumenti pactorum, sive ad respondendum causandum placitandum proponendum allegandum obiciendum negandum confitendum opponendum, denunciandum, accusandum, protestandum et interpellandum, libellandum, seu libellos dandum offerendum et recipiendum seu in ipsis contradicendum et anullandum de calupnia seu de veritate dicendum lites contestando

terminos et dilationes locandos et acciquendos, terminis sive dilationi comparendi, Judices ellegendi sive suspectos dandi, legem petendum, advocatos tollendum testes et instrumenta producendi sive audiendi, sive alterius partis recipiendi et replicandi quibuscumque modis postulat ordo Juris. In animabus ipsorum jurandi seu cuilibet alterius generis juramentum faciendi sive prestandi ad componendum compromittendum et concordandum, in judicio sive extra sententias seu sententias interlocutorias seu diffinitivas audiendi appellandi et appellationem prosequendi sive eas executioni mandandi faciendi et advocandi si.....facere solui et satisfari seu ad faccendum finem et remissionem generalem vel specialem de ulterius non petendo, procuratorem unum vel plures si necesse fuerit substituendi sive subitstutos revocandi, sive specialiter et generaliter omnia alia sive singula faciendi sive procurandi in predictis sive circa praedicta quae eis vel alteri eorum utilia et necessaria videbuntur et q. merita causarum exigeret seu requireret atque quae veri et legitimi procuratores facere sive exercere possent sive ipsimet nominibus quibus supra facerent si plures interessent aut si in illis speciale exigeretur Mandatum; dantes et concedentes prefati Dni. Potestas et Judices nominibus quibus supra, iisdem suis procuratoribus et Sindicis et cuilibet eorum in solidum et substituendis ab eis vel alteri ipsorum, plenam licentiam seu liberam potestatem auctoritatem et liberum mandatum predicta omnia et singula faciendi exercendi procurandi et complendi q. circa predicta et quodlibet predictorum eis vel alteri eorum melius et utilius videbitur exequendum, promittentes se firmum ratum et gratum habeo et inviolabiliter observare qquid per ipsos suos et dicti Comunis Terg. Procurat. et Sindicos vel eorum aliquem in predictis factum fuerit vel modo aliquo procuratum, et non contra facere vel venire aliqua ratione vel causa de jure vel de facto. Relevantes prefactos suos et dicte Comunis Procuratores et Sindicos et quemlibet ipsorum insolidum ab omini onere satisdatione de judicio sisti seu judicatum solvendi sub pe. lib. mille parvor, cum obligatione omnium bonorum dicti Comunis mobilibus et immobilibus pre. et futur.

Manu Johannis de Rubeis.

L'anno 1286, più il 1300 e 1312 recarono in Trieste e nell'Istria molti fuorusciti toscani ghibellini, che nel 1380 si allontanarono per la maggior parte; erano di Firenze, di Siena, di Pistoja e del Castel Linate, appaltatori di zecche, di gabelle, feneratori, in minor parte mercanti di drappi, certamente non misurati nelle usure se il Comune di Trieste riduceva nel 1350 per legge i loro crediti alla metà, e se per tre anni sospendeva ogni escussione forzosa. Ve ne erano in Gemona, in Muggia, in Capodistria, in Isola, in Pirano, in Pola. In Trieste erano gli = Ammanati, Albizi, Agolanti, Angelleri detti Gambocci, Amidei, Accarisii, Alberti, Bardi, Bandi, Bonamici, Baschera, Bruni, Benini, Bruzini, Bitini, Bacuzi, Boni, Bagno, Carmignani, Catalasino, Bonaccorsi, da Colle, Coppa, Corsi, Capineri, Delalana, Donusdei, Dux, Dusmani, Fermamano, Infangati, Ludovici, Linari, Malaspina, Maroci, Ricordi-Malatesta, Naddi, Onorate, Pazzi, Ristori, Ruzeri, Soldanieri, Scolaro, Saleni, Salvi, Villani, Ubaldini, Ubriachi, Ugoccione, Ugolini, Venerii. Dopo il 1380 figurano soltanto i Villani-Bachino, i Coppa, i Bandi, oggidì estinti. Alcuni erano ricchi oltremodo, molti ebbero realità, pochi entrarono in Magistratura, i più dicevansi cittadini di Trieste.

Questa Società dei *Bardi*, la quale avrebbe mancato ai patti, era di banchieri, ricchi assai, noti in tutta Europa a quei tempi, anche alle teste coronate.

La presenza di questi ghibellini dà ragione perchè Dante Allighieri visitasse l'Istria nel 1320, il Petrarca nel 1350 e nel 1363, il Boccaccio col Petrarca, il quale nelle Epistole Senili IIII. 1. accenna alle *fideles litterae* avute da Trieste e da Capodistria, che lo invitavano.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1337.

3 Novembre. — Cividale.

Federico del fu Martino della Torre di Cividale nomina in suo Procuratore Lappo Amidei, abitante in Trieste, ed il milanese Castellano Schana suo famigliare, per esigere in Grado dal Comune di Pirano 1500 libbre veronesi di piccoli, mutuate a quel Comune.

(Atti del Notajo Marco di Cividale).

Anno Domini MCCCXXXVII, die tertio intrantis Novembris in Civitate Austria in domo venerandi viri domini Johanis Dei gratia Abbatis Monasterii Sancti Petri de Rosaciis, in qua moratur infrascriptus dominus Federicus. Presentibus Francisco mediolanense Canonico Ecclesiae Sanctae Mariae majoris dictae Civitatis qm. domini Guidonis de Mediolano, domino Justino qm. domini Pauli Mediolanensis commorante in dicta Civitate, Bono mercatore commorante Civitate filio domini Laurentii de Civitate Biluni, Aynzi theotonico commorante Civitate qm. Henrici de Prisin, Francisco Sartore qm. Donati de Civitate, Testibus, et aliis fide dignis.

Nobilis, et prudens Vir dominus Federicus commorans in dicta Civitate, filius olim nobilis viri domini Martini de Laturre omni modo et jure quibus melius potuit fecit, constituit, et ordinavit prudentem, et discretum Virum dominum Lappum Amideo de Florentia commorantem in Civitate Tergesti absentem, utpote presentem, et Castellanum dictum Schana familiarem predicti domini Federici, qm. Jacobi Alberdi de Mediolano presentem, et hoc mandatum sponte suscipientem, et quemlibet eorum in solidum, ita quod occupantis condictio melior non existat, et quod unus eorum inceperit, alter mediare, prosequi valeat, et finire, suos veros nuncios, missos, et procuratores legittimos specialiter ad petendum, exigendum, requirendum, et solutionem faciendum a prudenti, et discreto viro domino Bonifacio Apolonio tamquam Sindico, et procuratore Potestatis, hominum, et Comunis terrae Pirrani, nec non a dictis Potestate, hominibus, et Comune Pirrani Mille et quinquecentum libras Veronenses parvulorum in quibus sunt obligati debere dare, solvere, et pagare predicto domino Federico nomine puri mutui, vel alia quacumque causa usque ad Festum Sancti Martini nunc proxime venturum in Civitate Gradinesi, ut ibidem dicebatur contineri quodam publico Instrumento annotato, et condito manu prudentis Viri domini Nicolai Notarii de Civitate Tergestina sub Anno Domini Millesimo trecentesimo trigesimo septimo, Indictione quinta die decimonono Mensis Augusti plenius, et evidentius continetur. Et advocandum eos fore solutos de dicta quantitate pecuniae, cum penis Instrumentis, obligationibus, pro-

missionibus, et omnibus solempnitatibus ad hoc specialiter necessariis, **et condignis**. Et ex nunc faciendum finem remissionem, quietationem, et pactum de ulterius **non petendo cum** solempnitate juris prout melius, et utilius videbitur oportunum. Item ad petendum, **et requirendum** a dicto domino Bonifacio potestate, hominibus, et Comune Terrae Pirrani **debere fieri finem** remissionem, quietationem, cessionem, absolutionem, et pactum de ulterius non petendo **quidquid** dicto Federico, vel suis heredibus, nunc et in perpetuum de omnibus, et singulis **quibus predictus** dominus Federicus habuerit ad agendum, tractandum, seu negotiandum usque **ad presentem diem** cum cartis, vel sine cartis; et ad comparendum si necessarium vel oportunum **fuerit pro** predictis, coram quocumque Dominio et potestate cujusque juris existat, delegato, **subdelegato, dato,** et dando, tam Canonico quam Civili, et generaliter ad agendum, defendendum, **opponendum etc.** ad omnia, et singula faciendum qui ipsemet dominus Federicus etc. Promittens **michi Notario** infrascripto etc. Relevans ex nunc dictus procurator, et eorum quilibet etc. ab omni **honore etc.** Cum omni melioramento etc.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1338.

2 Marzo, Indizione VI. Monfalcone.

Pace tra Giovanni Enrico Conte di Gorizia ed il Comune di Trieste, faciente per gli abitanti, sudditi, distrettuali, ed uomini dell' Episcopato di Trieste.

(Archivio del Conte Lantieri di Gorizia).

In Christi Nomine Amen. Anno ejusdem Nativitatis Domini Millesimo Trecentesimo Trigesimo Octavo, Indictione Sexta die XI mensis martii. Praesentibus Domino Jacobo dicto Vala de Montefalcone, Laurentio Cacetino habitatore dicti loci, Martiusio hosterio, Bracino de Florentia, Antonio Notario, habitatoribus Montisfalconi, Joanne quondam Maricellis, Andrea quondam Johannis Villani de Glemona, Gregorio dicto Cordubant, Berthone de Bonomo, Dominico Cicus, Dominico Burlo habitatoribus Tergesti, et Jacobo Notario de Isnardo, qui una mecum de infradictis debet facere publicum Instrumentum unius et ejusdem tenoris contentum et all°.

Cum propter plures et varias injurias, ac offensiones multimode factas et illatas, hinc inde per homines subditos, servitores, et subditos Comitatus Goritiae, ex una parte; ac homines, cives habitatores, subditos, districtuales, rusticos, et subiectos Communis Civitatis et Episcopatus Tergesti ex altera, pluribus temporibus retroactis, sit et fuerit discordia et animi obscuritas consueta, et tandem per gratiam Jesu Christi placuerit Magnifico et Potenti Domino D.no Johanni Enrico spectabili Comiti dicti Comitatus Goritiae et Tyrolis, et Ecclesiarum Aquilejens. Tridentin. et Brixinens. Advocato, nec non Nobilibus, et Discretis Viris D.no Guecelloni de Portigl. Honorabili Potestati, Petro Caristie, Geremia de Leo, et Gregorio Ade, Iudicibus, Consilio, et Communi Civitatis Tergesti praedictae, omnem discordiam, rubiginem, et rancorem antedictis partibus totaliter removere, et ex ipsis perpetuam concordiam confirmare; quapropter discreti, ac sapientes Viri Domini Henricus, et Albertus Scribae de Goritia procuratores, et Sindici Magnifici, et potentis Domini Domini Johannis Henrici Comitis supradicti, facientis et constituentis pro se et omnibus suis fidelibus, subditis, servitoribus, et districtualibus ex una parte, ut de sindicatu, et procuratione hujusmodi constat publico instrumento scripto manu jacobi Notarii supradicti, sub praedictis Millesimo et Indictione, die decimo praesentis Mensis Martii I. Et discreti et sapientes Viri Domini Giraldus Rubeus, Roba de Leo, et Iustus Pacis Cives Tergesti, Sindici et Procuratores, ac Sindicario et Procuratorio Nomine Nobilis Viri Domini Guecellonis de Portigl. Potestatis, ac Sapientum Virorum Dominorum Petri Charistie, Geremie de Leo, et Gregorii Ade Iudicum Consilii et Communis Civitatis Tergesti praedictae, facientium et constituentium pro se et

omnibus eorum Civibus habitatoribus subditis districtualibus rusticis, et hominibus Episcopatus, et Civitatis praedictae ex altera parte, ut de sindicatu et procuratorio hujusmodi constat publico instrumento scripto manu Antonii quondam Ser Pencii de Pirano, in supradictis Millo. et indictione die Decimo Men. Martii ad infrascripta specialiter constituti Sindicario et Procuratorio Nomine supradictis ad infrascriptum Concordium, pacem perpetuam, et Amorem hinc inde taliter devenerunt.

Videlicet quod omnes injuriae, et offensiones tam reales, quam personales, tam in spoliis, incendiis, robariis, rapinis, homicidiis, captionibus, furtis, violentiis, tam in exercitibus Castrinovi, et novitatibus, et custodia ipsius Castrinovi, et exercitibus Vippachi, quam aliis modis, quibuscumque, quandocumque, qualitercumque, ubicumque, et quocumque nomine censeantur, hinc inde dictis factis tractatis, et perpetratis usque ad diem praesentem, sint remissae complanatae, cassae, et irritae, et quod nulla actio, petitio, satisfactio hinc inde remaneat, fieri valeat, vel possit, pro praedictis, vel aliquo praedictorum et si fieret ex nunc sit cassae et vanae, et facientibus, vel facere volentibus, nulla fiat ratio pro praedictis, ut dictum est, non tamen praejudicando alcui vel aliquibus utriusque partis legitime habere debent bus, tam in veris debitis, quam etiam in possessionibus, quoniam possint uti juribus suis, non obstantibus supradictis, vel aliquo in hoc instrumento contentorum, ita quod de caetero Pax et Concordia bona, sincera, et firma, inter partes praedictas, non obstantibus aliquibus supradictis, sit perpetuo duratura.

Item quod omnes, et singuli subditi servitores habitatores et fideles Comitatus Goritiae, non obstantibus aliquibus processibus, scripturis, bonis, contumaciis, offensionibus, excessibus, vel inimicitiis, et offensionibus per eos perpetratis, libere et secure de cetero prestare et reddire possint et valeant per Civitatem, et Districtum, et Episcopatum praedictae Civitatis Tergesti, quotiescumque et quandocumque voluerint, in bonis pariter et personis, tamquam veri amici, exceptis Elijecello cum tribus suis sociis, qui fuerunt ad mortem Mathei de Tinno, de quibus se non intromisit Dominus Comes praedictus.

Item quod omnes et singuli cives, habitatores, districtuales, rustici, ac subditi Civitatis Episcopatus, et Comunis Tergesti, non obstantibus aliquibus processibus, scripturis, bannis, contumaciis, offensionibus, vel excessibus per eos perpetratis libere et secure de cetero ire, stare, et redire possint, et valeant per Comitatum districtum terras et loca praedicti Domini Comitis Goritiae, quotiescumque et quandocumque voluerint tamquam veri amici, in bonis pariter et personis, salvis et resservatis juribus et actionibus tam in veris debitis, quam in possessionibus quibuscumque utriusque Dominii de jure habere debentibus, non obstantibus aliquibus supradictis ut superius est expressum.

Quae omnia et singula suprascripta praedictae partes nominibus supradictis una alteri attendere et observare promiserunt, ac inviolabiliter facere observare et non contrafacere, vel venire aliqua ratione, causa, vel ingenio, de jure vel de facto, sub poena quadringentarum Marcharum denariorum solidorum, hic inde solemni stipulatione promissa, cum refectione damnorum expensarum, et interesse toties persolvenda per partem non observantem, et observare nolentem, parti attendenti, quoties commiteret in ea, et poena soluta nihilominus praesens Contractus, et omnia et singula in eo contenta, firma remaneant et perdurent.

Actum in Ecclesia Sti. Ambrosii Mercati Montisfalconi.

Ego *Gregorius de Leo* Pub. Sacri Palatii Not. cum praedictis Sindicis ad suprascripta corroborande missus, praedictis interfui, et rogatus scripsi, et roboravis.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1338.

23 Agosto. — Cividale.

Investitura della metà del Castello di Carsano a Carlo Crottendorf di Pisino.

(Atti del Notajo udinese Gubertino da Novate).

Die XXIII mensis Augusti. Presentibus Venerabili Viro Domino Fratre Giberto Abbate Monasterii Mosacensis, Nobilibus Viris dominis Hectore de Savorgnano, Artico de Prampergo, Johane de Cucanea Militibus, et Stephano Notario de Civitate Austriae Testibus, et aliis.

Constitutus in presentia Reverendi in Christo patris, et domini domini Bertrandi Dei gratia Sanctae Sedis Aquilegiensis Patriarchae providus vir dominus Guillielmus prepositus Ecclesiae de Pisino procurator, et procuratorio nomine Nobilis viri domini Caroli qm. domini Henrici Crothendorfer de Pisino ad infrascripta specialiter constitutus prout de procuratorio hujusmodi constat quodam publico Instromento scripto Anno et Indictione presentibus die XVIII presentis mensis Augusti humiliter supplicavit eidem domino Patriarchae ut cum ipse dominus Carolus emerit dimidietatem Castri de Carsano quod fuit domini Henrici Militis de Pisino patrui sui cum omnibus juribus, et pertinentiis suis, et quod idem dominus Henricus habebat, et tenebat in feudum ab Ecclesia Aquilegiense eumdem procuratorem procuratorio nomine quo supra de hujusmodi dimidietate Castri cum eisdem juribus, et pertinentiis investire benigne dignaretur. Qui dominus Patriarcha considerans fidelitatem, et devotionem, quam idem dominus Carolus gerit ad ipsum, et Ecclesiam supradictam, ac volens eum propterea favore prosequi generoso, predictum dominum Guilielmum procuratorem, et procuratorio nomine ipsius domini Caroli per se suosque Successores, et nomine Aquilegiensis Ecclesiae de supradicta dimidia Castri de Carsano cum suis juribus, et pertinentiis antedictis, ad Feudum eo jure quo predictus dominus Henricus patruus suus illa habebat, et tenebat ab Ecclesia memorata per phimbriam suae Clamidis presentialiter Investivit, Salvo jure Aquilegiensis Ecclesiae, et omnium personarum. Dictus quidem dominus Guilielmus procurator, et procuratorio nomine antedicto statim dicto Domino Patriarchae prestitit fidelitatis debitae juramentum, quod Vassallus domino suo prestare in talibus consuevit. In quorum Testimonium prefatus dominus Patriarcha mandavit presens publicum Instrumentum confici per me Notarium infrascriptum, ipsumque sui Sigilli appensione muniri etc.

Actum Civitate Austriae in Palatio Patriarchali.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1338.

23 Agosto, Indizione VII.

Patriarca Bertrando conferma a Carlo Orthendorf di Pisino l' acquisto della metà del Castello di Carsano.

(Bianchi. Documenti per la storia del Friuli).

In Christi nomine Amen. Anno nativitatis eiusdem 1338, Ind. VII, die 23 mensis Augusti, presentibus Venerabili Viro Domino fratre Giberto Abb. Monasterii Mosacen. nobilibus viris Dominis Hectore de Savorgnano Artico de Prampergo Johanne de Cuchanea militibus, et Stephano Not. de Civit. Austr. testibus et aliis. Constitutus in presentia Rev. in Christo Patris D. D. Bertrandi Dei gratia S. Sedis Aquileg. Patriarche providens Vir Dominus Guylielmus prepositus Ecclesie de Pisino, Procurator et procuratorio nomine Nobilis Viri Domini Karoli quondam Domini Henrici de Orthendorf de Pisino ad infrascripta spetialiter constitutus prout de procuratorio hujusmodi constat quodam Publico instrumento. Anno, Ind. presentib. die 18 presentis mensis Augusti, humiliter supplicavit eidem Domino Patriarche, ut cum ipse Dominus Karolus emerit dimidietatem Castri de Carsano quod fuit Domini Henrici Militis de Pisino Patrui sui cum omnibus juribus et pertinentiis suis, et quod idem Dominus Henricus habebat et tenebat in feudum ab Ecclesia Aquileg. eumdem Procuratorem procuratorio nomine quo supra de hujusmodi dimidietate Castri cum ejusdem juribus et pertinentiis investire benignius dignaretur. Qui Dominus Patriarcha considerans fidelitatem et devotionem quam idem Dominus Karolus gerit ad ipsum et Ecclesiam supradictam et volens eum propterea favore prosequi gratioso predictum Dominum Guylielmum Procuratorem et procuratorio nomine ipsius Domini Karoli per se suosque successores in nomine Aquileg. Ecclesie de supradicta dimidietate Castri cum suis juribus et pertinenciis antedictis ad feudum eo jure quo predictus Dominus Henricus patruus suus illum habebat, et tenebat ab Ecclesia memorata per fimbriam sue clamidis presentialiter investivit, salvo jure Aquil. Ecclesie et omnium personarum. Dictus quidem Dominus Guylielmus Procurator et procuratorio nomine antedicto statim dicto Domino Patriarche prestitit fidelitatis debite juramentum quod Vassalus Domino suo prestare in talibus consuevit. In quorum testimonium prefatus D. Patriarcha mandavit presens publicum instrumentum perfici per me Notarium infrascriptum, ipsum quoque sui sigilli appensione muniri. Actum in civitate Austrie in palatio Patriarchali.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1338.

26 Settembre, Indizione VI. Udine.

Bertrando Patriarca nomina Lotto di Francesco e Nicolò Neri di Macigni da Firenze della Compagnia de' Bardi in Venezia in suoi procuratori per riscuotere dalla Signoria di Venezia 225 Marche di denari nuovi di Aquileja pei diritti e giurisdizioni d' Istria.

(Atti del Notajo udinese Gubertino da Novate).

Noverint Universi presentes litteras inspecturi quod Sanctae Sedis Aquilegensis Dei gratia Nos Patriarcha Bertrandus nostro et Aquilegensis Ecclesiae nomine facimus, constituimus, et ordinamus nostros et ejusdem Ecclesiae veros, et legittimos procuratores ac Nuncios speciales discretos viros Lottum Francisci, et Nicolaum Neri Macigni de Florentia Socios Societatis Bardorum moram trahentes Venetiis, absentes, tamquam presentes, et utrumque eorum in solidum, ita quod occupantis conditio potior non existat, sed quod unus eorum inceperit, alius mediare valeat, prosequi et finire, ad comparendum coram Inclito, et Magnifico viro domino Francisco Dandulo Dei gratia Venetiarum, Dalmatiae, et Croatiae Duce, Dno. quarte partis et dimidie totius Imperii Romani, ejusque Comune, et ad petendum, exigendum, et recipiendum ab eisdem ducentas et vigintiquinque Marchas denariorum novorum Aquilegensis monetae nobis et Ecclesiae nostrae Aquilegensi debitas Kallendis mensis Martii proxime venturi pro juribus, et Jurisdictionibus Istriae secundum pacta dudum inita inter nostram Aquilegensem Ecclesiam, et dominum Ducem, et Comune Venetiarum, et de hiis quae receperint finem quietationem, liberam, et plenam remissionem faciendum, ac pactum de ulterius non petendo, cum omnibus promissionibus, et cautellis oportunis. Et generaliter ad omnia alia, et singula facienda quae in predictis, et circa predicta fuerint oportuna, etiam si mandatum exigant speciale. Promittentes nostro, et dictae nostrae Ecclesiae Aquilegensis nomine firmum, ratum, et gratum perpetuo habere, et tenere quicquid per dictos procuratores nostros, vel alterum ipsorum factum, et procuratum extiterit in predictis, et circa predicta, sub obligatione, et ypothecha omnium nostrorum, et Ecclesiae nostrae Aquilegensis bonorum. In quorum testimonium presentes fieri jussimus nostri Sigilli appensione munitas.

Datum Utini in Castro nostro Patriarchali die XXVI mensis Septembris. Anno Dominicae Nativitatis MCCCXXXVIII, Indictione VI.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno

10 Ottobre, Ind

Patriarca Bertrando di Aquileja co
Albona l' aquisto di

(Bianchi. — Documenti

In Christi nomine Amen. A
ind. 7 die 10 mensis Octobris, presen
Abb. Monasterii Mosacen. ac Nobilibus Viri
milite legum doctore et Osalco de Strasoldo t
Christo Patris D. D. Bertrandi Dei gratia S. S
Albona tutor ut dicebat et tutorio nomine Flabi
colai de Albona nepotum suorum humiliter supp
huc vitam ageret in humanis, quamdam Turr
possessionibus, pascuis, pratis, nemoribus, piscati
tantibus emisset a Nob. viro Carse filio quondar
cum predictis juribus et pertinenciis habebat et
hujusmodi confirmare ac ipsam eo nomine quo
stire benignius dignaretur. Qui Dominus Patriar
sperans quod dicti Flabianus et Bartholomeus fi
dictam emptionem ratam et gratam habens ipsar
sonarum aprovabit, et etiam ratificavit, dictumqu
premissis bonis feudalibus presentialiter investivi
progenitore bona hujusmodi antiquitus habuerunt
Actum Albone in Ecclesia majore dicte

Questa *Torre di Fianona*, appartenente a quel Castello o piuttosto al territorio di quel Castello, non era veramente parte delle mura di Fianona, dacchè alla *Torre* era unito il diritto di mercato, e territorio che davasi in feudo. Ignoriamo quale fosse il sito di questa *Torre*, propenderessimo cercarla alle spiaggie; sarebbe mai Bersez? Rileviamo

Tipografia del

10000100

Anno 1338.

22 Decembre. — Aquileja.

Capitoli del Patriarca d'Aquileja Bertrando contro Sergio Vescovo di Pola.

(Archivio Notarile di Udine. Comunicato dal prof. Bianchi e dal Dr. Vincenzo Joppi).

..... **cepit etiam mercatorem qui erat intus qui vocatur** Griffo filius Petri Geme De Catarra cui abstulit octo ballas pannorum ipsumque sic captum duxit Jadram et ballas panni conduxit usque Polam et dum naute et alii viri armigeri qui erant cum eo nollent sibi assistere in predictis et captione predicta idem Polensis Episcopus ut animaret eos ad predam et captivationem predictam publice asseruit quod habebat Privilegium Apostolicum per quod assistentes sibi in predictis, mutilantes et interficientes ac derobantes poterat absolvere a pena et a culpa.

XXXIV. Item in exercendo piraticam artem fecit aliam armatam contra Catharrenses predictos in precedenti forma in portu de Arba de anno Domini MCCCXXXVI et mense Madii.

XXXV. Item quod de predictis omnibus et singulis fuit et est publica vox et fama, eaque fuerunt publica et notoria in locis supradictis.

XXXVI. Item de anno Domini 1334 de mense Decembris dum idem Polensis Episcopus esset in Terra Albone Polensis Dioecesis et quidam vocatus Nicolaus noviter defunctus esset, quem Episcopus predictus dicebat sibi fore obligatum in CCCXXX libras usualis monete, Episcopus antedictus coram Rectoribus Terre petivit ut corpus dicti Nicolai debitoris sui exhumaretur et sibi pro solutione traderetur, quem intendebat facere cremari et aliam solutionem nolebat, ex qua peticione tantus rumor crevit in populo quod oportuit ipsum fugere de terra, et ..... nisi Episcopus subito fugam arripuisset.

XXXVII. Item quod de predictis omnibus et singulis est in dictis Civitate Polensi et Terra Albone publica vox et fama.

XXXVIII. Item de anno Dni. 1334 de mense Junii ..... quedam littere citatorie Venerabilis vestri Decani et Vicarii Aquil. Ecclesie sede vacante cum essent sibi presentate ad instantiam ..... Capituli ..... Subdiaconum Polensis Ecclesie ..... quod restitueret Canonicatum et Prebendam Polensem Domino Petro nato Nobilis viri Dni. Nassinguerre de Castro Pole et alia beneficia quibus spoliaverat eum de facto, incontinenti cum esset in Civitate Polensi et dum de eodem anno et mense reversus in Çivitate Polle requisitus super restitutione dictorum beneficiorum per C..... Procuratorem dicti Dni. Petri hoc facere recusavit et ad restitutionem dictorum beneficiorum veniens momentum tam diu retardavit donec per Prepositum Pisini cui causam dicte restitutionis commisistis fuit per processam compulsus.

XXXIX. Item de anno Dni. 1335 et mense juravit idem Episcopus ad Sancta Dei Evangelia certam pecunie quantitatem restituere infra certum terminum Fabiano de Allemanis de Florentia habitatori Civitatis Polle et elapso dicto termino requisitus idem Episcopus ut pecuniam predictam solveret secundum quod promiserat per proprium iuramentum solvere recusavit et sic demum mota sibi lite supra dicto debito coram Reverendo Patre Dno. Concordiensi Episcopo Vicario nostro fuit idem Episcopus condempnatus ad solutionem dicte pecunie et quia solvere recusavit contumaciter excomunicatus fuit per Executores quibus comissa fuerat executio predicta.

XL. Item de anno 1332 de mense Februarii idem Episcopus spoliavit Dnum. Petrum natum Nobilis viri D. Nassinguerre de Castro Pole Canonicatu et Prebenda Pollensi et quibusdam aliis suis beneficiis videlicet Ecclesiarum S. Mathei prope Polam et Sanctorum Laurentii, Jacobi et Michaelis de Turtiglano, Canciani, Syri et Laurentii de Siana.

XLI. Item de anno Dni. 1335 de mense Augusti sprevit idem Episcopus Apostolicum mandatum in Apostolice Sedis iniuriam et contemptum, nam recepto mandato Apostolica auctoritate a Plebano S. Geminiani de Venetiis et Collega suo ut apostolica auctoritate monere deberet et per Censuram Ecclesiasticam compellere universos habitatores et inquilinos seu debitores Nobilis viri D. Sergii Castri Pole ut eidem D. Sergio de suis redditibus refunderent, hoc facere recusavit.

XLII. Item de anno Dni. 1335 de mense Februarii dejeravit S. Episcopus antedictus nam juravit ad Sancta Dei Evangelia coram nostra Reverenda Paternitate in Aquilegia constitutus presentibus Dnis. Hendrico et Ossalcho de Strassolt et aliis quam pluribus.....

XLIII. Item de eodem anno et mense in Reverende Paternitatis nostre presentia constitutus iuravit Episcopus supradictus pacem et concordiam initam per nos Reverendum Patrem inter ipsum et Capitulum Pollensem de cetero observare et bona quibus spoliaverat ipsum Capitulum sive paramenta Ecclesiastica, calicem unum argenteum, decimam Sancte Marie de Monte, vinum et bladum quod extraxerat de comuni Canipa Capituli restituere quod facere recusavit et recusat usque ad hec tempora contra proprium iuramentum temere veniens.

XLIV. Item quod de predictis omnibus et singulis fuit et est publica vox et fama, eaque fuerunt et sunt publica et notoria locis et temporibus supradictis.

XLV. Item predictis temporibus de quibus fit mentio de dicto Dno. Bertrando Ostiensi et Velletrensi Episcopo, ipse Dnus. Ostiensis legationis officio fungebatur in Patriarchatu Aquilegense et aliis partibus Lombardie et pro tali comuniter habebatur et reputabatur.

XLVI. Item quod predictis tomporibus de quibus fit mentio de Dno. Guillelmo Decano Aquilegensi, D. Guillelmus fungebatur officio Vicarii in Patriarchatu Aquilegense et pro tali comuniter habebatur et reputabatur.

XLVII. Item quod dictis temporibus de quibus fit mentio de Dno. Guidone Episcopo Concordiense fungebatur officio Vicarii ac hodie fungitur in Patriarchatu Aquilegense et pro tali comuniter habebatur et reputabatur ac hodie habetur et reputatur.

XLVIII. Item de anno 1332 et mense Novembris dilapidavit Polensis Episcopus et nunc etiam dilapidat bona Episcopatus nam Ecclesiam S. Thome Chatedralem que spectat ad reparationem Polensis Episcopi de anno et mense supradicto invenit aliqualiter minantem ruinam et ob hec bone memorie Dnus. Antonius predecessor suus preparaverat lignamina, calcem et alia necessaria pro reparatione dicte Ecclesie que idem Dnus. Sergius Polensis Episcopus sic preparata inventa omnia dispersit, Ecclesiam minantem ruinam non reparavit, et sic de anno Dni. 1335 et mense Septembris corruit tectus Ecclesie, remansit Ecclesia sine tecto discoperta et sic hodie est. Domos Episcopatus omnes de anno Dni. 1332, mense martii inceperunt minari ruinam sicuti hodie minantur et fortius nec possunt hodie sine periculo personali habitari, ymo non habitaren-

tur aliqua ratione nisi quod murus maioris Palatii cum duobus trabibus subpontatus fuit de anno Dni. 1332 et mense Martii et hodie sic est. Et redditus Episcopales fructuum pro maiori parte iam vendidit de anno present. et mensibus contentis in ipso.

XLIX. Item quod de predictis omnibus et singulis est publica vox et fama eo quod fuerunt publica ed notoria locis et temporibus supradictis.

Die XXII Decembris. Aquilegie in Patriarchali Palatio, presentibus Ser Zambellino de Volasio, Thomaso de Cremsina ..... D. Magistri Donati de Pola, Ottobono de Bulleis Emonensis Diocesis, D. Ottolinus de Pergamo Canonicus Aquilegensis, D. Corradus de la Turre Canonicus Aquilegensis, Domini Ambrosius et Johannes de la Turre Canonici Aquilegenses, D. Ermacora de Murucio Canonicus Aquilegensis, D. Gulielmus nepos D. Decani Canonicus Aquilegensis, D. Simoninus, et presbiter Odoricus Mansionarius, et Brandolinus Mansionarius.

Nel 1331 veniva dopo la morte di Guido di Fossombrone Camaldolese, trasferito dalla Sede vescovile di Cattaro a quella di Pola Sergio. Questi il 25 Aprile del 1339 mandò un Procuratore *(Presbyter Manerus Procurator Sergii Polensis) Rubeis Mon. Eccl. Aquil.*, col. 901, al Sinodo Provinciale unito in Aquileja dal Patriarca Bertrando, al qual Sinodo forse la coscienza non suggerivagli di assistere, perchè in quello venivano sindacate le opere del Clero e certe prepotenze e prescritte le penitenze.

L' 8 Aprile 1340 il Vescovo Sergio concedeva Indulgenze alla Chiesa de' Camaldolesi di S. Michele di Murano. Sembra che stretto dalle censure patriarcali il Vescovo Sergio siasi allontanato da Pola alla cui Sede fin dal 12 Luglio 1340 era già promosso *Fra Pietro* che con quel titolo assisteva in detto giorno in Grado alla traslazione delle reliquie de' SS. Ermacora e Fortunato. Il deposto Sergio però non abbandonò il suo titolo, poichè come Vescovo di Pola adì 18 Gennajo 1341 dava Indulgenze alla Chiesa de' SS. Cristina e Parisio di Treviso. Nulla di più sappiamo di lui.

I Capitoli qui uniti sono un brano di atto molto più esteso, sono cioè 16 dei 49 capi di accusa formulati dal Metropolitano d'Aquileja Patriarca Bertrando contro Sergio di Pola e mettono in chiara luce la sua vita e le cause della sua deposizione. Questo brandello è contenuto in un foglio cartaceo in caratteri del secolo XIV e porta tali correzioni, cancellature e postille che mi fa ritenere essere la minuta dell' atto, di mano del Cancelliere patriareale. Questo minutario riuscì del più difficile rilievo.

Sono notissime le persone nominate in questo atto. La chiesa di Pola fu poi ristaurata nel 1342 dal Vescovo Frate Buonagrazia.

Dr. Vincenzo Joppi.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

10000100

10000100

676

Anno 1339.

18 Luglio. — Udine.

Speronella de Porcia moglie di Pietro da Grisignana compromette nelle questioni che ha con Giovan Francesco de Castello per le spese e custodia del Castello di Grisignana.

(Archivio Not. di Udine, Atti di Giov. Batt. de Faedis).

1339 die 18 Julii in Castro Patriarchali Utini, presentibus D. Guidone Episcopo Concordiensi et Nobilibus viris Dominis Articho de Pramperch, Federico de Savorgnano et Hermano de Carnea Militibus et D. Hermano Capitaneo Utini et Jacobo Perino Notario de Civitate testibus et aliis. Coram prefato D. Patriarcha, Dna. Speronella uxor qm. D. Petri de Grisignana pro se et filiis suis cum voluntate Dominorum Morandi de Porzileis Canon. Aquil. et Artichoni de Porzileis fratres ipsius Domine ex parte una et D. Johannes Franciscus de Castello ex parte altera de omni lite et actione inter ipsas partes occasione expensarum et custodie Castri Grisignane et dampnorum habitorum pro dicto D. Petro et fidejussione etc. quod dicte partes ad invicem dicere et petere possent ex quocumque causa, hac die presente libere compromiserunt in D. Henricum de Pramperch Militem pro parte ipsius D. Jo. Francisci et in Urizinum de Herbistayn pro parte ipsius Domine Speronelle et in Federicum Notarium qm. D. Galvagni de Utino etc. dantes et concedentes dictis arbitris plenam auctoritatem sententiandi et arbitrandi alte et basse etc. etc. ..... et promiserunt dicte partes in manibus dicti D. Patriarche fide data manuali nomine Sacramenti se habere et tenere ratum et firmum sub pena quingentarum librarum Veron. parvulorum cujus pena medietas ipsi D. Patriarche et aliqua pars parti observanti per partem non observantem persolvat etc.

Dr. Vincenzo Joppi.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1340.

16 Gennaro, Indizione VIII. Trieste.

Il Monastero di S. Maria della Cella nuova in Trieste compera una vigna nella Contrada di Zaule.

(Archivio delle Benedettine di Trieste).

In nomine Dei eterni. Anno Domini millesimo trecentesimo quadrigentesimo, Indictione octava, die sextodecimo intrante mensis Januarii. Actum Tergesti in Monasterio Sancte Marie celle nove de Tergesto, fundato in Caboro, presentibus domino Presbitero Blasio de Vercoglano dicti Belfradel Matia Famulo Monialium dicti Monasterii testibus ad hoc vocatis et rogatis et aliis. Domina Lazara uxor quondam Dominici de Laurisina, et Joannes ejus filius sine aliqua exceptione sive clausula se obligantes in presenti jure proprii stipulatione solempni per se et suos heredes dederunt vendiderunt et tradiderunt venerabili et Religiose Domine Clare Abbatisse Monasterii S. Marie nove Celle supramemorati pro se et suis successoribus ac vice et nomine totius Conventus dicti Monasterii ementi et recipienti imperpetuum unam vineam cum toto fosato suo quantum protenditur ipsa vinea. Et cum mediet. unius muri qui est extraverso dicti fosati qui murus positus est et edificatus in vinea alia quadam dicte domine Lazare venditricis libera et francha et sine aliquo onere servitutis, sitam in districtu Tergesti in Contrata Zaulis coherens vinee Monialium dicti Monasterii, vinee dicte domine Lazare venditricis mediante fosato vendito et vie publice, perticatus pertica comunis Terg., et sunt pertice ejusdem as circumcirca quadragintadue et si qui alii sunt dicte vinee et fosati cerciores confines cum superioribus et inferioribus finibus, accessibus et regres. suis usque in viam publicam et cum omnibus et singulis supra infra seu intra se habitis et habendis, omnique jure et actione et usu seu requisitione reali et personali utili et directo tacito et expresso sibi ex dictis vinea et fosato et muro aut ipsius vinee fosati et muri modo aliquo pertinente vel spectante de jure vel de facto ad habendum tenendum possidendum et quicquid sibi et suis facere de ipsis vinea fosato et muro venditis tanquam de re propria deinceps placuerit perpetuo faciendum et de omnibus ut dicta sunt et que infra dictos inata confines in integrum in presenti. Pro precio et nomine finiti precii libr. quadraginta venec. parv.

Dicta domina Clara abatissa nomine dicti Conventus personaliter coram dictis testibus et me publico Notario dedit et solvit ipsis venditoribus prout dicti venditores confessi et contenti fuerunt tantam dicte pecunie quantitatem. In quarum vinee fosati et muri venditorum tenutam et possessionem corporalem intrandi licentiam et in se sua propria auctoritate retinendi dicti venditores et Michael Cerclarius et quilibet ipsorum principaliter et insolidarie per se et suos heredes

se obligantes dicte Emptrici pro se et suis successoribus stipulanti et agenti supradictam vineam fosatum et medietatem muri vendit. ab omniqua persona et universitate ecclesiastica et seculari eidem emptrici et suis successoribus legitimis et semper defendere, juvare auctorizare et disbrigare in integrum, nec harum rerum nomine litem aliquam vel inversam ullo tempore facere vel movere nec moventi consentire sed dictam venditionem promissionem et obligationem et omnia et singula in hoc instrumento contenta firmas et firma et rata habere perpetuo et tenere et non contrafacere vel venire per se vel alium vel alios modo aliquo ingenio sive causa juris vel facti sub pena dupli valoris rerum perditarum sub refectione damnorum omnium et expensarum ac interesse litis et exp. cum obligatione omnium suorum bonorum mobilium et stabil. et cuilibet ipsorum presens insolidum et futurorum. Exceptione non facte dicte vendicionis promiss. et obbligationis et non habitorum dictorum denariorum beneficio Veleiani Senatus Consulti, jurium suorum protectorum et juri aut Canonico et civili in solidum renuncian. Quos dent.

Ego Amizo Mostello Vicedom. subsc. Ego Justus Gremon Vicedom. subsc.

Ego *Nicolaus de Leo* imper. auct. Not. et Judex ordinarius omnibus interfui et rogatus scripsi.

Il Monastero di S. Maria di donne che si fa aquirente con quest' atto di una vigna nella contrada esterna di Zaule sembra essere Monastero diverso da quello di S. Benedetto pure di donne; ambedue dicevansi della Cella, però quello di S. Maria era di Clarisse e dicevasi della *Cella nova*, quello di S. Benedetto dicevasi semplicemente della Cella ed era della regola di S. Benedetto, della Congregazione Cassinense. Ambedue erano nella Contrada di *Caboro*, il benedettino presso la chiesa di S. Sergio, sulla sommità del colle ove ora sta la fortezza. La Cella era in trattativa di fondazione nel 1265, e fu costituita in famiglia religiosa nel 1278, però in governo superiore del Vescovo, ed in cura del Capitolo di Trieste, senza alcuna regola precisa. S. Maria della nuova Cella era già Convento formato nel 1282 seguente la Regola Francescana, ed allora era in pericoli, datolo dal Papa in protezione del Decano di Concordia. S. Maria della Cella nuova era in governo dei Francescani di Trieste, non del Capitolo, per cui nel 1300 vi furono contenzioni tra Vescovo e Francescani. Nello Statuto più antico di Trieste, certamente all' anno 1313, si fa menzione di due famiglie di monache, delle intrinseche e delle estrinseche le quali potrebbero essere distinte così, perchè l' un Monastero collocato entro le mura di Trieste, l' altro fuori. Le Clarisse potrebbero essere state entro le mura della città, le Benedettine fuori di queste, però entro il recinto murato di Caboro o l' odierno Castello. Dopo il 1368 non figura il Monastero della nuova Cella. Nel 1355 figura quello di S. Benedetto nel sito attuale.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1340.

25 Febbraro, Indiz. VIII, nel Castel S. Lorenzo.

Capitano del Pasinatico Marco Corner riconosce i confini in contesa tra il Comune di S. Lorenzo ed il Comune di Orsera.

(Annali dei Camaldolesi).

Anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo, indic-tione VIII, die veneris XXV mensis februarii in terra sancti Laurentii sub lobia communis, presentibus ser Cassono Porterio contestabile equitum in dicto castro, Marco Supo, Dominico de Vigoncia, Pace de Montefelice, ser Adamo, Johanne de Futina omnibus stipendariis in dicto castro sancti Laurentii; ser Silvestro Dragolano, Petro Sorbini, Peratio de Fantiis omnibus habitatoribus dicti castri et aliis.

Ibique cum nos Marcus Cornario generalis capitaneus totius Paysnatici Istrie, et sancti Laurentii potestas recepimus a ducali dominatione literas istius tenoris.

Franciscus Dandulo Dei gratia Venetiarum, Dalmatie atque Croatie dux, dominus quarte partis et dimidie totius imperii Romanie nobili et sapienti viro Marco Cornario de suo mandato capitaneo Paysnatici fideli dilecto salutem et dilectionis affectum. Exposuerunt nobis per eorum petitionem Marcus Savenario procurator domini episcopi Parentini, et Otto de Artizono de Parentio, quod homines sancti Laurentii super territorio communis Ursarie vicinos et habitatores dicti loci Ursarie indebite molestare non cessant, dicentes se jus habere in territorio ipso, unde supplicabant, quod confinia et territoria dictarum ambarum partium cognoscantur. Nos autem cupientes tollere inter nostros subditos et subjectos omnem materiam questionis, prudentie vestre committimus et mandamus, quatenus jura partium audiatis in facto dictorum confinium, et deffiniatis sicut vobis videbitur esse justum. Datum in nostro ducali palatio die XVI intrante martio VII indictione.

Volentes literas ipsas cum effectu debito executioni mandare, requisivimus ipsum ser Ottonem procuratorem ven. patris domini fratris Johannis de Sordellis de Bononia, Dei et apostolice sedis gratia episcopi Parentini, prout patet per publicum instrumentum scriptum per Provectum quondam Lancelongo notarium de Parentio in M.C.C.C.XXXVIIII indictione VII die XV in loco fratrum Minorum, presentibus dominis fratre Thomasio ordinis fratrum Predicatorum de Bononia, presbitero Dominico de Pola, Rubeo Magistri Simoneti Sartoris, et aliis per me notarium visum et lectum per nostras literas, ut si ipse ser Otto nomine domini episcopi et suo nomine volebat de aliquibus conqueri, quod coram nobis deberet comparere, qui ser Otto

comparuit dicens et conquerens, quod per commune et homines de sancto Laurentio tenebatur et molestabatur territorium communis Ursarie indebite et iniuste, et contra Deum et justitiam ipsi homines de sancto Laurentio laborabant, pascolabant super dicto territorio, et ligna nemorum incidebant, allegans jura sua facientia tam pro parte domini episcopi, quam etiam nomine suo et communis Ursarie, atque ducens unum exemplum instrumenti ex authentico relevatum, cujus tenor, sicut alias talis, est.

In nomine Domini, amen. Anno Domini M.CC.LXXXXII indictione IIII die XXIII mensis julii hoc est exemplum cujusdam instrumenti publici ex authentico extra assumpti de mandato ven. patris domini B. Dei gratia episcopi Parentini, cujus tenor talis est. Anno Domini M.CC.III indictione VI die vero IIII intrante novembre. Actum in Parentio in majori ecclesia, presentibus domino Pepone Petenensi episcopo, Henrico archidiacono Aquilejensi, Conrado de sancto Georgio, Thoma et Ottone de Castro Vallis et aliis multis. Cum dominus Volcherius patriarcha Aquilejensis et marchio Istrie sedens pro tribunali in majori ecclesia sancti Mauri comparuit coram ipso dominus Fulcherius Parentinus episcopus conquerendo, quod multi conantur destruere terminos proprietatis sancti Mauri etc. ut in ipso instrumento exempli a me notario infrascripto viso et lecto etc. continetur etc. et unum instrumentum divisionis terminorum sive confinium territorii castri Ursarie, et castri sancti Laurentii sic continens. In nomine Domini nostri Jesu Christi anno nativitatis ejusdem millesimo trecentesimo quinto indictione III die XXIIII mensis septembris. Actum est hoc in civitati Parentii in canonica, presentibus Artusino preposito Rubini, Georgio archipresbytero Parentino, Ivano subdiacono canonico Parentino Selanutio diacono et Simone ..... jamdicti domini episcopi, qui fuit de Mediolano, et aliis. Cum dominus ven. pater Dei gratia Parentinus episcopus Bonifacius, ut omnis materia scandali tolleretur, declaravit dicens etc. ac unum instrumentum sive privilegium Caliseti, et dotationem sive instrumentum dotationis facte per quondam nobilissimam dominam dominam comitissam Azicam, de quibus duobus instrumentis plene constabat in juribus productis per sindicos etc. Et dicta testium quamplurium examinatorum etc. ex una parte, et ser Masolum quondam Marciliani, Lucam Michael Galuffi et Dominicum Ceje sindicos et procuratores communis et hominum de sancto Laurentio etc. ex parte altera, qui comparuerunt dicentes et asserentes dictum territorium esse comunis hominum sancti Laurentii et ad eos pertinere ratione locationis de Calisetis et dotationis sancti Michaelis de Lemo, et quod dictum territorium, de quo ipse ser Otto etc. movebat questionem, erat possessum continue per commune et homines sancti Laurentii libere, pacifice et quiete a longo tempore citra, producentes quoddam instrumentum locationis facte per Adalburnum et Candulum fratres et dominos castri Calisetarum scriptum per Pepum tabellionem anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi M.C.LXXVI die mensis novembris XXIII indictione IIII. Actum in castro sancti Laurentii in ecclesia majori. Cum quedam questio ventilaretur coram inclito domino Adalperto comite Istrie inter commune sancti Laurentii ex parte una, et filios domini Adalburni ejusdem castri de Caliseto, qui prefati Adalburnus et Candolus etc. Ac unum instrumentum donationis facte domino Johanni abbati monasterii sancti Michaelis de Lemo et suis fratribus pro dicto loco et monasterio recipientibus per illustrissimam dominam dominam Azcicam de consensu domine Vilpurge matris mee, continens sic inter cetera. In nomine sancte et individue Trinitatis anno Dominice incarnationis milles. quadragesimo, regni domini Henrici felicissimi regis anno sexto mense maji die XII indictione X. Dat. igitur predicta domina Azcica consensu domine Vilpurge matris sue etc. prout in ipso instrumento etc. Ac ejus dicta testium quamplurium etc. visis etc. presentibus nobilibus viris dominis Francisco Polani potestate civitatis Parentii, Francisco Bono potestate Vallis, in presentia partium etc. Christi nomine invocato etc. deffinitive sententialiter declaramus in his suprascriptis confines contentos in suprascripto instrumento locationis de Caliseto esse veros et pro veris debere, tenere etc. per commune et homines

sancti Laurentii, et quod caput terrarum sancti Michaelis de Lemo sit et esse debeat et intelligatur ad plagium vallis Felletose, ut in suprascripta donatione dicte domine Aczice plene patet; ita quod a modo in antea dictum commune et homines sancti Laurentii habeant etc. terras infra ipsos confines positas de versus castrum sancti Laurentii, et terras Caliseti cum conditione sua, prout hactenus tenuerunt et possederunt. Et commune et homines Ursarie tam vice et nomine domini episcopi presentis, quam qui tempore fuerint, et ser Ottonis et suorum heredum, vel nomine ipsius communis debeant terras ultra dictos confines positas de versus Ursariam tenere et possidere, usufructuare pacifice et quiete sine contradictione communis et hominum de sancto Laurentio, secundum quod hactenus tenuerunt et possederunt, hoc addito et ajecto inter partes ipsas, quod commune et homines possint libere et impune venire ad laborandum et pasculandum super territorio communis sancti Laurentii e converso possint ire libere et impune ad laborandum et pasculandum super territorio communis Ursarie domini episcopi, et ser Ottonis, prout ipsa communia et homines soliti sunt ab antiquo laborare et pasculare hinc inde conditionibus et usantiis hactenus observatis. Predicta autem volumus et jubemus per partes observari predictas inviolabiliter sub pena librarum quingentarum denariorum parvorum applicanda per partem inobedientem parti obedienti, totiens quotiens contra factum fuerit in non attendendo sententiam supradictam. Et ipsa pena soluta vel non, contractus iste in sua semper maneat firmitate.

Ego *Andreas* filius magistri Castellani de Ba...xo sacri palatii notarius, et nunc cancellarius supradicti domini capitanei his omnibus interfui de mandato ipsius domini capitanei roboravi etc.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1340.

5 Maggio, Indizione VIII. Trieste.

Vescovo Fra Pace da Vedano dà autorità al Monastero di S. Maria della nuova Cella di Trieste di alienare una casa.

(Archivio del Monastero delle Benedettine di Trieste).

In Christi nomine Amen. Anno ejusdem millesimo trecen-tesimo quadragesimo, Indictione VIII, die quinto Maii. Discretus Vir Dominus Zorobabel de Leo Sindacus et generalis procurator Abbatissae Monialium et tocius Conventus Monasterii Sanctae Marie nove Celle Tergestine ut de dicta procuratione et sindacatu constat Instrumento pubblico scripto manu Johannis Rubei notarii publici sub annis Domini millesimo trecentesimo trigesimonono, Indictione VII, die terciodecimo Mensis Augusti, a me Notario infrascripto viso et lecto ante presencia Reverendi Patris Domini Fratris Pacis Dei gratia episcopi tergestini personaliter constitutus sindacario et Procuratorio nomine Abbatisse Monialium et Conventus predictorum dixit et exposuit quod predicte Abbatissa et Moniales pro meliori et evidenti utilitate decreverant quandam earum domum positam Tergesti in contrata Mercati vendere et de precio dicte domus emere quandam aliam domum positam etiam Tergesti in Contrata Riburgi cuidam domui earum contigua eisdem plurimum aptam utilem et necessariam. Quare cum in talibus venditionibus necessarius sit consensus et auctoritas superioris ut Contractus debitum sortiatur effectum, idem Dominus Zorobabel sindacario et Procuratorio nomine antedicto dictum dominum Episcopum requisivit quod dignaretur vendicioni predicte fiende suum assensum et auctoritatem prebere. Qui Dominus Episcopus auditis hiis que per dictum Sindicum proposita fuerant, et super hiis deliberato plenarie cognitoque venditionem et emptionem predictarum domorum cedere ad comodum utilitatem evidentem et consolationem Abbatisse Monialium et Monasterii predictorum venditio predicte domus de Contrata Mercati nuper celebrande suum assensum et auctoritatem prebuit et decretum.

Actum Tergesti super episcopali Lobia presentibus discretis viris Nicholino quondam Domini Johannis de Vedano Francischino Philippi, Nicholao quondam Domini Andree de Rubeis et aliis testibus ad premissa.

Ego *Finetus* quondam Jacobi de Vedano publicus Apostolica et Imperiali auctoritate Notarius predictus interfui et ex rogatus scripsi et publicavi.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1341.

24 Ottobre, Indizione IX.

Patriarca d' Aquileja Bertrando investe Pietro Davanzo di Firenze della Villa di Cozur nell' Albonese.

(Atti del Notajo udinese Gubertino da Novate).

Anno Domini MCCCXLI, Indictione IX, die XXIIII Octubris. Reverendus in Christo pater et dominus dominus Bertrandus Dei gratia Sanctae Sedis Aquilegensis Patriarcha considerans grata fidelitatis obsequia sibi et Aquilegensi Ecclesiae a tempore promotionis suae per discretum virum Petrum qm. Vigne de Davanziis de Florentia solicite impensa et in posterum conferenda, volens quod eumdem Petrum de servitiorum et fidelitatis suae remuneratione favore presentium gratiose Villam seu locum de Cozoro in Istria positum, qui locus fuit et est feudum antiquum Aquilegensis Ecclesiae, et ad ipsum ac prefatam Ecclesiam deficientibus illis qui antiquitus illum tenebant, et habuerant a prefata Aquilegensi Ecclesia devolutum existat sitque inhabitabilis, et a tempore cujus memoria non existit, ipsa Aquilegensis Ecclesia nullam sit consecuta utilitatem; Eamdem Villam seu locum cum omnibus juribus, et pertinenciis suis, mansis, Campis, Vineis terris cultis, et incultis, pratis, pascuis, molendinis, piscariis, nemoribus, et omni jurisdictione ad dictum locum spectante, redditibus, et honoribus quibuscumque, introitu, et exitu a Flumine Arse, usque ad aquas Salsas, per se, et suos Successores, et nomine Aquilegensis Ecclesiae Petro pro suis, et suis heredibus recipienti contulit atque dedit, ipsumque Petrum de predicto loco cum omnibus juribus antedictis jure recti, et legalis Feudi Aquilegensis Ecclesiae per anulum suum presentialiter investivit. Qui quidem Petrus eidem domino Patriarchae flexis genibus fidelitatis prestitit juramentum quod Vassallus suo domino facere consuevit.

Dr. Cumano.

Questa villa figura nella Carta del 1275 della ricognizione di termini fra Conte e Marchese d'Istria e propriamente in confine con Albona e con Barbana e Sumberg, ed è il Comune odierno di Vettua all' Arsia.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

687

Anno 1342.

9 Gennaro, Indizione X. Trieste.

Francesco del fu Jacopo Giroldi chiede investitura del feudo di Calisedo, essendo vacante la sede triestina.

(Da copia autenticata dal Nodaro Capuano nell' Archivio generale veneto. Libro *Giroldia*).

Anno Domini Millesimo trecentesimo quadragesimo secundo. Indictione decima. Actum Tergesti in Ecclesia Cathedrali, die nono mensis Januarii, presentibus Jacobo Sulibandi Diacono, Justo de Papis Diacono, Vitali Argento Tonsurato, omnibus de Tergesto, Natale Floravante, Benedicto Bembo Not., Victore de Victore Not. de Justin. testibus ad haec vocatis specialiter rogatis, et aliis. Vacante Episcopali sede Tergestina, propter mortem Rdi. in Christo Patris et Dni. Dni. fratris Pacis Dei, et Apostolicae sedis gratia Episcopi Tergestini. Franciscus filius q. Jacobi de Giroldo de Justin. suo nomine tanquam maior, et vice ac nomine Nicolai ejus fratris, se presentavit ter flexis genibus coram Episcopali sede Tergestina in annum, et diem post decessum dicti Dni. Episcopi, petens investiri de omni feudo, et jure feudi, quod dicti fratres habebant, et sui maiores habuerunt, et tenuerunt ab Episcopatu, et Ecclesia Tergestina, offerens se paratum, predictis nominibus cuicunque expectaret huiusmodi facere investit in pns. essit debitum fidelitatis prestare, ut mos est; de qua vero presentatione dictus Franciscus rogavit me Notarium, ut publicum conficerem Instrumentum.

Ego *Petrus de Argento* de Justin. Imp. auctoritate Not., his omnibus interfui, et rogatus scripsi, et roboravi.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1342.

8 Marzo, Indizione X. Venezia.

Il Priore del Monastero di Benedettini di S. Daniele di Venezia concede l' Abbazia di S. Martino di Tripoli presso Cittanova al Priore di S. Gregorio di Capodistria pure di Benedettini.

(Archivio del Monastero di S. Daniele di Venezia. — Corner, Chiese Venete).

In Christi nomine amen. Anno Domini millesimo trecente-simo quadragesimo secundo, Indictione decima, die octavo marcii. Venetiis in capitulo monasterii Ecclesie S. Danielis Prophete. Presentibus sapiente viro et D. Paulo de S. Fantino de Venetiis Castellane Diocesis juris utriusque perito. Dominico de Castromonte. Antonio dicti D. Pauli familiare, et aliis testibus ad hec vocatis et rogatis. Reverendus Vir et Dom. Frater Bonifacius de Castromonte Prior dicti Monasterii et Conventus Ecclesie predicte frater Merlus de abiate frater dicti Monasterii et Conventus ordinis S. Benedicti facientes, et constituentes totum et universum capitulum et Conventum dicti Monasterii et Ecclesie congregati ad sonum campane in capitulo et ad capitulum more solito, considerantes quod Abbacia et Ecclesie S. Martini de Tripoli Emonensis Diocesis dicti ordinis S. Benedicti inmediate subjecta dicto D. Priori fratribus et Conventui prefacte Ecclesie et Monasterii supradicti vacat ad presens abbate per renunciationem Fratris Johannis de Sancto Benigno olim Monachus dicti Monasterii et Conventus S. Danielis prefati ita quod ipsa Ecclesia S. Martini non modicum patitur in spiritualibus et temporalibus detrimentum volentes predictis succurere prout debent de discretione scientia et providentia religiosi et honesti viri Fr. Ugolini ejusdem ordinis prioris Monasterii et Ecclesie S. Gregorii de Justinopoli totaliter confidentes curam aministracionem rectoriam et regimen animarum dicto domino fratri Ugholino in omnibus vices suas et miserunt eumdem suum vicarium constituerunt quosque duxerint revocandum promittentes se firmum ratum et obligatum omnium suorum bonorum et dicti sui monasterii.

Ego *Andreas* filius quond. S. Petri de vinea S. Daniellis de Venetiis Imperiali auctoritate Notarii predictis omnibus et singulis supradictis presens interfui, et rogatus scripsi et publicavi meumque signum aposui consuetum.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1342.

23 Aprile, Indizione X. Cividale.

Patriarca d' Aquileja Bertrando nomina in Marchese Governatore d' Istria Giovanni de Stegberch.

(Atti del Notajo udinese Gubertino da Novate).

Sanctae Sedis Aquilegensis Dei gratia Patriarcha Bertrandus Istriae, Carniolae Marchio, Universis, et singulis nostris Subditis et fidelibus per Istriam constitutis ad quos presentes pervenerint, Salutem, et omne bonum. Populorum comodis tunc recte prospicitur, cum eorum regimini Rectores proponuntur idonei, per quorum industriam gubernentur salubriter, et eorum status de bono, in melius adiuvante domino prosperetur. Cupientes itaque ut vos qui Nobis, et Aquilegensi Ecclesiae estis mero, et mixto Imperio Subiecti per talem gubernemini loco nostri, cujus industria, et circumspecta prudentia in Statu possitis tranquillo, et pacifico conservari, Marchionatum nostrum Istriae cum omnibus Juribus, Jurisdictionibus, et garitis debitis, et consuetis, dilecto fideli nostro Johani de Stegberch, de cujus fidelitate, et circumspecta industria nobis per longam experientiam nota, fiduciam specialem in domino obtinemus a Festo Sancti Georii proxime venturo usque ad unum Annum completum, et integrum tenore presentium duximus concedendum, Ipsum, vobis et terrae predictae usque ad dictum terminum preficientes in Marchionem pariter et rectorem. Quocirca vobis universis, et singulis tenore presentium districte precipimus, et mandamus quod eidem Johani Marchioni nostro in hiis quae ad dicti Marchionatus spectant offitium durante dicto tempore obediatis humiliter, et fideliter pareatis. Alioquin penas, seu multas quas rite tulerit in rebelles ratas habebimus, atque gratas, ac facimus eas auctore deo, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Datum in nostro Patriarchali Civitate Austria die XXIII mensis Aprilis. Anno dominice Nativitatis MCCCXLII, Indictione X.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1342.

II. Idus Maii. — Avenione.

Papa Clemente VI destina Abbate del Monastero di S. Michele in Monte di Pola nella persona di Gualtiero.

(P. Agostino Theiner, *Vetera Monumenta Slavorum Meridionalium*).

Clemens Episcopus etc. Dilecto filio Gualterio Abbati Monasterii sancti Michaelis de Monte ordinis sancti Benedicti Polensi diocesis, salutem etc. Circa statum monasteriorum et ecclesiarum vacantium solicite consideratio-nis intuitum, prout pastoralis officii debitum exigit, extendentes, operose solicitudinis studium libenter impendimus, et apostolice sedis partes, prout expedire perpendimus, adhibemus, ut monasteriis et ecclesiis ipsis, ne illa diutius premantur, incommodis, afficiantur iniuriis et dispendiis pregraventur, vacationis excluso nubilo, quo periculosius involvuntur, accelerate provisionis aurora, ope comite celestis auxilii, apertius illucescat. Sane felicis recordationis Iohannes pape XXII. predecessor noster ex certis rationabilibus causis omnes et singulas collegiatas seculares et regulares ecclesias provincie Aquilegensis tunc vacantes, et inantea vacaturas per biennium primo, et deinde tempus huiusmodi biennale diversis successive vicibus de biennio in biennium prorogando, usque ad Kal. Aprilis Pontificatus sui anni decimiseptimi, provisioni sue ac sedis apostolice per suas diversas litteras inde confectas auctoritate apostolica reservavit, decernens extunc in singulis reservationibus et prorogationibus huiusmodi irritum et inane, si secus super hiis per quoscunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Voluit insuper et decrevit per litteras novissime prorogationis huiusmodi, reservationem et decretum predicta ad seculares et regulares tam Cathedrales quam Abbatiales et alias quascunque collegiatas, preterquam monialium et aliarum religiosarum mulierum ecclesias, exemptas et non exemptas dicte provincie, quibuslibet declarationibus alias eum factis super hoc nequaquam obstantibus, extendenda. Et subsequenter, cum finis huiusmodi ultime prorogationis instaret, dictus predecessor, similibus causis inductus, reservationem et decretum predicta usque ad alios duos annos, ab eisdem Kalendis Aprilis inantea computandos, per alias suas certi tenoris litteras auctoritate predicta modo et forma expressis superius extenda duxit ac etiam proroganda. Interim autem, extensione et prorogatione huiusmodi durantibus, monasterio sancti Michaelis de Monte ordinis sancti Benedicti Polensis diocesis, in dicta provincia constituto, per obitum quondam Nicolai ipsius monasterii Abbatis, qui debitum in illis partibus nature persolvit, pastoris regimine destituto, et tam ipso Iohanne primo quam pie memorie Benedicto papa XII. predecessore nostro et ipsius Iohannis immediate successore de hac luce subtractis, Nos ad apicem summi apostolatus assumpti, vacatione huiusmodi fidedignis

relatibus intellecta, cupientes ipsi monasterio, de quo sic vacante dicti predecessores, dum vixerunt, minime ordinarunt, ne ulterius vacationis dispendia patiatur, de persona utili providere, cum nullus preter nos de ordinatione ipsius monasterii se hac vice intromittere possit, reservatione, decreto, extensione ac prorogatione prefatis obsistentibus, post deliberationem, quam super hoc cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te Abbatem monasterii s. Laurentii de Monte dicti ordinis Sancteagathensis diocesis, quem, prout fidedigna relatione percepimus, religiosis zelus ac morum et vite insignit honestas, litterarum sciencia reddit conspicuum, provida spiritualium et temporalium circumspectio aliaque multiplicia virtutum dona commendant, direximus oculos nostre mentis: quibus omnibus debita meditatione pensatis, de persona tua, nobis et eisdem fratribus ob huiusmodi tuorum exigentiam meritorum accepta, eidem monasterio s. Michaelis auctoritate apostolica de dictorum fratrum consilio providemus, teque ipsi monasterio preficimus in Abbatem, curam et administrationem ipsius monasterii s. Michaelis tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, in illo qui dat gratias et largitur premia confidentes, quod idem monasterium s. Michaelis sub tuo felici regimine, gratia tibi suffragante divina, ad statum reducetur oportunum ac salubriter et prospere dirigetur. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus impositum tibi a domino onus devote suscipiens curam et administrationem predictas eiusdem monasterii s. Michaelis sic diligenter geras et solicite prosequaris, quod monasterium ipsum gubernatori circumspecto ac fructuoso administratori gaudeat se commissum, et bonne fame tue odor ex laudabilis tuis actibus latius diffundatur, ac preter benedictionis eterne premium nostre et dicte sedis benivolencie graciam exinde uberius consequi merearis. Datum Avinione II. Idus Maii, Pont. nostri Anno Primo.

In e. m. Dilectis filiis Conventui monasterii s. Michaelis de Monte etc. Venerabili fratri .... Episcopo Polensi etc. quatenus eundem Gualterium Abbatem et sibi commissum monasterium tibi ordinario iure subiectum habens commendatos, in ampliandis et conservandis iuribus suis eum tui favoris presidio prosequaris etc.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1342.

14 Giugno, Indizione X. Cividale.

Patriarca d' Aquileja Bertrando cita Giovanni Pievano, Giacomo Marascoto e Paolo Canonici di Muggia a comparire dinanzi a lui, a rispondere di gravi colpe loro apposte.

(Atti del Notajo udinese Gubertino da Novate).

Sanctae Sedis Aquilegensis Dei gratia Patriarcha Bertran-dus. Johani plebano, Jacobo Marascoto, et Paulo Canonicis Ecclesiae de Mugla Salutem in Domino. Ad aures nostras quasi publice est deductum vos multa in preiuditium populi vobis commissi, et obprobrium ordinis clericalis inhonesta, et enormia commisisse. Super quibus volentes a vobis plenam inquirere veritatem, vos et vestrum quemlibet tenore presentium requirimus et citamus, vobis et vestrum cuilibet sub pena excomunicationis districtius iniungentes, quatenus proxima die lune, quem vobis pro peremptorio termino, et monitione canonica assignamus; coram nobis in Castro nostro Utini responsuri super premissis, et facturi, quod ordo juris dictaverit, curetis personaliter comparere, alioquin contra vos, et singulos vestrum, vestra exigente contumacia, procedemus in quantum justitia suadebit.

Has autem litteras ad cautellam fecimus registrari nostri Sigilli impensione munitas, de quarum presentatione ..... latori earum nostro in hac parte nuntio, aut Instrumento publico super hoc confecto dabimus plenam fidem.

Datum in nostra Patriarchali Civitate Austria die Mercuris XIIII mensis Junii. Anno Dominice Nativitatis MCCCXLII, Indictione X.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1342.

12 Luglio, Indizione X. Aquileja.

Patriarca Bertrando cita Marco (Semitecolo) Vescovo di Capodistria a comparire dinanzi a sè in Udine in causa di appello contro lo stesso presentata dal Comune d' Isola circa alcune decime che quel Vescovo esigeva.

(Atti del Notajo udinese Gubertino da Novate).

Sanctae Sedis Aquilegensis Dei gratia Patriarcha Bertrandus Venerando fratri in Christo Marco eadem gratia Episcopo Justinopolitano suffraganeo nostro salutem, et sinceram in domino caritatem. Accedens ad presentiam nostram Facina Notarius de Insula vestrae Justinopolitanae Diocesis Sindicus et Sindicario nomine Comunis de Insula, nobis die martis XI Julii quamdam presentavit Appellationem ad nos, et Sedem nostram Aquilegensem interpositam per dictum Facinam Notarium Sindicum, et sindicario nomine Comunitatis predictae a quibusdam litteris, processibus, et mandatis per vos eis directis in causa, et occasione quarumdam decimarum, quas petitis ab eisdem. Cum itaque idem Sindicus nomine quo supra appellationem hujusmodi intendat prosequi coram nobis supplicavit humiliter et instanter ut ad eamdem appellationem cognoscendam, et fine debito terminandam ad nostrae examen Curiae deducere debemus, nos vero cupientes unicuique postulatam justiciam exhibere, Vos presentium tenore citamus peremptorie requirimus et monemus, vobisque precipiendo mandamus quatenus XV die a presentatione presentium numeranda, quem terminum vobis pro primo, secundo ac tertio et peremptorio termino assignamus, compareatis in Utino cum omnibus vestris juribus legitime coram nobis, aut coram Venerando fratre in Christo Guidone Dei gratia Episcopo Concordiensi nostro Vicario generali, processuri, facturi, et recepturi quod dictaverit ordo juris; Ita tamen quod si dies termini fuerit feriata, sequens proxima non feriata suppleat vices ejus; Alioquin in causa appellationis hujusmodi, vestra non obstante absentia non procedemus in quantum justicia suadebit. Vobis tenore presentium districtius inhibentes ne pendente appellatione hujusmodi in causa premissa aliqualiter procedatis, seu etiam aliquid innovetis, et si forte aliquid innovatis illud, in statum pristinum revocare curetis. — Has autem litteras ad etc.

Datum Aquilegie in nostro Patriarchali Palatio die XII Julii Anno dominice Nativitatis MCCCXLII, Indictione X.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1342.

13 Luglio, Indizione X. Aquileja.

Patriarca Bertrando assolve le monache di S. Biagio di Capodistria dalla scomunica contro esse pronunciata dal Vescovo Marco (Semitecolo).

(Atti del Nodaro udinese Gubertino da Novate).

Sanctae Sedis Aquilegensis Dei gratia Nos Patriarcha Bertrandus notum fore volumus Universis presentes litteras inspecturis, quod dilectas nobis in Christo religiosas mulieres, Sorores Gevardinam priorissam, Mariam, Audiernam, Piranesam, Guiglotam, Conradinam, Florenzam, Donadam, Francischam, Philippam, Claram, Agatham, Nicolotam, Bernardinam, Matheldam, Nicolotam Capeli, et Ursam omnes Moniales Monasterii Sancti Blasii Civitatis Justinopolitanae nostrae Aquilegensis Provinciae in nostra presentia constitutas Supplicantes humiliter, et instanter per Nos eisdem absolutionis beneficium impartiri ab omnibus excomunicationis Sententiis in eas injuste, et inique latis per Venerabilem fratrem in Christo Marcum Dei gratia Episcopum Justinopolitanum suffraganeum nostrum, ac interdicti Sententiam per eumdem Episcopum latam in earum Conventum, et Monasterium revocari, auctoritate nostra metropolitica, et de ipsius Episcopi voluntate a' supradictis excomunicationis Sententiis per Venerabilem Virum Guidonem Decanum Ecclesiae Civitatensis nostrae Aquilegensis Diocesis, in causa ipsa, Comissarium nostrum absolvi fecimus, et restitui comunioni fidelium, et Ecclesiae Sacramentis, premissamque interdicti Sententiam revocari mandantes tenore presentium dilecto nobis in Christo religioso Viro fratri .... priori Conventus fratrum predicatorum jamdictae Civitatis Justinopolitanae, vel ejus vices gerenti quatenus predictas priorissam, et Moniales absolutas, et comunioni fidelium, ac Sacramentis Ecclesiae restitutas nec non premissum interdictum a dictis Conventu, e Monasterio Sancti Blasii relaxatum in Ecclesiis dictae Civitatis, et Diocesis Justinopolitane, et alibi ubi fuerit expediens publice denuntiet, et faciat per alios nunciari. In quorum testimonium presentes fieri jussimus nostri Sigilli impressione munitas.

Datum in majori nostra Ecclesia Aquilegensi die terciodecimo mensis Julii Anno domi-nicae Nativitatis Millesimo trecentesimo quadragesimo secundo, Indictione decima.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1342.

3 Settembre, Indizione X. Udine.

Gambino da Cremona Canonico di Cividale è fatto procuratore dal Patriarca Bertrando per riscuotere dalla Veneta Signoria 450 marche di danari novi aquilejesi pe' diritti e giurisdizioni dell' Istria; e ciò per due rate.

(Atti del Notajo udinese Gubertino da Novate).

Noverint Universi presentes pariter, et futuri, quod Sanctae Sedis Aquilegensis Dei gratia Nos Patriarcha Bertrandus nostro, et Aquilegensi Ecclesiae nomine facimus, constituimus, et ordinamus nostrum, et ejusdem Ecclesiae verum, et legitimum procuratorem prudentem virum magistrum Gambinum de Cremona Canonicum Civitatensem, Aquilegensis Diocesis presentem et mandatum hujusmodi suscipientem ad comparendum coram Inclito, et Magnifico domino domino Bartholomeo Gradonico Dei gratia Venetiarum, Dalmatiae, et Croatiae Duci, et domino quartae partis, et dimidiae totius Imperii Romaniae, ejusque Comune, et ad petendum, exigendum, et recipiendum ab eis ducentas, et vigintiquinque Marchas denariorum novorum Aquilegensis monetae, quas nobis, et Aquilegensi Ecclesiae debebant in Kallendis mensis Martii proxime preteriti, et adhuc debent, et ducentas viginti quinque Marchas ejusdem monetae nobis, et Ecclesiae predictae debitas in Kallendis mensis Octubris proximi preteriti pro Juribus, et Jurisdictionibus Istriae, secundum pacta dudum inita inter nostram Aquilegensem Ecclesiam, et ipsos dominum Ducem et Comune Venetiarum, et de hiis que receperit, finem quietationem, liberam, et plenam remissionem faciendam, ac pactum de ulterius non petendo, cum omnibus promissionibus et cautellis oportunis. Et generaliter ad omnia alia et singula facienda, et exercenda que in predictis, et circa predicta fuerint oportuna, etiam si mandatum exigant speciale.

Promittentes nostro, et dictae nostrae Aquilegensis Ecclesiae nomine firmum, ratum, et gratum perpetuo habere, et tenere quicquid per dictum procuratorem nostrum factum, et procuratum fuerit in premissis, et circa premissa sub obligatione, et ypotecha omnium nostrorum, et dictae nostrae Aquilegensis Ecclesiae bonorum. In cujus rei Testimonium presentes fieri jussimus nostri Sigilli appensione munitas.

Datum Utini in Palatio nostro Patriarchali die III mensis Settembris, Anno dominicae Nativitatis MCCCXLII, Indictione X.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1342.

Sexto die exeunte Octub., Indictione X. Fagedis.

Contrada in Trieste detta Carcere del Re Carlo.

(Copia tratta così abbreviata come sta nel *Otium Forojuliense* del Canonico Guerra, Volume XXXII, presso i Nobb. Sigg. De Portis di Cividale).

It. eodem die (sexto die exeunte Octub.) in Fagedis ..... presentibus ..... nobilibus viris Domino Symone de Cucanea qm. nob. viri Domini Odolrici militis, Adalpreto filio nob. viri Domini Guarnerii de Cucanea, Domino Nicolao qm. Domini Bertoldi, Nicolao qm. Heverardi de Cucanea nunc ambobus commorantibus in Fagedis ..... Domina Bertholotta de Tergeste filia olim Domini Wo..... qm. Bonifacii de Tergesto ..... ordinavit Andriotam de Cucanea filium olim Jacobi Domini Hemigli de Cucanea ..... et procuratorem legitimum ad vendendum unam suam domum sitam in Tergesto in contrata que dicitur Carcer Regis Caroli.

Ingegnere Antonio Joppi.

Secondo le indicazioni della presente Breviatura, sarebbe stato un Quartiere in Trieste col nome di Carcere del Re Carlo, certamente in quella parte della Contrada Castello, che ancor conserva nome di Riccardo, e che da qualcuno si volle argomentare che fosse il carcere in cui sarrebbe stato rinchiuso Riccardo Cuor di Leone Re d'Inghilterra fatto prigione dal Duca d' Austria. Sennonchè nè Re Riccardo venne in Trieste, nè questa città era allora in dominio della Serenissima Casa. È piuttosto a credersi fosse ivi il palazzo e le carceri del *Ricario* che così chiamavano il sommo Giudice provinciale, in penale e civile.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1342.

29 Ottobre, Indizione X. Udine.

Patriarca d' Aquileja Bertrando riconferma Corrado Bojani in Podestà di Muggia per altri sei mesi.

(Atti del Nodaro udinese Gubertino da Novate).

Sanctae Sedis Aquilegensis Dei gratia Nos Patriarcha Bertrandus notum fore volumus universis, quod cum dilecti fideles nostri, Judices, Consilium, et populus terrae nostrae Muglae de nostra speciali licentia dilectum militem nostrum Conradum Boyanum de Civitate Austria pro aliis sex mensibus a fine sui regiminis potestariae Muglae incohandis, in potestatem, et Rectorem ejusdem terrae nostrae duxerint eligendum, Nos dicti nostri militis strenuitatem, ac circumspectam providentiam attendentes, et sperantes quod ex ipsius salubri regimine dicta terra nostra felicibus ampliabitur incrementis, electionem ipsam ratam, et gratam habemus, dictumque nostrum militem, in potestatem terrae prefatae pro dictis sex mensibus tenore presentium confirmamus. In cujus rei testimonium has litteras fieri jussimus nostri Sigilli impressione munitas.

Datum Utini in nostro Palatio Patriarchali die XXVIIII mensis Octubris Anno dominice Nativitatis MCCCXLII, Indictione X.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1342.

14 Dicembre. Indizione X.

Enrico di Pisino, prigioniero del Patriarca, è messo in libertà sotto promessa di ricondursi alle carceri patriarcali in Udine entro tempo prefisso, ed anche prima qualora scoppiasse guerra tra Patriarca e Contea di Gorizia.

(Atti del Nodaro udinese Gubertino da Novate).

In Christi nomine Amen. Anno Nativit. ejusdem MCCCXLII, Indictione X, die XIIII mensis Decembris. Presentibus Venerando Viro domino fratre Guberto Abbate Monasterii Rosacensis, et nobilibus Viris dominis Bartholomeo de Spinimbergo, Friderico de Murucio, Busino de Cormono, et Johane qm. Turrini Tuschi de Civitate Austria Testibus, et aliis.

Constitutus in presentia Reverendi in Christo patris, et domini domini Bertrandi Dei gratia Sanctae Sedis Aquilegensis Patriarchae Hainricus de Pisino Carceratus ejusdem domini Patriarchae juravit ad Sancta Dei Evangelia quod ipse tamquam Carceratus ipsius domini redibit ad Carceres dicti domini Patriarchae in Castro Utini in die Festi Sanctae Luciae proxime futuri, et se in dicto Castro die ipsa presentabit coram ipso domino Patriarcha, vel ejus Vicario, aut alio ad hoc per ipsum dominum Patriarcham deputando, et inde non recedet absque ejusdem domini speciali licentia, et mandato, et interim non erit, nec veniet modo aliquo directe, vel indirecte, publice, vel occulte contra dictum dominum Patriarcham, et Aquilegensem Ecclesiam, seu ejus servitores, aut Subditos, et si sciverit aliqua tractari, vel fieri contra ipsum dominum Patriarcham, et Aquilegensem Ecclesiam, illa si poterit impediet, alioquin ea quo citius poterit per se, vel ejus nuncium, aut literas speciales ipsi domino Patriarchae intimabit. Et si interim guerra inciperet inter dictum dominum Patriarcham, et Aquilegensem Ecclesiam, et Comitatum Goritiae, redibit ad dictos Carceres infra octo dies postquam fuerit guerra hujusmodi incohata. Item si interim per aliquem, vel aliquos caperetur, non comedet nisi panem et aquam donec ad Carceres redierit antedictos, aut statim persolvet eidem domino Patriarchae Centum Marchas denariorum Aquilegensium novorum nomine penae que totiens comittatur, et possit exigi cum effectu, quotiens premissis seu alicui premissorum contra fiet. Et nichilominus si contra faceret, vel veniret voluit semper, et ubique locorum proditor appellari. Obligans ad hec dictus Hainricus ipsi domino Patriarchae omnia sua bona mobilia, et immobilia, presentia, et futura, ac vocans se ex nunc, prout ex tunc de predictis convictum ac si per laudum, e Sententiam coram ejus vero, et justo domino convictus rationabiliter esset. Promisit quoque quod usque ad octo dies proxime dabit vel mittet dicto domino Patriarchae literam Volvini de Turri de Goritia per que idem Volvenus se fidejussorem pro eo constituet pro premissis omnibus, et singulis attendendis.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco

10000100

Anno 1343.

14 Febbrajo, Indizione XI. Udine.

Patriarca Bertrando commette al Vescovo Giovanni Scordello di Parenzo d'intimare a que' di Montona di desistere dalla occupazione di certi boschi, paludi e terreni spettanti al Castello di Portole; e di pronunciare solenne scomunica contro loro in caso di rifiuto.

(Atti del Nodaro udinese Gubertino da Novate).

Sancte Sedis Aquilegensis Dei gratia Patriarcha Bertrandus Venerando fratri in Christo .... eadem gratia Episcopo Parentino Suffraganeo nostro Salutem, et sinceram in Domino caritatem.

Obstinata cupiditas que Officiales, et homines de Montona vestrae Parentinae Diocesis taliter excecavit, quod ad ea que sua non sunt, illicite relaxantes habenas, terras, et nemora Castri nostri de Portullis, jam diu violenter, et indebite occupaverunt, et adhuc occupata detinent, nos licet invitos compellit, ut juxta nostras provinciales Constitutiones per nostrum provinciale Concilium editas, in quas ipsos jam incurrisse non est dubium, procedamus.

Cum itaque iidem Officiales, et Universitas Castri de Montona diu et in preiuditium, et detrimentum Aquilegensis Ecclesiae certa nemora, paludes, et possessiones Castri nostri de Portullis ad mensam nostram Patriarchalem spectantia detinuerint, et adhuc detineant occupata, quamvis ut ab occupatione, detentione, invasione, et usurpatione predictorum, desisterent, fuerint sepius requisiti.

Nos volentes, ut tenemur, ex iniuncto nobis ministerio indempnitati ejusdem Ecclesiae Aquilegensis providere fraternitatem vestram requirimus, et monemus vobis in virtute Sanctae obedientiae districtius iniungentes, quatenus Officiales et Universitatem terrae de Montona predictae peremptorie requirere et monere curetis, ut ab occupatione dictorum bonorum, et nemorum per eos sic, ut premittitur detentorum omnino desistant, nec se de eisdem de cetero intromittant, sed nostros subditos de Portullis imo ipsam Aquilegensem Ecclesiam in pacifica, et quieta possessione predictorum omnino dimittant. Quod si infra decem dierum terminum, quos eis pro duobus edictis, et uno peremptorio termino assignetis, a predictis occupatione, detentione, et invasione non destiterint cum effectu, aut prefatos nostros Subditos, seu pocius Aquilegensem Ecclesiam non permiserint dictorum nemorum, et possessionum pacifica possessione gaudere cum restitutione omnium quae perceperunt de predictis nemoribus, et possessionibus, et percipi potuerunt a tempore occupationis, detentionis, et invasionis hujusmodi, prefatos Officiales, ac omnes, et

singulos eis in hoc prestantes auxilium, consilium, vel favorem publice, vel occulte, per omnes Ecclesias vestrae Diocesis tamquam invasores, occupatores, et detentores bonorum, et jurium Ecclesiasticorum elapso dicto decem dierum termino, singulis diebus dominicis, et festivis in missarum solemniis, cum major aderit populi multitudo, pulsatis campanis, et candelis accensis excomunicatos juxta tenorem constitutionum premissarum, quas penes vos habere credimus, et teram predictam Ecclesiastico esse suppositam interdicto tam diu publice nuntietis et denuntiari faciatis, donec omnia, et singula supradicta curaverint effectualiter adimplere. — Vobis nichilominus injungentes, ut interdictum hujusmodi in Ecclesia de Montona publicari faciatis, et illud juxta earumdem Constitutionum ordinationem firmiter a vestris Subditis Clericis, observari.

Has autem litteras ad cautellam fecimus registrari, mandantes, quatenus de requisitione, et monitione predictis, et quidquid in premissis duxeritis faciendum, nobis per vestras speciales litteras intimetis.

Datum in Castro nostro Utini, die XIIII Februarii. Anno dominicae Nativitatis MCCCXLIII, Indictione XI.

Dr. Cumano.

Il presente Codice diplomatico contiene due documenti che danno luce su queste minaccie del Patriarca Bertrando. Avvertiamo che nel 1343 così il Comune di Parenzo, come quello di Montona non più obbedivano al Patriarca di Aquileja come a loro Principe, sibbene al Comune di Venezia. Nel 1304 il Comune di Montona interdiceva a quello di Pinguente con atti e minaccie di guastare il bosco di Montona, varcandone i confini. In appendice a quella Carta stanno le descrizioni dei confini. Nell' altra Carta che è dell' anno 1321 si veggono le questioni fra Montona e Portole, quella veneta, quest' altra patriarchina, per lo bosco e per la valle, dacchè nè tutta questa apparteneva a Montona, nè tutta a Portole; il filone del fiume Quieto segnava il confine.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1343.

14 Giugno, Indizione XI. Trieste.

Il Comune di Trieste nomina Procuratori per comporre le questioni coll'Abbate della Beligna, dinnanzi il Vescovo di Concordia.

(Archivio diplomatico di Trieste. — Atti della Vicedominaria).

In nomine Dei eterni. Anno Domini Millesimo trecentesimo quadragesimo tercio Indictione undecima, die quarta decima Mensis Junii. Actum Tergesti in veteri Palatio Comunis. Praes. Dominis Henrico Raviza. Alberico de Basillio Vicedominis, Petro Caristia, Rantulfo Bajardi, Francisco Genan, Johanne Mosteglo, Zorobabele de Leo, Almerico Ade, testibus et aliis quamplurimis. In pleno et generali Consilio Civitatis Tergesti voce preconea ad sonum campanarum et loco consueto, more solito congregato.

Nobilis et potens vir dominus Ludovicus Vitalis de Veneciis hon. Potestas Civitatis Terg. de consensu et voluntate discretorum Virorum Domin. Quaglotto q. Dni. Bonomi, Johannis q. Dni. Natalis de Judicibus, et Justi Gremon hon. Judices dicti Domini Potestatis et ejusdem Civitatis ac auctoritate eis data tradita et concessa a dicto majori Consilio, in quo quidem Consilio interfuerunt plus quam duo partes dicti majoris Consilii, videlicet supradicti testes et infrascripti consiliarii scilicet:

Dm. Andreas q. D. Jeremie	Dominicus q. Domini Izilini	Andreas Gremon
Bandus de Judicibus Not.	Geremias de Leo	Nicolaus q. Dom. Lemanni
Franciscus de Amelia	Christophorus Valesius	Bortolus de Stoyano
Franciscus Rubeus	Michael de Todulfo	Mingolinus Bitinus
Jacobus Venot.	Rizardus Dni. Bonomi	Johannes Mesaltus
Agustinus de Teffanio	Michael Mesaltus	Pertoldus Burlo
Avantinus de Pribixa	Otobonus de Ottobono	Lazarus Rubeus Not.
Serafinus Rubeus	Der.... de Riosso	Johannes de Viana
Johannes de Goppa	Florianus de Judicibus	Geremias Bajardi
Gr. Bandus Burlo	Lazarus q. Of	Andreas Rubeus
Vitalis de Anzulo	Jacobus Balardus	Albericus q. S. Matthei de Basilio
Dominicus de Anzulo	Petrus Ade	Primamons de Hereurico
Petrus Belli	Simon Niblo	Petrus de Basileis
Almericus Zuiletus	Thomas Ade Not.	Fazina de Canciano
Rantulfus de Basileis	Maurus Petaz	Almericus Benenada Not.
Gregorius de Leo Not.	Henricus de Canciano Not.	Johannes de Genan
Marcus Burlo	Johannes de Basil.	Mattheus B..n..di
Johannes de Judice Not.	Christopholus de Basil.	Rambertus de Rivula

Bandus Rubeus	Petrus Ade Not.	Justus de Leo
Benvenutus de Anzulo	Paulus Alletc..	Cadolus de Amantinis
Bertolus Ade	Bartholomeus Mesaltus Not.	Petrus q. S. Justi Genan
Cancius Benenada	Zirolus de Viana	Justus de Anzulo
Bandus Burlo	Baldus q. S. Jacobi Burli	Benvenutus Petaz
Rafiel de Todulfo	Justus Benenada	Benvenutus de Messalti
Franciscus de Zipano	Petrus Zuiletus	Marinus Bibes
Andreas Verssa	Thomas Lissiza Not.	Johannes F. S. Quagloto
Dionissius Gremon	Gaspar Mant... Not.	Matthaeus Mesalt
Michael Rubeus	Nicolaus de Leo Not.	Nicolaus Raviza
Nicolaus de Messalto	Nicolaus Saracenus	Valentinus de Honnco Not.
Filippus Castigna	Crestinanus Rubeus	Jacobus de Aldigarda
Nicolaus Zuiletus	Odoricus de Goppo	Justus Catapanus
Tandolus Pazit Not.	Petrus de Tofanio	Pertotus de Judice
Nicolaus Belli	Bergogna Burlo	Geronimus Niblo
Thomas Genan	Marinus Paneya Not.	Marcus de Julianis
Vimanus de Tofulo	Jacobus Ade	P.... q. S. Nicolai de Basilio
Justus de Canciano	Nicolaus de Basilio	Almericus de Gronicha
Justus de Rubeis	Gregorius de Basil	Mancolus Zampt
Johannes fil. s. Michael Rubei	Andreas Sarazeni	Lin..... de Jacogna

Bartolomeus Botez — nec non supradictorum Judicum et consultatione predicti procuratores vero supradicti Judices et Consiliarii predicti ..... voluerunt et constituerunt unanimiter et concorditer nemine discrepante ac ipsum majus Consilium supradicti Civitatis ..... fecerunt constituerunt, mandaverunt atque creaverunt discretos viros Dominos Justum Pacis et Amizo Mostelo Not. Cives Terg. Presen. et hoc mandatum sponte hoc mandatum ..... unumque eorum in solidum ita quod occupanti conditio melior non existat et qu. unus inceperit aiter possit mediare prosequere et facere, suos ac dictae Comunis Sindicos Procuratores et Nuncios speciales ad comparendum coram Reverendo in Christo Patre et Domino Domino Guidoni Dei gratia Concordiensi Episcopo in questione vertente et quae verte posset inter Dominum Abatem Monasterii et Conventum Sancti Martini Ordinis Sancti Benedicti de Biligna sive ipsum Monasterium et Conventus Dyocesis Aquilegensis et domini Abbates sive Monasterium et Conventus predicti procuratores et factores ex una parte, et Comune homines et Universitas tocius Civitatis Terg. ex altera. Et generaliter in omnibus.... et dicti Comunis Negociis causis litibus quaestionibus et controversiis cum qualibet persona Colegio vel Universitate etc. etc. etc.

Questi Consiglieri che sono al numero di 125 formerebbero più che due terze parti del numero dei Consiglieri che era di 180, non comprese le cariche — ne mancherebbero circa 55, che però non è difficile completare.

Si possono aggiungere con sicurezza:

Vrem Andrea	Tirino Giacomo
Bonomo Nicolò	Burlo Pietro
Giudici Floriano	Zuliani Ottobono
Bonomo Rizzardo	Ade Clemente
Burlo Domenico	Ade Andrea
Basilio Pietro	Zigot Giovanni
Bajardi Giusto	Niblo Giovanni
Pace Andrea	Zuiletto Artuico
Rubeis Conforto	Niblo Zaneto
Rubeis Clemente	Anze Matteo
Vedano Jacopo	Bajardo Tomaso
Vedano Nicolò	Accarisio Not.
Zuilet Pascolo	Rubeo Giroldo
Ottoboni Andrea	Messalti Andrea
Messalti Bergogna	Gremon Pietro
Basilio Andrea	Messalto Messalti
Anzolo Domenico	Ade Michele
Burlo Omobono	Viana Giusto
Gremon Bertone	Bajardi Geremia
Mascli Amizo	de Rubeis Guariento
Pavoja Vitale	Rubeis Giacomo

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1343.

4 Novembre, Indizione XI. Castellione.

Biachino e Francesco Osalco della Casa di Momiano danno in soggezione e protezione dei Conti di Gorizia il Castello di Castiglione nel Friuli e le persone loro.

(Dall' originale esistente in Klagenfurt).

Ego Biaquinus de Mimilano et Franciscus Hossalchus eius filius presentibus profitemur vniuersis et singulis presentem paginam inspecturis, quod non coacte bona uoluntate ac animo deliberato pro nobis, heredibus et successoribus nostris subiecimus, dedimus et tradidimus libere in manus et proteccionem illustrium et magnificum (sic) dominorum comitum Meinhardi et Henrici Gorc. et Tirolis ac heredum et fratris eorum comiti Alb. cum personis cum castro nostro Castellonum et aliis rebus et bonis nostris quibuscumque pro vt bene et libere facere potuimus, promittentes dictis dominis nostris, comitibus Meinhardo et Henrico, heredibus et fratri eorum ante dicto iurando sub sacramento perpetuo fideliter seruire contra quamcumque personam ipsis astare, prout seruitores domino eorum facere sunt obligati, et dictam promissionem ratam et firmam abere et nunquam contrafacere vel venire ullo modo. Insuper si casus necessitatis occorrerit dictum castrum nostrum et alia bona nostra pro remedio animarum nostrarum legare, vendere et obligare libere possumus ad nostram voluntatem, requisita prius licencia et voluntate dominorum nostrorum supradictorum. Ceterum promisimus vllam nouitatem sev brigam facere sev inchoare absque dominorum nostrorum supra dictorum licencia et voluntate. Nichilominus tenemur et obligati sumus; si quis contra nos querimoniam haberet vel prodicturus esset, coram prefatis dominis nostris comittibus Meinhardo et Henrico de obiectis respondere. In cuius rei testimonium presentes fieri fecimus, nostrorum amborum sigillorum appensione muniri. Testes sunt: presbiter Pernardus plebanus de Castellion, presbiter Thoma de Gor. Lensetus de novo Castro. Dettmarus de Brazacho. Nichmus de Radmansdorf, et alii quam plures homines fide digni. Actum et datum Castelloni. Anno dominice incarnacionis millesimo trecentesimo quadragesimo tercio. Quarto intrante Nouembris. Vndecima indictione.

Questa Carta tratta dall' originale esistente in Carintia, favorita dalla gentilezza del Bibliotecario di Klagenfurt Dr. Ignazio Tomaschek, è testimonianza che la Casa di Momiano, la quale aveva possessioni in Istria, ed amplissime nella Karsia, non sia finita colle ultime notizie che si hanno di

lei in Istria, ma che, abbandonati i possessi istriani, abbia continuato altrove, e come pare, nel Friuli e nei dominî dei Conti di Gorizia. Quel luogo di *Castellione* nel quale è fatto il documento, ed il quale si pone a disposizione dei Conti di Gorizia, non è luogo d' Istria, perchè molti luoghi singoli o piuttosto castelli ebbero tale nome, ed uno presso a Cittanova, nessuno fu mai plebania. Non azzardiamo sostenere che fosse precisamente *Castions* di Strada del Friuli, ma non sapressimo quale altra pieve cercare di qua d' Alpe.

Il Dr. Antonio Joppi favorì uno stemma dei Momianesi, già posto insieme dall' Abbate Bini, che con piacere poniamo a piedi del diploma presente.

Stemma della Casa di Mimiliano d' Istria.



1308. — Momiano è dato al Conte Enrico di Gorizia — o più veramente ricadde a lui.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1343.

III. Idus Novembris. — Avenioni.

Papa Clemente VI incarica il Patriarca di Aquileja Bertrando di S. Genesio, Vescovo di Pola Grazia e Vescovo di Concordia Guido, a prendere in loro tuizione il Vescovo di Trieste Francesco Amerino, contro li spogli e le detenzioni delle sue terre e castella fatte da potenti baroni e da cittadini.

(P. Agostino Theiner, *Vetera Monumenta Slavorum Meridionalium*).

Clemens Episcopus etc. Venerabilibus fratribus *(Bertrando)* Patriarche Aquilegensi et . . . Concordiensi ac *(Gratiae)* Polensi Episcopis, salutem etc. Militanti ecclesie licet immeriti disponente domino presidentes, circa curam ecclesiarum et beneficiorum ecclesiasticorum omnium solercia reddimur indefessa soliciti, ut iuxta debitum pastoralis officii eorum occurramus dispendiis, et profectibus, divina cooperante clemencia, salubriter intendamus. Sane Venerabilis fratris nostri (*Francisci*) Episcopi Tergestini conquestione percepimus, quod nonnulli Archiepiscopi et Episcopi, aliique ecclesiarum prelati et clerici ac ecclesiastice persone tam seculares quam religiose, necnon Duces, Marchiones, Comites, Barones, Nobiles, Milites et laici, Communia Civitatum, Universitates Opidorum, Castrorum, Villarum et aliorum locorum, ac alie singulares persone Civitatum et diocesum et aliarum partium diversarum occuparunt, et occupari fecerunt Castra, Villas et alia loca, terras, domos, possessiones, iura et iurisdictiones, necnon decimas, fructus, census, redditus et proventus et nonnulla alia bona mobilia et immobilia, spiritualia et temporalia, ad mensam suam Episcopalem Tergestinam spectantia, et ea detinent indebite occupata, seu ea detinentibus prestant auxilium, consilium vel favorem, nonnulli etiam Civitatum et diocesum et partium predictarum, qui nomen domini in vacuum recipere non formidant, eidem Episcopo super predictis Castris, Villis et locis aliis, terris, domibus, possessionibus, iuribus et iurisdictionibus, decimis, fructibus, censibus, redditibus et proventibus eorumdem et quibuscumque aliis bonis mobilibus et immobilibus, spiritualibus et temporalibus, ac aliis rebus ad mensam predictam spectantibus multiplices molestias et iniurias inferunt ac iacturas: Quare dictus Episcopus nobis humiliter supplicavit, ut cum eidem valde reddatur difficile pro singulis querelis ad apostolicam sedem habere recursum, providere ipsi super hoc paterna diligencia curaremus. Nos igitur adversus occupatores, presumptores, detentores, molestatores, et iniuriatores huiusmodi illo volentes eidem Episcopo remedio subvenire, per quod ipsorum compescatur temeritas et aliis aditus committendi similia precludatur, fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios, etiam si

siut extra loca, in quibus deputati estis Conservatores et Iudices, prefato Episcopo efficacis defensionis presidio assistentes, non permittatis eundem super hiis et quibuslibet aliis bonis et iuribus ad mensam predictam spectantibus ab eisdem et quibusvis aliis indebite molestari, vel ei gravamina seu dampna aut iniurias irrogari, facturi dicto Episcopo, cum ab eo vel procuratoribus suis aut eorum aliquo fueritis requisiti, de predictis et aliis persouis quibuslibet super restitutione huiusmodi Castrorum, Villarum, Terrarum et aliorum locorum, iurium, iurisdictionum et bonorum immobilium et mobilium, reddituum quoque ac proventuum et aliorum quorumcumque bonorum, necnon de quibuslibet molestiis, iniuriis atque dampnis presentibus et futuris, in illis videlicet, que iudicialem requirunt indaginem, summarie, de plano, sine strepitu et figura iudicii, in aliis vero, prout qualitas eorum exegerit, iusticie complementum, occupatores seu detentores, molestatores, presumptores, et iniuriatores huiusmodi, necnon contradictores quoslibet et rebelles, cuiuscumque dignitatis, status, ordinis vel conditionis extiterint, quandocumque et quocienscumque expedierit, auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, Non obstantibus tam fel. rec. Bonifacii pape VIII. predecessoris nostri, in quibus cavetur, ne aliquis extra suam Civitatem et diocesim nisi in certis exceptis casibus, et in illis ultra unam dietam a fine sue diocesis ad iudicium evocetur, seu ne Iudices et Conservatores a sede deputati predicta extra Civitatem et diocesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere, sive alii vel aliis vices suas committere, aut aliquos ultra unam dietam a fine diocesis eorumdem trahere presumant, dummodo ultra duas dietas aliquis auctoritate presentium non trahatur, Seu quod de aliis, quam de manifestis iniuriis et violenciis ac aliis, que iudicialem indaginem exigunt, penis in eos, si secus egerint, et in hoc procurantes adiectis Conservatores se nullatenus intromittant, quam aliis quibuscumque constitutionibus a predecessoribus nostris Romanis Pontificibus tam de Iudicibus delegatis et Conservatoribus, quam personis ultra certum numerum ad iudicium non vocandis aut aliis editis, que vestre possent in hac parte iurisdictioni aut potestati eiusque libero exercicio quomodolibet obviare, Seu si aliquibus communiter vel divisim a predicta sit sede indultum, quod excommunicari, suspendi vel interdici, seu extra vel ultra certa loca ad iudicium evocari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi et eorum personis, locis, ordinibus et nominibus propriis mentionem, et qualibet alia indulgencia dicte sedis generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam vestre iurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, et de qua cuiusque toto tenore de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Ceterum volumus et apostolica auctoritate decernimus, quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum etiam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico prepeditus, quodque a data presentium sit vobis et unicuique vestrum in premissis omnibus et eorum singulis ceptis et non ceptis, presentibus et futuris perpetuata potestas et iurisdictio attributa, ut eo vigore eaque firmitate possitis in premissis omnibus et eorum singulis ceptis et non ceptis, presentibus et futuris, et pro predictis procedere, ac si predicta omnia et singula coram vobis cepta fuissent, et iurisdictio et cuiuslibet vestrum in predictis omnibus et singulis per citationem vel modum alium perpetuata legitimum extitisset, constitutione predicta super conservatoribus et alia qualibet in contrarium edita non obstantibus. Presentibus post triennium minime valituris. Datum Avinione III. Idus Novembris, Pont. nostri Anno Secundo.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1343.

15 Dicembre. — Udine.

Enrico di Pisino, prigioniero del Patriarca, è messo in libertà sotto promessa di ricondursi alle carceri patriarcali in Udine entro tempo prefisso, ed anche prima qualora scoppiasse guerra tra Patriarca e Contea di Gorizia.

(Atti del Notajo udinese Gubertino da Novate).

Anno MCCCLXIII. Die XV mensis Decembris. Presentibus discretis viris domino Johane de Monticulis de Verona jurisperito, Berneno Fixoy Gastaldo Faganeae, Martino Notario de Aquilegia, et Johane qm. magistri Conradi Notarii de Utino Testibus et aliis.

Hainricus de Pisino Carceratus Reverendi in Christo patris et domini domini Bertrandi Dei gratia Sanctae Sedis Aquilegensis Patriarchae juravit ad Sancta Dei Evangelia in manibus mei Gubertini Notarii infrascripti ut publicae personae recipientis nomine, et vice dicti domini Patriarchae, quod ipse tamquam Carceratus ipsius domini Patriarchae redibit ad carceres dicti domini Patriarchae in Castro Utini die octava ante proximum festum Sancti Georgii, et se die ipsa presentabit in dicto Castro coram eodem domino Patriarcha, vel ejus Vicario, aut alio ad hoc deputando per ipsum dominum Patriarcham, et idem non recedet absque dicti domini Patriarchae speciali licentia, et mandato, et interim non erit, nec veniet modo aliquo directe vel indirecte, publice, vel occulte, per se vel alium seu alios contra dictum dominum Patriarcham, et Aquilegensem Ecclesiam, seu ejus Servitores, et Subditos. Et si sciverit aliqua tractari, vel fieri contra ipsum dominum Patriarcham, et Aquilegensem Ecclesiam, illa si poterit impediet, alioquin ea quamcitius poterit, per se, vel ejus nuncium, aut literas speciales dicto domino Patriarchae intimabit, et si interim guerra inciperet inter dictum dominum Patriarcham, et Aquilegensem Ecclesiam, et Comitatum Goritiae, redibit ad dictos Carceres infra octo dies postquam fuerit guerra hujusmodi incohata. Item quod quandocumque, et quotienscumque dictus dominus Patriarcha ipsum infra predictum terminum requisierit, redibit ad predictos Carceres, et se presentabit dicto domino infra octo dies postquam extiterit requisitus. Item si per aliquem, vel aliquos caperetur non comedet, nisi panem et aquam donec redierit ad carceres supradictos, aut statim persolvet predicto domino Patriarchae Centum Marchas denariorum novorum Aquilegensis monetae nomine penae, que totiens comittatur et possit exigi cum effectu, quotiens premissis, vel alicui premissorum contrafiet; et nichilominus si contra faceret, vel veniret voluit semper et ubique locorum proditor appellari. Pro quibus omnibus, et singulis attendendis, et firmiter observandis obligavit omnia sua bona mobilia, et immobilia presentia, et futura, vocans se ex nunc prout ex tunc si contrafaceret convictum, ac si per laudum, et Sententiam coram ejus vero, et justo dominio rationabiliter convictus esset. Promisit etiam quod usque ad octo dies proxime mitteret predicto domino Patriarchae literam Volvini de Turri de Goritia, per que se pro eodem Hainrico fidejussorem constituet pro premissis omnibus, et singulis attendendis.

Actum Utini in Castro Patriarchali. *Dr. Cumano.*

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1343.

16 Dicembre, Indizione XI.

Giorgio di Duino anche a nome del fratello Rodolfo vende ad Enrico di Strasoldo le Ville di Zugino, Furnella e Prosecco per mille lire di piccoli.

(Atti del Notajo udinese Gubertino da Novate).

Anno MCCCXLIII, Indictione XI, Die XVI Decembris. Presentibus Nobili viro domino Osalcho de Strasoldo, Matheo Notario, et familiare infrascripti domini Patriarchae, Dominico Notario, et familiare domini de Duyno, Johane filio domini Doymi militis de Sancto Vito de Flumine et aliis pluribus Testibus.

Nobilis Vir dominus Georius de Duyno suo, et Redolphi fratris, ac Ugheze consanguinei suorum nomine, precio et foro mille librarum denariorum parvorum, quod totum in presentia Reverendi in Christo patris et domini domini Bertrandi Dei gratia Sanctae Sedis Aquilegensis Patriarchae, et Testium predictorum contentus, et confessus fuit se recepisse, ac integre habuisse a nobili viro domino domino Henrico de Strasoldo dante, et solvente nomine, et vice Johanis filii sui. Renuncians exceptioni non habiti, non recepti, et sibi non dati, et numerati dicti precii tempore hujus contractus, et omni legum, et juris auxilio tam canonico, quam civili, omnique alio suo juri, exceptioni, actioni, defensioni, et rei sibi competentibus, et competituris, quibus contra premissa vel infrascripta se posset modo aliquo defendere vel tueri, per se suosque heredes, ac nomine etiam, et vice dictorum fratris, et consanguinei suorum, et eorum heredum, vendidit, dedit, et tradidit eidem domino Henrico vice, et nomine Johanis filii sui predicti ejusque heredum, ac cui dare voluerit, ementi et recipienti, tres Villas suas, et bona quae in dictis Villis habent, videlicet Villam de Zugino, Villam de Furnella, et Villam Proseci, cum garito, advocatia, fictis, redditibus, piscationibus, acqueductibus, Venationibus, ripaticis, mansis, campis, pratis, silvis, nemoribus, jurisdictionibus, honoribus et juribus quibuscumque, ad ipsos spectantibus in dictis Villis, videlicet proprium pro proprio, et Feudum pro Feudo. — Ad habendum, tenendum, possidendum, dandum, donandum, alienandum, et quicquid eidem Johani suisque heredibus de ipsis Villis, et bonis placuerit perpetuo fàciendum, accessibus, et egressibus suis liberis usque in vias publicas, et cum omnibus, et singulis que habent dictae Villae, et bona cum earum pertinenciis antedictis supra se, intra, vel infra se in integrum, a celo usque in abissum, et cum omni jure, et actione, usu, requisitione, servitute, dominio, honore, comodo, et utilitate sibi ex dictis Villis, et bonis venditis, vel pro ipsis modo quocumque spectantibus, et pertinentibus de jure, vel de facto. Quas quidem Villas, et bona cum omnibus eorum antedictis idem dominus Georius venditor suo, et nomine quo supra, se ipsius emptoris nomine constituit precarie possidere.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1344.

25 Aprile, Indizione XII. Udine.

Enrico di Pisino, prigioniero del Patriarca, è messo in libertà sotto promessa di ricondursi alle carceri patriarcali in Udine entro tempo prefisso, ed anche prima qualora scoppiasse guerra tra Patriarca e Contea di Gorizia.

(Atti del Nodaro udinese Gubertino da Novate).

Anno MCCCXLIIII. Indictione XII. Die XXV mensis Aprilis. Presentibus Nobilibus viris dominis Johane et Gerardo de Cucanea, et Hermano de Carnea militibus, Simone de Castillerio, Guarnerio de Cucanea et Francischuto de Savorgnano Testibus, et aliis.

Constitutus in presentia Reverendi in Christo patris et domini domini Bertrandi Dei gratia Sanctae Sedis Aquilegensis Patriarchae Hainricus de Pisino Carceratus ipsius domini Patriarchae juravit ad Sancta Dei Evangelia quod ipse tamquam Carceratus dicti domini Patriarchae redibit ad carceres dicti domini Patriarchae in Castro Utini in crastinum festi Resurectionis domini Jesu Christi futuri, et se presentabit dicta die in eodem Castro ipsi domino Patriarchae, vel ejus Vicario, aut alio quem ad hoc dictus dominus Patriarchae duxerit deputandum, et idem non recedet absque ipsius domini Patriarchae speciali licentia, et mandato, et interim non erit, nec veniet per se vel alium, seu alios quoquomodo directe, vel indirecte, publice, vel occulte contra dictum dominum Patriarcham, et Aquilegensem Ecclesiam, seu ejus Subditos. Et si sciverit aliqua tractari, vel fieri contra dictum dominum Patriarcham, et Aquilegensem Ecclesiam, illa si poterit impediet, alioquin ea per se, vel ejus nuncium, aut literas speciales intimabit dicto domino Patriarchae. Et si hoc medio tempore guerra inciperet inter dictum dominum Patriarcham, et Aquilegensem Ecclesiam, et Comitatum Goritiae, redibit ad dictos Carceres infra octo dies postquam fuerit guerra hujusmodi incohata. Item quod quandocumque, et quotienscumque dictus dominus Patriarcha ipsum requisierit redibit ad dictos Carceres infra octo dies postquam fuerit ab eodem domino Patriarcha requisitus. Item si per aliquem, vel aliquos caperetur nunquam comedet nisi panem, et aquam donec reducerit ad dictos Carceres domini Patriarchae, aut statim persolvet ipsi domino Patriarchae Centum Marchas nomine penae, que totiens comittatur, et possit exigi cum effectu, quotiens premissis, vel premissorum alicui per eum contrafiet. Et nichilominus si contrafaceret voluit semper, et ubique locorum proditor appellari. Pro quibus omnibus, et singulis attendendis, et firmiter observandis obligavit dicto domino Patriarchae omnia sua bona mobilia, et immobilia presentia, et futura, vocans se ex nunc prout ex tunc convictum de premissis omnibus et singulis si contrafaceret convictum fore, ac si coram ejus justo dominio per laudum et Sententiam rationabiliter convictus foret.

Actum Utini in Palatio Patriarchali.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1344.

14 Maggio, Indizione XII. Cividale.

Arpulino de Noli da Parma Vicario del Patriarca accoglie l' appellazione di Giovanni de Guarini di Padova, già Vicario di Corrado Bojani Podestà di Muggia, contro condanna in danaro pronunciata da que' di Muggia a suo carico.

(Atti del Notajo Candellario Stefano di Cividale).

Anno Domini MCCCXLIV. Indictione XII. Die XIIII Maii.

Actum in Civitate Austria ante domum habitationis domini Arpulini predicti, presentibus Coculo Vignudisse, Johane qm. Varnerii, Marcho Notario, et Martino qm. Aprilis de Civitate Testibus, et aliis.

Coram domino Arpulino de Naulis de Parma decretorum Doctor, tamquam Vicarius domini Patriarchae, et publica persona, constitutus dominus Johanes de Guarinis de Padua Civitatis comorans juris doctor dixit quod ad ejus notitiam pervenerit ipsum fore condempnatum per illos de Mugla in certam quantitatem pecuniae pro eo quod fuerat Vicarius nobilis militis domini Conradi Boyani de Civitate tunc potestatis Muglae, quia non citatus, nec requisitus, et etiam quia habebat ipsum locum Muglae suprascriptum, senciens se gravatum propter hujusmodi causas, et alias, suis loco, et tempore dicendas in hiis scriptis appellavit a dicta condempnatione tamquam iniqua contra omne debitum juris fulminatus, ad Reverendum in Christo patrem dominum dominum Bertrandum Dei gratia Sanctae Sedis Aquilegensis Patriarcham vel ejus Curiam, subiciens se, et jura sua protectioni et defensioni dicti domini Patriarchae, et curiae ipsius etc.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

700

Anno 1344.

4 Luglio, Indizione XII. Trieste.

Francesco qm. Giacomo Giroldi chiede investitura di Calisedo al Vescovo Francesco de Amelia di Trieste.

(Copia autenticata dal Nodaro Capuano nell' Archivio generale di Venezia. Volume *Giroldia*).

Anno Domini Millesimo trecentesimo quadragesimo quarto, Indictione duodecima, die quarto mensis Julii. Actum in Episcopatu Tergestino in Curia ipsius Episcopatus; presentibus Dno. Guariento de Tharsia, Petro de Argento, Joanne dicto Lugnano q. Dni. Tisi, Michaele Floravante, Sardio Brathio, omnibus Civibus, et habitantibus Justin. testibus etc. Accedens ad presentiam providi, et discreti Viri Dni. Joannis de Amelia Vicarii Ven. in Christo Patris et Dni. Dni. de Amelia Dei, et Apostolicae sedis gratia Episcopi Tergestini; Franciscus filius q. Dni. Jacobi de Giroldo petiit humiliter dicto Dno. Vicario stando flexis genibus coram eo, ab ipso tanquam a Vicario predicto investiri debere infra annum, et diem de creatione dicti Dni. Episcopi, de omni pheudo, et iure pheudi, quod ipse Franciscus habet, et quod habuerunt olim Dnus. Jacobus pater eius, et olim Dnus. Andreas de Giroldo eius patruus, et predecessores eor. habuerunt et obtinuerunt ab ipso Episcopatu, et Ecclesia Tergestina, tam in diocesi parentina, quam alibi ubicunque. Qui Dnus. Joannes Vicarius audita petitione, respondit, quod super ipsa deliberare intendebat, et habita deliberatione faciet quicquid poterit, et debebit de iure: salvo iure dicti Dni. Episcopi et Episcopatus Tergesti, de quibus predictus Franciscus rogavit me Notarium, ut conficerem Instrumentum.

Ego *Franciscus de Beto* de Justin. publicus Imp. auct. Not. predictis omnibus interfui, et rogatus scripsi, et roboravi.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1344.

Nonas Julii. — Avenione.

Papa Clemente VI incarica Vescovo di Trieste Francesco Amerino, affinchè faccia che sieno ricevuti due monaci nel Convento di S. Mansueto ed in quello di Leone, fuor delle mura di Tulln in Austria.

(P. Agostino Theiner. *Vetera Monumenta Slavorum Meridionalium*).

Clemens Episcopus etc. Venerabili fratri *(Francisco)* Episcopo Tergestino, salutem etc. Dum ad personam dilecti filii nostri Hugonis tituli sancti Laurencii in Damaso presbiteri Cardinalis paterne dirigimus considerationis intuitum, et attente prospicimus, quod ipse Romanam ecclesiam, cuius honorabile membrum existit, suorum honorat magnitudine meritorum, decens reputamus et debitum, ut eam sibi reperiat favorabilem et benignam, in illis potissime, per que servire desiderantes altissimo eorum in hac parte propositum valeant adimplere. Volentes itaque premissorum intuitu eiusdem Cardinalis honorare personam, et per honorem sibi exhibitum alios in eorum laudabili proposito confovere, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus per te vel alium seu alios duas personas ydoneas cupientes sub regulari habitu virtutum domino famulari, quas idem Cardinalis tibi duxerit nominandas, unam videlicet in sancti Leonis in Canonicum et alteram in sancti Mansueti extra muros Tullenses monasteriis sancti Augustini et sancti Benedicti ordinum in monachum et in fratres auctoritate nostra recipi facias, dummodo aliquod canonicum (impedimentum) non obsistat, et cuilibet earum iuxta consuetudinem monasterii, in quo ipsam recipi contigerit, regularem habitum exhiberi, ac de communibus eiusdem monasterii proventibus sicut uni ex aliis eiusdem monasterii Canonicis et Monachis integre provideri, ipsosque sancta in domino caritate tractari, Non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus monasteriorum, vel quibusvis aliis communiter vel divisim a prefata sit sede indultum, quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur, et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de berbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, et qualibet alia dicte sedis indulgencia generali vel speciali cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis, Contradictores per censuram ecclesiasticam etc. Datum Avinionis Nonis Iulii, Pontificatus nostri Anno Tercio.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1344.

21 Agosto, Indizione XII. Venezia.

Pace tra Veneziani e Conte Alberto di Gorizia, per l' Istria.

(Libro dei Commemoriali IV. II Parte Fol. 357).

In Christi Nomine Amen. Anno Nativitatis eiusdem Millesimo trecentesimo quadragesimo quarto; Indictione duodecima; Die Vigesimo primo mensis Augusti; Venetiis in Ecclesia sanctae Trinitatis fratrum de Allemanis, et ante Altare maius ipsius Ecclesiae praesentibus Reverendis Viris Dominis fratre Jacobo Badoario Ordinis Praedicatorum, subpriore Conventus sanctorum Joannis, et Pauli de Venetiis, fratre Joanne de Exlinga Ordinis sanctae Trinitatis de Allemanis, et Nobilibus, Viris Dominis Raynerio Milite, et Pincerna de Ostrobiz, Federico Purgravio de Lenz Milite, Gayslerio de Stein Milite, Hermacora della Turre, Joanne Forovilano, Joanne Fuscareno sancti Antolini de Venetiis, Joanne Mauroceno sancti Paterniani de Venetiis, Nicolino de Fraganesco Ducatus Venetiarum scriba, et aliis testibus, ad haec vocatis, et rogatis.

Licet sugestio humani generis inimici, offensas incitet, discordias provocet, et guerrarum inducit discrimina, tamen commendabile iudicatur, si remedium discretionis provide apponitur, per quod sopiantur iniuriae, removeantur scandala, et cuiuslibet erroris materia praecidatur, ut provisione laudabili periculis obvietur, quae iurgiorum, fomes producere consuevit.

Sane quidem Illustri, et Magnifico Domino Domino Andrea Dandulo Dei gratia, Venetiarum, Dalmatiae, atque Croatiae Inclito Duce, Domino quartae partis, et dimidiae totius Imperii Romaniae, et Communi Venetiarum, ob multas offensiones, iniurias, derobationes, et damna illatas, et illata, in diversis partibus, Terris, et locis Provintiae Istriae suis fidelibus, et subiectis, in eorum personis, rebus, et bonis, per egregium Virum Dominum Albertum Goritiae, et Tirolis Comitem, seu per servitores, aut subditos eius, contra Dominum Albertum praedictum Comitem, eiusque Terras, et loca, legitime, et rationabiliter provocatis.

Et propterea inter praedictum Dominum Ducem, et Commune Venetiarum, ex una parte, et dictum Dominum Albertum Comitem, ex altera, hostiliter, et armata manu in dicta Provincia Istriae, guerra incaepta, tandem praefatus Dominus Albertus Comes, reminiscens antiquae devotionis progenitorum suorum, quam semper gesserunt ad Ducale Dominium, et de benignitate dicti Domini Ducis confidentiam sumens, personaliter Venetias accessit, ipsius Domini Ducis, et Communis Venetiarum reconciliationem, et bonam voluntatem amabiliter postulando.

Itaque post aliquas collationes, et tractatus hincinde habitos, interveniente bonorum omnium largitor, Nobilis Vir Dominus Andreas Michael de Ducali mandato Comes Arbensis, Sindicus, et procurator praefati Domini Ducis, et Communis Venetiarum, nomine ipsorum, et omnium Terrarum, locorum, et subditorum suorum, et pro eis, ut de ipsius Sindicatu constat Instrumento publico, bulla pendente Ducali plumbea bullato, et scripto per Nicolaum de Allemanis Notarium auctoritate Imperiali, et scribam Ducalis Aulae sub dictis Millesimo, Indictione, et die.

Et Idem Dominus Albertus Comes suo nomine, et suorum haeredum, et successorum, et nomine omnium Terrarum, locorum, servitorum et subditorum suorum, et pro eis ad infrascriptas

conventiones, promissiones, et pacta, unanimiter, et concorditer devenerunt, interpretantibus verba sua de lingua Theutonica, in latinam, cum nesciret latinum dictus Dominus Albertus Comes, fratre Guillielmo de Cuccho Episcopatus Colloniae, fratre Domus sanctae Trinitatis de Allemanis, fratre Conrado de Bolzano Ordinis Praedicatorum Conventus sanctorum Joannis, et Pauli de Venetiis, et Laurentio de Lanz scriba Domini Henrici comitis Goritiae.

In primis convenerunt, promiserunt, et firmaverunt bonam, veram, firmam, et perpetuam pacem inter dictum Dominum Ducem, et Commune Venetiarum, et ipsum Dominum Albertum Comitem pro se, haeredibus, et successoribus, et hominibus antedictis.

Item convenerunt et inter se vicissim promiserunt, quod Castra, muri, et fortilitiae Terrarum, seu locorum Tervisii, et Mimiglani, prosternantur, et ruinentur in totum, et quod de caetero nullo unquam tempore, nec sub aliquo praetextu, vel colore in dictis Terris, vel locis, aut aliquo eorum, seu aliqua alia parte. Terra, vel loco inter Vallem, vel a Valle citra, non possint reffici, nec de novo fieri aliqua fortilitia, nec Castrum alicuius condictionis ullo modo, vel ingenio, remanentibus tamen possessionibus, et terris dictorum locorum, et Terrarum Mimiglani, et Tervisii, sub Dominio, et protectione dicti Domini Alberti Comitis, sicut erant ante praesentem guerram.

Item convenerunt, et inter se vicissim promiserunt, quod homines Montonae, et alii fideles, subditi dicti Domini non graventur, nunc vel de caetero, vel Territoriis, sed permittantur, ipsis gaudere pacifice, et quiete, et si occasione confinium, vel Territorium inter dictos de Montona, sive alios subditos, et fideles dicti Domini Ducis, et dictum Dominum Albertum Comitem. seu aliquos fideles, et subditos suos nunc, aut aliquo tempore, quaestio, aut differentia fuerit, sive fideles, et subditi Ducales praefati petant, sive ab eis petatur, debeat ipse Dominus Dux esse Judex, et diffinitor quaestionum, et differentiarum ipsarum, mittendo, vel committendo cui, ubi, et sicut sibi placuerit, ad examinandum factum, ad recipiendum, et ad habendum informationem de Juribus partium, et veritatem quaestionis, seu differentiae, quae occurreret, per testes, et Instrumenta, et omni alio modo, qui videbitur dicto Domino Duci, et ista percepta, et habita, Idem Dominus Dux eam examinet, et in facto sententiet, ordinet, terminet, mandet, et deffiniat, sicut sibi videbitur, fore iustum, tam sententiam, ordinationem, terminationem, mandatum, et deffinitionem facere possit, postquam recaeperit, et habuerit informationem praedictam, summarie, et de plano, et sine strepitu, et figura Judicii, et ubi, quando, et sicut sibi placuerit; huius sententiae, ordinationi, terminationi, mandato, et deffinitionis partes ipse, et quaelibet ipsarum parere debeant, et eam effectualiter observare, et executioni mandare, nec ob ea possint reclamare, nec petere, quod reducatur ad arbitrium boni Viri, et omni penitus oppositione, et contraditione, cessantibus.

Item convenerunt, et inter se vicissim promiserunt, quod Terra Antignanae, quae capta fuit in presenti guerra, et est in Dominio, et potestate dicti Domini Ducis, eidem Domino Alberto Comiti, libere restituatur, ita tamen, quod ante restitutionem, ipsius muri, et fortilitiae dictae Terrae prosternantur, et ruinentur in totum, nec possint de caetero ullo unquam tempore, nec sub aliquo praetextu, vel colore dicti muri, aut fortilitiae reffici, nec ad dictam Terram ibi, vel alibi, aliqui muri, vel fortilitiae fieri aliquo modo, vel ingenio; remanentibus possessionibus, et Terris Antignanae sub dominio, et protectione dicti Domini Comitis Alberti, sicut erant ante praesentem guerram.

Item convenerunt, et inter se vicissim promiserunt, quod Dominus Biachinus de Castiono, et filii, qui Ducali Dominio adheserunt in guerra praesenti, includantur cum suis servitoribus, et subditis, bonis, aut locis, in Pace praesenti. Et quod dictus Dominus Albertus Comes contra eos non attentabit, nec fieri permittet per se, aut suos servitores, vel subditos, nec per Terras, vel loca sua ullam iniuriam, molestiam, offensionem, vel damnum, nec aliquam novitatem, sed eos cum suis locis, et bonis permittat gaudere benefficio huius Pacis. Salvis tamen Juribus cuiuslibet partium, praeterquam ratione adhesionis praedictae, quae una pars ab altera ordinarie, et Juridice sine aliqua oppressione, vel molestia, prosequi, et petere possit.

Item convenerunt, et inter se vicissim promiserunt, quod dictus Dominus Albertus Comes non recipiet; nec recipi faciet, nec permittet in aliqua suarum Terrarum, vel Locorum, aliquos, qui venirent ad damnificandum Terras, vel subditos dicti Domini Ducis, nec eis dabit auxilium, consilium, vel favorem, sed eis potius contradicet, et se opponet cum omnibus suis servitoribus, et subditis, Terris, et locis, et intendet toto posse ad damnum, et offensionem eorum, et nihilominus statim, sicut de adventu eorum, notitiam habuerit, hoc scribet solicite ipsi Domino Duci, et Rectoribus Istriae, pro ipso Domino Duce per litteras, et Nuncios spetiales, et si pro resistendo eis foret neccessarium eidem Domino Alberto Comiti auxilium dicti Domini Ducis, vel subditorum suorum, aut propter resistentiam, damnum reciperet in suis Terris, vel locis, Dominus Dux praefatus ad reprimendum eos in partibus Istriae dicto Domino Alberto Comiti dabit suum auxilium, et favorem, sicut dicto Domino Duci videbitur convenire.

Item convenerunt, et inter se vicissim promiserunt, quod si aliquo tempore. Idem Dominus Dux, et Commune Venetiarum habuerit in partibus Istriae ullam discordiam, vel guerram cum aliqua terra, Domino, vel communi, vel aliqua persona, quod dictus Dominus Albertus Comes non possit, nec debeat per se, aut per servitores, subditos, et fideles suos, seu per suas Terras, et loca, ullo modo, vel ingenio, colore, pretextu, vel causa, illi Terrae, Domino, vel Communi, vel personae, cum quo, vel qua Commune Venetiarum haberet dictam discordiam, vel guerram, seu alicui adherenti dictae terrae, Domino, vel Communi, vel personae, fovere, nec praebere personaliter, vel realiter, publice, vel occulte, aliquod auxilium, consilium, vel favorem. Si vero alibi extra Provinciam Istriae dictus Dominus Dux, et Commune Venetiarum discordiam, vel guerram haberet; Idem Dominus Albertus Comes teneatur notificare dicto Domino Duci, si eum voluerit ad stipendium, et servitium suum, et in casu quo Dominus Dux vellet ipsum Dominum Albertum Comitem ad stipendium, et servitium suum, teneatur idem Dominus Albertus Comes venire ad stipendium, et servitium suum, nec possit in dicto casu, illi, cum quo Commune Venetiarum haberet Guerram, servire, nec ei dare auxilium, vel favorem publice, vel occulte. Si vero dictus Dominus Dux dictum Dominum Albertum Comitem nolet ad stipendium et servitium suum, tunc idem Dominus Albertus Comes per viam stipendii possit, illi, cum quo Commune Venetiarum haberet Guerram, servire, sicut de sua fuerit voluntate.

Item convenerunt, et inter se vicissim promiserunt, quod Pisanter Anzel de Postoina, Gallus, et Gallucius de Postoina, qui fuerunt notabiliter culpabiles derobationum factarum Ducalibus subditis in partibus Istriae, et alii, qui fuerunt principaliter culpabiles derobationis praedicte, non includantur in pace praesenti, et quod dictus Dominus Albertus Comes eos, nec eorum aliquem, stando declarationi hominum ipsorum, soli assertioni litterarum Ducalium, non debeat retinere, nec recaeptari facere, vel permittere in aliqua suarum Terrarum, vel locorum, donec erunt in contumacia dicti Domini Ducis, et Communis Venetiarum, nec eis, vel alicui eorum prestare, contra commune Venetiarum, vel eius subditos, aliquod auxilium, consilium, vel favorem.

Item convenerunt, et inter se vicissim promiserunt, quod omnes carcerati in Guerra, seu occasione Guerrae praesentis ubicunque, et apud quoscunque sint, et quomodocunque capti fuerint hinc inde, libere rellaxentur.

Praefatus Dominus Andreas Michael Comes Arbensis sindicus antedictus nomine dicti Domini Ducis, et Communis Venetiarum, de solita benignitate dicti Communis, remittit dicto Domino Alberto Comiti, et suis fidelibus, et subiectis, omnes derobationes per eos illatas, Ducalibus subditis, et in eorum bonis, et rebus quomodocunque, et qualitercunque ante praesentem Guerram.

Et e converso idem Dominus Albertus Comes remittit eidem Domino Duci, et suis fidelibus, et subiectis, omnes derobationes per eos illatas, subditis dicti Domini Alberti Comitis, sive in eorum bonis, et rebus quomodocunque, et qualitercunque ante praesentem Guerram.

Item convenerunt, et inter se vicissim promiserunt, quod omnes offensiones, et derobationes facte in praesenti Guerra hincinde, libere remittantur; ita tamen, quod si aliquae derobationes factae forent, Ducalibus subditis tempore Treuguae, quod Idem Dominus Albertus Comes derobationes huiusmodi plene satisfacere teneatur, stando, credendo, et parendo, tam de robaria, si facta fuerit, vel non, dicto tempore Treuguae, quam de quantitate, et valore ipsius, prius facta de hoc diligenti inquisitione, et examinatione per dictum Dominum Ducem, soli assertioni litterarum dicti Domini Ducis, et simili modo, si derobationes factae forent per Ducales subditos, fidelibus dicti Domini Alberti Comitis tempore Treuguae, quod Commune Venetiarum, derobationes huiusmodi satisfacere teneatur; ita tamen, quod de dictis derobationibus, quae factae dicerentur, tempore Treuguae, fidelibus dicti Domini Alberti Comitis, esse debeat dictus Dominus Dux examinator, et Judex.

Quae universaliter universa, et singulariter singula. Idem Dominus Andreas Michael Comes Arbensis vice, et nomine quo supra. Et dictus Dominus Albertus Goritiae et Tirolis Comes pro se, haeredibus, et successoribus suis sibi ad invicem per solemnem stipulationem promiserunt, iuxta tenores, et formas superius anotatas, attendere, et observare facere, et adimplere in singulis Capitulis suprascriptis, et non contrafacere, vel venire aliqua occasione vel Jure sub poenna, et in poenna Marcharum argenti quinque millia, totiens committenda, et per partem observantem praedicta, effectualiter exigenda quotiens contra ipsa, vel ipsorum aliquod per aliquam ipsorum partium, fuerit contrafactum, vel ventum, ipsaque poenna semel, vel pluries commissa, exacta, vel non, nihilominus omnia, et singula supradicta in sua permaneant firmitate semper, sub incursione pennae praedictae, et sub obligatione omnium, et singulorum bonorum praesentium, et futurorum dicti Domini Ducis, et Communis Venetiarum, et dicti Domini Alberti Comitis, haeredum, et successorum suorum. Quae bona, obligationes Jure quaelibet dictarum partium pro altera constituit praecario nomine possidere, pro observatione omnium, et singulorum praedictorum.

Et ultra hoc dictus Dominus Andreas Michael Sindicus memoratus, habens ad hoc speciale mandatum, in animas dicti Domini Ducis, et Communis Venetiarum, et dictus Dominus Albertus Comes, corporaliter tactis sacrosanctis scripturis super altare Ecclesiae supradictae positis, iuraverunt ad sancta Dei Evangelia praedicta omnia, et singula, et infrascripta pro ut ad eos spectant, ipsosque respiciunt rata, et firma habere, et tenere, et non contrafacere, vel venire de Jure, vel de facto; sed effectualiter, prout ad eosdem pertinet, adimplere.

Demum Idem Sindicus nomine, quo supra, et Dominus Albertus comes praefatus sibi vice mutuo, renunciaverunt exceptioni doli mali, et in factum, conditioni sine causa, vel ex iniusta causa, benefficio restitutionis in integrum, et exceptioni non factarum, Pacis, concordiae, stipulationum, conventionum, pactorum, promisionum, obligationum, praedictorum, et suprascriptorum quoruncunque, et omni alio Juris Canonici, et Civilis, et consuetudinarii, et cuiuscunque alterius auxilio, quod alicui dictarum partium possit contra aliam, adversus praedicta, vel aliquod praedictorum quomodolibet suffragari.

Et mandaverunt praefati Dominus Andreas Michael Comes Arbensis Sindicus, quo supra, et Dominus Albertus Goritiae, et Tirolis Comes quamplura de praedictis fieri Instrumenta consoni tenoris, per Nicolaum de Alemanis Notarium Imperiali auctoritate, et Judicem ordinarium, ac Ducatus Venetiarum Scribam, et per me Guillielmum filium quondam Ugolini de Nascimpace de Imola Imperiali auctoritate Notarium.

Et ad maiorem evidentiam, et firmitatem omnium praedictorum, Serenissimus Dominus Dominus Dux iussit praesens Instrumentum sua bulla pendente, plumbea communiri.

Et similiter Dominus Albertus praefatus, Comes, praesens Instrumentum, sui sigilli pendentis munimine roboravit.

Ego *Guillielmus* filius quondam *Ugolini de Nascimpace* de Imola Imperiali auctoritate Notarius hiis omnibus interfui, et de mandato dictorum Dominorum rogatus scribere scripsi.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1344.

28 Settembre. — Aquileja.

Patriarca Bertrando cita Arpolino qm. Missotti da Muggia a comparire in causa appellatoria.

(Atti del Notajo udinese Gubertino da Novate).

Sanctae Sedis Aquilegensis Dei gratia Patriarcha Bertrandus dilecto nobis Arpolyno qm. Missoti de Mugla Salutem et gratiam nostram. Quia cognoscere intendimus de causa appellationis ad nos, et Sedem nostram Aquilegensem, per magistrum Salvinum Cirogicum nunc commorantem in nostra Civitate Austria, seu ejus procuratorem interpositae a quadam Sententia lata contra eum in tui favorem per Symonem de Castillerio Potestatem nostrum Muglae, in questione vertente inter ipsum magistrum Salvinum, seu dictum ejus procuratorem ex parte una, et te, seu procuratorem tuum ex altera, occasione duarum Vinearum, seu possessionum sitarum in districtu dictae terrae Muglae, Te presentium tenore citamus, requirimus et monemus, quatenus die martis proxime futuri in Civitate nostra Aquilegia compareas legittime coram nobis processurus in dicta appellationis causa, Facturus, et recepturus quod ordo dictaverit rationis. Alioquin in causa ipsa quantum suadebit justicia cedemus, tua contumacia non obstante.

Has autem litteras ad cautellam fecimus registrari, de quarum presentatione Instromento publico ipsarum seriem continenti, dabimus plenam fidem.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1344.

28 Settembre. — Udine.

Ugone di Duino promette di costituirsi dinanzi al Patriarca Bertrando entro la ottava di Natale, ed entro quattro giorni ogniqualvolta fosse chiamato a presentarsi.

(Atti del Notajo udinese Gubertino da Novate).

Anno MCCCXLIV, XXVIII mensis Septembris, presentibus discreto Viro domino Ulrico plebano Sancti Johanis de Carsis, Nobilibus Viris Aluysio filio domini Carlevarii de Laturre, et Hermano Capitaneo Duyni, Testibus ad haec vocatis, et rogatis.

Constitutus in presentia Reverendi in Christo patris, et domini, domini Bertrandi Dei gratia Sanctae Sedis Aquilegensis Patriarchae nobilis vir dominus Hugo qm. domini Hugeze de Duyno, promisit dicto domino Patriarchae per fidem suam nomine juramenti, quod in octava Festi Nativitatis Domini proxime futurae personaliter se presentabit eidem domino Patriarchae ubicumque fuerit, et ab eo non recedet absque ipsius speciali licentia, et mandato. Et nichilominus quandocumque, et quotienscumque dictus dominus Patriarcha ipsum duxerit requirendum, veniet personaliter ad eumdem dominum Patriarcham infra quatuor dies postquam ab eo supra hoc extiterit requisitus, et ab eo non recedet absque ipsius domini Patriarchae licentia et consensu. Aut si premissa hujusmodi non servaret, et non adimpleret modis, formis, et in terminis supradictis, promisit, et stetit dare et solvere dicto domino Patriarchae Mille Marchas argenteas nomine penae, quae totiens commitatur et possit exigi cum effectu quotiens per ipsum dominum Hugonem premissis, vel premissorum alicui deficeret. Pro quibus omnibus, et singulis attendendis, et firmiter observandis, obligavit eidem domino Patriarchae omnia sua bona mobilia, et immobilia presentia et futura, de quibus Mille Marchis dictus dominus Hugo ex nunc prout ex tunc vocavit se convictum si contrafaceret, vel non servaret promissa, ac si per laudum, et Sententiam coram ejus justo dominio rationabiliter convictus foret. Et nichilominus voluit semper, et ubique locorum proditor appellari si predictis vel alicui predictorum contrafaceret, vel veniret.

Actum Utini in Palatio Patriarchali.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1344.

16 Dicembre. — Aquileja.

Fermapace e Bridono suo figlio, Steno e Facina di Muggia promettono sotto garanzia di non allontanarsi dal Friuli senza speciale licenza del Patriarca Bertrando.

(Atti del Nodaro udinese Gubertino da Novate).

Die XVI mensis Decembris. Presentibus Venerabilibus Viris dominis Constantino de Savorgnano preposito Ecclesiae Sancti Stephani Aquilegensis, Gambino de Cremona Canonico Aquilegensi, Nobilibus Viris dominis Henrico de Strasoldo, Symone de Castillerio, Guilielmo de Picossis, Johane de Beton Aquilegensi Testibus, et aliis.

Constituti in presentia Reverendi in Christo patris et domini domini Betrandi Dei gratia Sanctae Sedis Aquilegensis Patriarchae Firmapax, et Bridonus ejus filius, ac Stenus et Facina omnes de Mugla juraverunt ad Sancta Dei Evangelia, et promiserunt dicto domino Patriarchae quod non recedent de Forojulio absque mandato, et speciali licentia ipsius domini Patriarchae, et quod venient ad eumdem dominum Patriarcham quandocumque, et quotienscumque eos supra hoc duxerit requirendos, et hoc sub pena Mille librarum Veronensium parvorum pro quolibet, quam quidem penam solvere promiserunt ipsi domino Patriarchae si premissis contrafacerent, vel non servarent ea. Pro quibus omnibus attendendis, et firmiter observandis, Albinus, Arteneus, Andreas del Mauro, Maphius Cavaza, Franciscus Ade, et Claudus de Mugla dictorum Firmapacis, Bridoni, Steni, et Facinae se fidejussores constituerunt obligantes tam dicti principales, quam fidejussores ad hoc dicto domino Patriarchae omnia sua bona mobilia, et immobilia presentia et futura, et vocantes se ex nunc convictos etc. et fieri debemus hoc Instrumentum cum omni melioramento.

Actum Aquilegiae sub domo Comunis Aquilegiae.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1345.

2 Gennaro, Indizione XIII.

Patriarca d' Aquileja Bertrando consegna a Nicolussio di Andriotti e Maffeo Cassino di Udine, Ugone di Duino suo prigioniero.

(Atti del Notajo udinese Gubertino da Novate).

Anno Domini MCCCXLV. Indictione XIII. Die II Januarii presentibus Nobilibus Viris dominis Ossalco de Strasoldo, Simone de Castillerio, Asquino de Varmo Testibus, et aliis.

Reverendus in Christo pater, et dominus dominus Bertrandus Dei gratia Sanctae Sedis Aquilegensis Patriarcha consignavit nobilem virum Hugonem qm. domini Hugezae de Duyno Carceratum, in Custodia Nicolussio de Andriotis de Castro Utini, et Manpheo Cassino de Utino utrum in pena Capitum suorum debeant in Carceribus custodire, et conservare ad petitionem ipsius domini Patriarchae ipsi domini Nicolusius et Manpheus eumdem Hugonem in ipsorum custodia receperunt, obligantes dicto domino Patriarchae vitam et bona eorum pro dicti Hugonis custodia, et conservatione ita quod si eidem abire permitterent quoquo modo sine licentia dicti domini Patriarchae perdere debeant personas, et bona ipsorum.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1345.

3 Gennaro, Indizione XIII. Udine.

Ugone di Duino prigioniero di Patriarca Bertrando promette presentarsi in giorno precisato dinnanzi a lui.

(Atti del Cancelliere e Notajo Patriarcale di Udine Gubertino da Novate).

Anno Domini MCCCXLV. Indictione XIII. Die tertio mensis Januarii, presentibus domino Johane de Argentino Custode Ecclesiae Brixinensis, nobilibus Viris dominis Johane, et Gerardo militibus, et Simone de Cucanea, Henrico de Strasoldo, Biaquino de Prata, et Simone de Castillerio, ac Simonuto de Valvasone Testibus et aliis.

Constitutus in presentia Reverendi in Christo patris, et domini domini Bertrandi Dei gratia Sanctae Sedis Aquilegensis Patriarchae nobilis vir dominus Hugo qm. domini Hugezae de Duyno Carceratus ejusdem domini Patriarchae promisit data fide nomine juramenti, quod in Festo Sancti Michaelis proxime futuro personaliter se presentabit eidem domino Patriarchae ubicumque fuerit dicta die, et ab eo non recedet absque speciali licentia, et mandato ipsius domini Patriarchae. Et nichilominus quandocumque et quotienscumque dictus dominus Patriarcha ipsum duxerit requirendum, veniet personaliter ad eumdem dominum Patriarcham infra octo dies, postquam ab eo super hoc extiterit requisitus, et ab ipso non recedet absque ejusdem domini Patriarchae licentia, et mandato. Aut si premissa hujusmodi non servaret, et non adimpleret in modis, formis, et in terminis supradictis, promisit, et stetit dare et solvere dicto domino Patriarchae duo Millia Marcharum denariorum novorum Aquilegensis monetae nomine penae, quae totiens comittatur et possit exigi cum effectu, quotiens per ipsum dominum Hugonem premissis, vel premissorum alicui contrafacet pro quibus omnibus, et singulis attendendis, et firmiter observandis obligavit eidem domino Patriarchae omnia sua bona mobilia, et immobilia presentia, et futura, de quibus duobus millia Marchis dictus dominus Hugo ex nunc pro ut ex tunc vocavit se convictum, si contrafaceret, vel non servaret premissa ac si per laudum, Sententiam coram ejus justo domino rationabiliter convictus foret. Et nichilominus voluit semper et ubique locorum proditor appellari, si predictis, vel alicui predictorum contrafaceret, vel veniret.

Actum Utini in Palatio Patriarchali.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1345.

22 Gennaro, Indizione XIII. Capodistria.

Il Nicolò Malatesta qm. Riccardo fiorentino, feneratore, facendo pel padre suo, restituisce per decreto del Vescovo di Capodistria a Basino dei Basini lo strumento di mutuo in soddisfazione delle prave usure estorte.

(Dall' Archivio Notarile di Udine).

Anno Domini Millesimo trecentesimo quadragesimo quinto, Indictione terciadecima. Actum in Episcopatu Justinopolis in Sala minori ipsius Episcopatus, die vigesimo secundo mensis Jannuarii. Presentibus Domino presbitero Marco de Molino Archidiacono Justinopolis, Petro de Argento Notario testibus et aliis.

Coram Reverendo in Christo patre, et Domino Domino Marco Dei et Apostolicae Sedis Gratia Episcopo, Basinus filius qm. Venturini de Basino, sponte fuit confessus, et contentus habuisse, et recepisse a Nicolao qm. Ricardi dicti Malatesta de Florentia olim habitatoris Justinopolis, comissario nomine qm. dicti Ricardi, ac procuratorio nomine de Zambonel de Florentia, nec non Dominae Biliae Sororis qm. dicti Ricardi similiter comissariorum qm. predicti Ricardi Instrumentum scriptum per Petrum de Argento Notarium, ut constat de hujusmodi procura scripta manu mei infrascripti Notarii, pro integra solutione, et satisfactione totius ejus, quod olim dictus Ricardus per se, vel ejus procuratorem, sive factorem ab uno, vel alio suo nomine habuisse, et extorsisse tam nomine usurariae pravitatis, quam aliqua alia illicita occasione ultra sortem, quacumque ratione, et causa tacita, vel expressa, et quocumque alio modo, forma, et jure quibus cum olim dicto Ricardo posse tam cum cartis legentibus, in olim dictum Ricardum, vel aliquam aliam interpositam personam ejus nomine, quam sine cartis, ac qualibet alia ratione usque ad diem Obitus olim predicti Ricardi. Imponens prefatis Comissariis, et heredibus Ricardi finem remissionem, quietationem, et scilencium perpetuale de amplius unquam, ullo modo non molestando. Et ullo casu, ullo tempore, aliquid petere posse seu aliquam questionem eis inferre, ex nunc, prout ex tunc, ad totum sibi non pepercit omnibus viis, modis, et juribus, quibus melius potuit. Quam vero confessionem, et omnia, et singula ipsus Basinus per se, suosque heredes, ac successores promisit habere ratam, et firmam, et non contrafacere, vel venire alio modo aliquo sive causa, sub pena dupli totius ejus, quod de predictis peteret, vel questionem inferret una Episcopatui et alteri parti .... qua soluta vel non nihilominus omnia predicta sint firma: et cui quidem ipse Dominus Episcopus suam interposuit auctoritatem et judiciale Decretum.

Presbiter Rantulphus de Otach Pub. Imp. Auct. Not. et Scriba predicti Domini Episcopi omnibus interfui.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

70

Anno 1345.

20 Novembre. — Udine.

Patriarca d' Aquileja Bertrando conferma a Cristoforo qm. Simone di Buje i feudi che teneva dalla Chiesa di Aquileja.

(Atti del Notajo udinese Gubertino da Novate).

Anno MCCCXLV. Die XX mensis Novembris. Presentibus discretis viris Philippino de Padua comorante in Bulliis, Merlo et Ottone de Bulliis etiam ad hoc vocatis.

Constitutus coram Reverendo in Christo patre, et domino domino Bertrando Dei gratia Sanctae Sedis Aquilegensis Patriarcha, Johanes filius Stephani de Bulliis Avunculus Christophori pupili filii qm. Simonis de Bulliis humiliter supplicavit eidem domino Patriarchae, ut cum predictus Simon ab anno citra diem clauserit extremum, dignaretur ipse dominus Patriarcha eumdem Johanem nomine dicti Christophori Investire de Feudis, quae praedictus qm. Symon, et sui progenitores habuerunt, et tenuerunt ab Ecclesia Aquilegiensi. Qui dominus Patriarcha suis Supplicationibus inclinatus, per se, suosque Successores, et nomine Aquilegiensis Ecclesiae dictum Johanem recipientem nomine predicti Christophori, ac ejus heredum de omnibus suis feudis justis, antiquis, et legalibus eo jure quo dictus qm. Simon, et sui progenitores illa antiquitus habebant, et tenebant ab Ecclesia memorata, presentialiter Investivit, Salvo jure Aquilegiensis Ecclesiae, et omnium personarum. Quibus peractis, memoratus Johanes nomine prefati pupili nepotis sui prestitit dicto domino Patriarchae, et Aquilegiensi Ecclesiae fidelitatis debitae juramentum quod Vassallus domino suo prestare in talibus consuevit.

Actum Utini in Palatio Patriarchali.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1345.

24 Novembre. — Udine.

Patriarca d' Aquileja Bertrando commette la custodia della Torre di Muggia, tenuta prima da Fermapace, ad Albino ed a Testa da Muggia.

(Atti del Notajo udinese Gubertino da Novate).

Anno MCCCXLV. Die XXIV Novembris. Presentibus Nobilibus Viris dominis Friderico de Savorgnano, Gerardo de Cucanea, Hermano de Ca militibus, et Vecelino de Justinopoli Testibus, et aliis.

Reverendus in Christo pater et dominus dominus Bertrandus Patriarcha Aquilegiensis Custodiam Turris Aquilegiensis Ecclesiae sitae in Mugla, quam alias tenebat Firmapax de Mugla ab eadem Ecclesia commisit Albino, et Testae de Mugla usque ad proximum Festum Sancti Thomae, mandans eisdem quod faciant in dicto Festo potestas, et Comune mittant ad eum quatuor de bonis hominibus de Mugla cum pleno mandato ad recipiendum ab ipso domino Patriarcha custodiam dictae turris.

Actum Utini in Palatio Patriarchali.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1345.

24 Novembre, Indizione XIII. Udine.

Patriarca d' Aquileja Bertrando riconferma per sei mesi Nicolò Vitturi in Podestà di Muggia.

(Atti del Nodaro udinese Gubertino da Novate).

Sanctae Sedis Aquilegiensis Dei gratia Nos Patriarcha Bertrandus notum fore volumus universis, quod accedentes ad presentiam nostram dilecti nobis Testa, et Albinus de Mugla Ambaxatores dilectorum fidelium nostrorum Judicum, Consilii, et populi terrae nostrae Muglae, nobis ex parte ipsorum fidelium nostrorum humiliter Supplicarunt, ut eis eligendi Potestatem in dicta terra nostra a Festo Nativitatis proxime futuro, usque ad sex menses tunc immediate sequentes licentiam concedere dignaremur, Nos vero ipsorum Supplicationibus inclinati licentiam hujusmodi eisdem duximus concedendam, qui quidem Ambaxatores habita deliberatione solempni nomine ipsorum fidelium nostrorum, nobilem Virum Nicolaum Victuri de Venetiis nunc potestatem terrae nostrae predictae pro aliis sex mensibus inchoandis in Festo Nativitatis Domini proxime futuro in potestatem ejusdem terrae elegerunt. Quibus peractis Nos de strenuitate, et circumspecta prudentia Nicolai predicti diucius nobis nota, et laudabiliter approbata, specialem in Domino fiduciam obtinentes electionem hujusmodi de ipso Nicolao factam ratam, et gratam habentes illam, ac eumdem Nicolaum in potestatem nostrum predictae terrae nostrae Muglae pro sex mensibus supradictis tenore presentium confirmamus. In cujus rei testimonium presentes fieri jussimus nostri Sigilli impressione munitas.

Datum Utini in nostro Patriarchali Palatio die XXIV mensis Novembris. Anno Nativitatis Dominicae Millesimo trecentesimo quadragesimo quinto, Indictione XIII.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1345.

24 Novembre, Indizione XIII. Udine.

Patriarca d'Aquileja Bertrando conferma in Podestà di Muggia Nicolò Vitturi da Venezia.

(Atti del Notajo udinese Gubertino da Novate).

Sanctae Sedis Aquilegiensis Dei gratia Nos Patriarcha Bertrandus notum fore volumus Universis, quod accedentes ad presentiam nostram dilecti Nobis Testa, et Albinum de Mugla Ambaxiatores dilectorum fidelium nostrorum Judicum, Consilii, et populi terrae nostrae Muglae, nobis ex parte ipsorum fidelium nostrorum humiliter supplicarunt, ut cum ipsi fideles nostri, nobilem virum Nicolaum Victuri de Venetiis elegerint in Potestatem dictae terrae a Festo Nativitatis Domini proximo futuro usque ad sex menses tunc immediate sequentes, electionem hujusmodi confirmare benignus dignaremur, Nos vero dictorum fidelium nostrorum Supplicationibus inclinati de strenuitate et circumspecta prudentia Nicolai predicti diucius nobis nota, et laudabiliter approbata specialem in domino fiduciam obtinentes, electionem hujusmodi de ipso Nicolao factam per dictos fideles nostros, ac eum in potestatem predictae terrae nostrae Muglae pro sex mensibus supradictis tenore presentium confirmamus. In cujus rei testimonium presentes fieri jussimus nostri Sigilli impressione munitas.

Datum Utini in nostro Patriarchali Palatio die XXIV mensis Novembris. Anno Dominicae Nativitatis MCCCXLV, Indictione XIII.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

713

Anno 1346.

8 Giugno. — Aquileja.

Il Comune di Pirano restituisce a Giovanni Soldonieri 1500 lire di piccoli veneti avuti in prestanza.

(Archivio Notarile di Udine. — Atti del Notajo Francesco di Aquileja).

Anno MCCCXLVI die VIII mensis Junii actum Aquilegie sub lobia Comunis presentibus Johannino Bethoni, Jacobo Tusco et aliis testibus. Johannes filius D. Soldonerii q. D. Biliotti de Soldoneriis de Florentia Utini habitantis sub anno Domini et indictione predictis die sexto mensis Maii fuit confessus, contentus et manifestus se habuisse et integre recepisse ibidem manualiter data et sibi soluta a Francischino q. Bonsignoris Ser Lapi de Pirano tamquam Nuncius Potestatis, Judicum Officialium Consilii et Comunis ac singularium personarum et hominum Terre Pirani, libras Mille quingentas parvorum venetorum dante et solvente vice et nomine predicte Comunis et singularium personarum dicte Terre Pirani pro parte solutionis .....

(*Manca il fine di questo istrumento*)

Soldonieri famiglia di banchieri fiorentini che in questi tempi figura in molti atti, aveva domicilio a Udine in Aquileja ed a Gemona.

Dr. Vincenzo Joppi.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1347.

13 Gennaro, Indizione XV. Udine.

Nomina di Stefano qm. Virgilio da Cividale a Marchese d' Istria.

(Atti del Notajo udinese Gubertino da Novate).

Sanctae Sedis Aquilegensis Dei gratia Patriarcha Bertrandus ac Istriae, et Carniolae Marchio, Dilectis fidelibus nostris Universis, et singulis Marchionatui nostro Istriae subiectis Salutem, et omne bonum. Populorum comodis tunc recte prospicitur, cum eorum regimini Rectores idonei proponuntur, per quorum industriam salubriter gubernentur, et ipsorum Status de bono in melius prosperetur. Cupientes itaque ut vos, qui nobis et Aquilegensi Ecclesiae estis mero, et mixto Imperio subjecti per talem gubernemini, et regemini cum solicitudine, et prudentia in Statu tranquillo, et pacifico conservari possitis regimen, et gubernationem Marchionatus nostri Istriae cum omnibus juribus, jurisdictionibus, redditibus, et proventibus ejusdem Marchionatus nostri debitis et consuetis, provido Viro Stephano qm. Virgilii de Civitate Austria, de cujus fidelitate, et industria plenam in domino fiduciam obtinemus, a Festo Sancti Georgii proxime venturo, usque ad unum Annum tunc immediate sequentem integrum, et completum tenore presentium duximus concedendum, ipsumque vobis, et terris nostris Istriae in Marchionem preficimus, et rectorem. Quocirca fidelitatem vestram requirimus, et hortamus, vobis et vestrum cuilibet precipiendo mandantes, quatenus eidem Stephano tamquam Marchioni nostro, vel ejus vicesgerenti, durante dicto Anno in hiis que ad dicti Marchionatus spectant offitium, respondeatis, et fideliter pareatis, alioquin penas quas rite tulerit in rebelles ratas habemus atque gratas, et faciemus eas auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Datum Utini in nostro Patriarchali Palatio die XIII mensis Januarii Anno dominice Nativitatis MCCCXLVII, Indictione XV.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1347.

28 Gennaro, Indizione XV. Udine.

Patriarca Bertrando investe i Sabini di Valmorosa e di altri feudi.

(Atti del Notajo udinese Gubertino da Novate).

Anno Domini MCCCXLVII, Indictione XV, die XXVIII mensis Januarii, presentibus Venerando viro domino fratre Giberto Abbate Monasterii Rosacensis, Constantino de Savorgnano preposito Ecclesiae Sancti Stephani Aquilegie, et nobili milite domino Friderico de Savorgnano, prudenti viro domino Jacobo de Cauto de Florentia jurisperito, et magistro Pasino Notario de Ferraria Utini comorante Testibus, et aliis.

Constitutus in presentia Reverendi in Christo patris et domini domini Bertrandi Dei gratia Sanctae Sedis Aquilegensis Patriarchae, Johanes qm. Vecellini de Sabinis de Justinopoli humiliter supplicavit eidem, ut cum dictus qm. pater suus ab anno citra diem clauserit extremum, et idem dominus Patriarcha heres testamentarius remanserit pro Aquilegense Ecclesia qm. Nobilis viri domini Johanis de Rivarota defuncti sine legitimis heredibus ex se descendentibus, dignaretur ipse dominus Patriarcha eundem Johanem de Sabinis tamquam majorem domus suae pro se, ac Hugolino et Sclavolino ejus fratribus, ac filiis dicti qm. Vecellini investire de omni feudo, et jure feudi, quod dictus qm. Vecellinus, et sui progenitores habuerant a dicto qm. domino Johane de Rivarota et progenitoribus suis de domo ipsa, nec non de omni feudo quod olim Johanes qm. Hengalpreti de Sabinis consanguineus dicti qm. Vecellini, et sui progenitores habuerant a dictis domino Johane de Rivarota, et progenitoribus suis, et precipue in Villa de Valmorasa Justinopolitanae Dioecesis, quod feudum dicti qm. Johanis de Sabinis defuncti liberis heredibus non extantibus ad eumdem qm. Vecellinum tamquam paternale feudum fore dicebatur debite devolutum. Item et de quibuscumque feudis ad ipsum Johanem suo nomine, et dictorum fratrum suorum ..... de quibus de jure investiri debet — a domo de Rivarota — seu ab Ecclesia Aquilegensi succedente dicto qm. domino Johani de Rivarota in bonis suis, dictus vero dominus Patriarcha reputans ejusdem Johanis qm. Vecellini petitionem fore consonam rationi per se suosque successores, et nomine Aquilegensis Ecclesiae et tamquam heres testamentarius prefati qm. domini Johanis de Rivarota ipsum Johanem pro se, ac ejus fratribus antedictis, eorumque heredibus recipientem de omnibus feudibus supradictis eo jure quo prefacti qm. Vecellinus, et Johanes ejus consanguineis, ac eorum progenitores illa habuerunt a predicto qm. domino Johane de Rivarota per fimbriam suae Guarnachiae presentialiter investivit, salvo jure Aquilegensis Ecclesiae, et omnium personarum. Quibus peractis idem Johanes suo, et predictorum fratrum suorum nomine prestitit dicto domino Patriarchae, et Aquilegensi Ecclesiae fidelitatis debite juramentum quod Vassallus domino suo prestare in talibus consuevit.

Actum Utini in Palatio Patriarchali.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

716

Anno 1347.

II. Idus Marcii. — Avinione.

Papa Clemente VI scrive lettera a Lodovico della Torre da lui nominato in Vescovo di Trieste, fatto ordinare dal Vescovo di Preneste.

(P. Agostino Theiner, *Vetera Monumenta Slavorum Meridionalium*).

Clemens Episcopus etc. Venerabili fratri Ludovico Episcopo Tergestino, salutem etc. Pridem ecclesia Tergestina solatio destituta pastoris, nos ad personam tuam claris virtutum titulis insignitam nostre mentis aciem dirigentes, te de fratrum nostrorum consilio eidem ecclesie in Episcopum prefecimus et pastorem, curam et administrationem ipsius tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committentes, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Cum autem, postmodum per Venerabilem fratrem nostrum Petrum Episcopum Penestrinum tibi fecerimus munus consecrationis impendi, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus apostolice sedis beneplacitis te conformans, ad predictam ecclesiam cum nostre benedictionis gratia te personaliter conferens, sic te in administratione ipsius diligenter et solicite gerere studeas, ut utilis administratoris industrie non immerito gaudeat se commissam, ac fame laudabilis tue odor ex tuis probabilibus actibus latius diffundatur, et preter retributionis eterne premium, nostre benivolencie graciam et favorem exinde uberius consequaris. Datum Avinione II. Idus Marcii, Pontificatus nostri Anno Quinto.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1347.

18 Aprile, Indizione XV. Trieste.

Francesco Giroldi chiede a Vescovo Lodovico della Torre di Trieste, investita feudale di Calisedo.

(Da copia autentica del Nodaro Capuano nell' Archivio generale veneto. Volume *Giroldia*).

Anno Domini Millesimo trecentesimo quadragesimo septimo, Indictione quintadecima, die Mercurii decimo octavo Mensis Aprilis. Actum Tergesti; presentibus Dnis. Vitali de Argento, Presbitero Simone de Munariis Canonico Ecclesiae Tergestinae, Lazaro Rubeo, Nicolao de Vedano, Civibus Tergesti; Petro de Carlo, Bernardo de Merigogna, Hengalpero de Vida, Henrico de Silla Civibus Justin. testibus ad haec vocatis, et aliis; Ibique constitutus in presentia Ven. Viri Dni. Gasperini Glature sacriste Sancti Stefani de Bugella Vercellen. Dioc. Rdi. in Christo Patris, et Dni. Dni. Ludovici Dei, et Apostolicae sedis gratia Episcopi Tergestini Vicarii Generalis, Franciscus q. Dni. Jacobi de Giroldo de Justin. coram ipso Dno. Vicario se presentavit, tam ob decessum bonae memoriae Dni. Francisci Episcopi Tergestini, quam etiam propter creationem prefati Dni. Ludovici nunc Episcopi Tergestini petens cum debita instantia ab ipso Dno. Vicario debere investiri de iure suo, quod habet in Castro Caliseti, et de omni alio pheudo, et iure pheudi, quod habet in diocesi Parentina, quae ipse, et sui antecessores habuerunt in pheudum ab Episcopatu, et Ecclesia Tergestina, offerens se paratum totum id eidem Dno. Vicario predicti Dni. Episcopi recipienti, quod de iure facere tenetur; Protestans etiam dictus Franciscus, quod absentiam dicti Dni. Episcopi eidem non sit in aliquod preiudicium in predictis. Et si prefatus Dnus. Vicarius nomine dicti Dni. Episcopi ipsum aliqua occasione investire recusaverit, cum paratus sit, ut predictum est, et se offerat a predicta Dno. Vicario nomine dicti Dni. Episcopi dictam Investitionem recepere, Jura sua ostendere suo loco, et tempore, et omnia facere, quae de iure, et consuetudine ut Vassallus Dno. tenetur, et debet; de quibus omnibus rogavit me Notarium.

Ego *Beltramus de Tharsia* de Justin. publicus Imp. auct. Notarius omnibus suprascriptis, interfui etc.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1347.

5 Agosto. — Udine.

Patriarca d' Aquileja Bertrando investe Almerico Dettemaro e fratelli da Pirano, dei feudi che avevano dalla Chiesa d' Aquileja.

(Da Minuta di Nodaro Patriarcale).

Die V mensis August. presentibus Nobilibus viris Dominis Henrico de Prampergo Nicolao de Lafratina militibus, Odorico quondam Domini Artici de Prampergo et aliis.

Constitutus in presentia Reverendi in Christo Patris et Domini Domini Bertrandi Dei gratia S. Sedis Aquilegensis Patriarche, Almericus Not. filius quondam Ser Adalgerii de Dethemarii de Pirano Vassallus Ecclesie Aquilegensis suo nomine et Odorici et Dethemarii fratrum suorum, et procurator et procuratorio nomine Ser Johannis filii quondam Domini Almerici Dethemarii de Pirano ad infrascripta et alia specialiter constitutus ut de procuratione hujusmodi constat publico Instrumento signato anno et indictione presentibus, die IV mens. Jul. manu Catorini Cacciani de Pirano Imperiali auctorit. Notar. a me Not. infrascripto viso et lecto, humiliter supplicavit eidem Domino Patriarche ut cum dictus quondam Ser Adelgerius pater ejus, qui erat major domus sue, ab anno circiter viam sit universe carnis ingressus, dignaretur ipsum Almericum suo, et nominibus quibus supra investire de feudis que predictus et Pater, et Johannes et sui progenitores antiquitus habuerunt et tenuerunt ab Ecclesia supradicta.

Qui D. Patriarcha ejus precibus inclinatus credens et sperans quod predicti Fratres et Johannes fideles erunt sibi et Ecclesie memorate, per se suosque successores et nomine dicte Aquilegensis Ecclesie, dictum Almericum suo et nominibus quibus supra recipientem, de omnibus feudis suis antiquis justis rectis et legalibus, eo jure quo sui progenitores illa antiquitus habuerunt et tenuerunt ab Ecclesia Aquilegensi per fimbriam sue guarnachie presentialiter investivit. Salvo jure Aquilegensis Ecclesie et omnium personarum. Dictus vero Almericus suo et nominibus quibus supra statim, prestitit ipsi Domino Patriarche et Aquilegensis Ecclesie fidelitatis debite juramentum quod Vassalus Domino suo prestare in talibus consuevit.

Quibus peractis Dominus Patriarcha predictus mandavit eidem Almerico, ut sub debito prestiti juramenti, infra mensem proximum julii in scriptis tradat feuda omnia subscripta.

Dat. Utini in palatio Patriarchali.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

719

Anno 1347.

29 Settembre, Indizione XV. Trieste.

Francesco Giroldi chiede investitura del feudo di Calisedo al Vescovo Lodovico di Trieste; è rimesso a produrre i documenti.

(Da copia autenticata dal Nodaro Capuano nell' Archivio generale di Venezia. Volume *Giroldia*).

Anno Domini Millesimo trecentesimo quadragesimo septimo, Indictione quintadecima, die vigesimonono mensis Septembris; coram Ven. Viro Dno. Castellano de la Ture Canonico Sancti Stefani de Bugella Vercellen. Diocesis Rdi. Patris, et Dni. Ludovici Dei, et Apostolicae Sedis gratia Episcopi Tergestini, generali Vicario, et procuratore, ut constat publico Instrumento scripto manu Rifini Busii de Stoarie publici Imp. auct. Notarii, sub dictis anno, et Indictione, die duodecimo mensis Januarii, a me Notario infrascripto viso, et lecto; comparuit discretus Vir Franciscus q. D. Jacobi de Giroldo de Justin. petens cum reverentia debita se ab ipso Dno. Vicario, et Procuratore Investiri de omnibus et singulis pheudis, et iure pheudor. quae ipse Franciscus, et sui predecessores habuerunt, et tenuerunt, et tenent ab Episcopatu et Ecclesia Tergestina. Qui Dnus. Castellanus Vicarius, et Procurator antedictus, petitioni dicti Francisci respondit, quod volebat videre iura quor. vigore poterat investiri; Quibus visis faceret quod de iure deberet. Cui Dno. Vicario, dictus Dnus. Franciscus respondit, quod ad presens non habebat iura pro manibus, sed ea sibi ostenderet ad terminum prefigendum eidem. Cum Francisco idem Dnus. Vicarius, et Procurator ad ostendendum iura sua usque ad unum mensem proximum terminum assignavit. Actum Tergesti in maiori Camera Episcopali, presentibus discretis Viris Dnis. Andrea de Geremia, Varino de Brebissa, Hieremia Baiardo, et aliis testibus.

Ego *Franciscus* q. Jacobi de Vedano pub. Aplicae. et Imp. auct. Not. et nunc Not. et officialis Episcopalis Curiae Tergestinae predictis omnibus interfui etc.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

720

Anno 1348.

7 Febbraio. — Pola.

Preghiera a Gesù Cristo nostro Signore per la conservazione della Città regale di Pola.

(Da pietra scritta).

Christe. Praecibus et meritis Apostoli et Martyris protectoris et custodis regalis Polae Civitatis. Sancti Thomae, cujus verbis undiis (?) et jaculis tui dedisti nominis semina cognicionis, urbis hujus sis protector custos verus et redemptor Status qr. pacis augmentator. Scandalorum sis excusor invidiaeque suffocator et inimicorum sis fusor. Andream hujus Comitem Civitatis et tutorem Maurocena prole nobilem. Conserva Christe emergentem statum famam et honorem juris nomen et tranquillam qui induciis illesionis jussor fuit hujus arcis tue nativitatis currentibus tricentis bis vigesimis octavis annis, februarii et septimo. Consules et populum universum et Dominium Civitatis hujus cunctum serva ..... Amen.

Nel 1348 Pola era già in signoria dei Veneziani, datasi nel 1331. Questa preghiera fatta nel dì 7 Febbraro cade in tempo di agitazioni civili, di gravissime pesti, di guerre e scorrerie di Croati ad ordine di Re Lodovico che in quest'anno al 5 di Agosto segnava la pace coi Veneziani. Sembra parlarsi di tregue fatte coi Croati, di preservazione del castello di Pola. Non è inverosimile che il Conte d'Istria vi avesse mano. Nel Settembre di quell'anno, grassando la peste, ad instigazione (vuolsi) del Conte, il popolo di Capodistria, arrestava il Podestà veneto, sfregiava il vessillo di S. Marco ed alzava il proprio; di che ebbero duro castigo. In quei trambusti arse il palazzo pubblico.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1348.

XIII. Kal. Marcii. — Avinione.

Papa Clemente VI eccita li Comuni di Trieste e di Venezia a lasciare libera la giurisdizione temporale dei Vescovi di Trieste su Montecavo ed Umago.

(P. Agostino Theiner, *Vetera Monumenta Slavorum Meridionalium*).

Clemens Episcopus etc. Dilectis filiis Regiminibus, Consilio et Communi Civitatis Tergestine, salutem etc. Venerabilis fratris nostri Ludovici Episcopi Tergestini habet expositio facta, quod licet Civitas Tergestina et Castrum Mothoni Tergestine diocesis ecclesie Tergestine spiritualiter et temporaliter sint subiecta, et ad eam pertineant pleno iure: vos tamen Civitatis et Castri predictorum dominium, necnon decimas et alia iura in eis ad eandem ecclesiam pertinentia contra iusticiam occupatis, et detinetis indebite occupata in grave Epi. et ecclesie predictorum preiudicium et gravamen. Quocirca Universitatem vestram attente rogamus, quatinus attendentes, quod hec, si vera sint, vestrum, quem in eis inreverenter offenditis, provocare possent contra vos graviter creatorem, dominium Civitatis, necnon decimas et alia iura huiusmodi eisdem Episcopo et ecclesie pro nostra et apostolice sedis reverencia, ac vestre quoque consideracione salutis libere ac sine impedimento quolibet dimittatis, ita quod devotionem vestram dignis graciarum actionibus prosequamur. Datum Avinione XIII. Kal Marcii, Pontificatus nostri Anno Sexto.

Clemens Episcopus etc. Dilecto filio Andree Dandulo Duci Veneciarum, salutem etc. Cum, sicut Venerabilis fratris nostri Ludovici Episcopi Tergestini assertione percepimus, Castrum Humagii Tergestine diocesis, quod dilecti filii Commune Veneciarum detinere dicuntur, ad ecclesiam Tergestinam pertineat pleno iure: Nobilitatem tuam attente rogamus, quatinus, si est ita, penes dictos Commune et alias, prout fuerit oportunum, pro ipsius Castri restitutione prefatis Episcopo et ecclesie facienda sic favoris tui partes pro nostra et apostolice sedis reverentia efficaciter interponas, quod iura sua illibata predicte serventer ecclesie, ac nos devotionem tuam dignis graciarum actionibus prosequamur. Datum Avinione XIII. Kal. Marcii, Pontificatus nostri Anno Sexto.

Papa Clemente nel raccomandare al Comune di Trieste la restituzione del dominio di Montecavo, ed al Comune di Venezia la restituzione di Umago ai Vescovi di Trieste, lascia la verità a suo luogo. Nè Moccò nè Umago, vennero mai restituiti in dominio dei Vescovi.

Nel minutario Pontificio sta scritto Mothoni, dovrebbe essere scritto *Mochoui*. *K.*

Tipografia del Lloyd Austriaco

Anno 1348.

27 Giugno, Indizione I. Trieste.

Testamento di Agnese figlia di Ossalco della nobile Casa di Momiano: indicazione di confraterne in Trieste.

(Archivio diplomatico di Trieste. Atti V. D. Vol. XVI).

In nomine Dei Eterni Amen. Anno ejusdem Millesimo Tricentesimo Quadrigesimo Octavo, Indict. prima, die vigesimoseptimo mensis Junii. Actum Tergesti in Contrata Riburgi in loia publica ante domum habitationis S. Otoboni de Juliano, presentibus Ser Paulo Burlo, Andrea qm. Bertucii Rosso, Justo qm. Boreulli de Bonifacio, Petro de Gorizan, Synougolo de Auremo et Juano Adene qm. Michaele de Postoyna omnibus predictis Civibus et hab. Tergesti testibus, et aliis. Cum homo nesciat finem suum et tamen sue mortis eventum unusquisque prorsus ignorat, idcirco Agnes olim filia quomdam Nobilis Militis Domini Ossalchi de Mimigliano sana corpore et mente sua integroque consilio timens ne de hac vita ab intestato decederet, et ne sua bona indisposita remanerent, et cupiens de bonis et rebus suis sicut in hoc mundo pertinent facere dispositionem, et sic etiam ejus anime providere, hoc presens suum ultimum nuncupativum testamentum in hoc modo facere procuravit, sic dicens. Primo namque dimisit suo penitenciali Domino presbytero Griffe Rubeo sex Grossos pro anima sua. Item dimisit Dno. presbitero Dominico filio Magistri Hendrigucii, pilliparii soldos parvor. viginti pro anima sua. Item dimisit Fraternitati sue Sancti Spus (*Spiritus*) in Ecclesia Majori tergestina soldos viginti parvorum pro anima sua. Item dimisit Fraternitati sue Sancti Dominici in dicta Majori Ecclesia tergestina soldos decem parvorum pro anima sua; item dimisit Fraternitati sue Sancti Francisci de Tergesto soldos decem parvorum pro anima sua. Item dimisit Operi Majoris Ecclesie Tergestine Ecclesiae et Campanilis dicte Ecclesie unum modium calcine pro anima sua. Item voluit et ordinavit vendi debere per suos comissarios infrascriptos unam suam domum sitam in Civitate Tergesti in Contrata Riburgi coherentem a parte anteriore vie publice Comunis, a parte posteriore domui Dne. Alvarote uxoris qm. Ser Ugucionis de Capitibus Nigris de Padua mediante quadam androna, et domui Bertoni filii qm. Magistri Lazari de Francullo muratoris; et de denariis ex ipsa domo acceptis voluit atque dimisit dari, primo: Domine Marte ejus matri uxori Ser Carli de Goricia libras vigintiquinque parvorum pro sua dilectione; item dari fratri suo Johanni dicto Janes filio dicti Ser Carli libras vigintiquinque parvorum pro sua dilectione. Item similiter fratri sua Worico presenti libras vigintiquinque parvorum pro sua dilectione, Et si aliquid supraabundaret de denariis predictis ex eadem domo acceptis, voluit ipsos denarios deveniri debere in suos heredes infrascriptos. Reliqua vero omnia

alia sua bona mobilia et fixa sibi in hoc mundo modo quocumque pertinencia, que in hoc suo ultimo testamento scripta et nominata non sunt dimisit nominatis fratribus suis Johanni et Worico coit (*comuniter*) eguali porcione inter eos, pro sua dilectione et jure institutionis; quos suos heredes instituit et fecit et constituit in suos fideycomissarios Woricum ejus fratrem predictum et Magistrum Hendricucium pilliparium Civem et habitatorem Tergesti. Et sic voluit, confirmavit et ratificavit esse suum ultimum testamentum et suam ultimam voluntatem. Quod si jure testamenti valere non possit, voluit saltem quod valeat et valere possit Jure codicillorum, vel donationis causa mortis, aut nuncupativi actus ultime voluntatis, aut omni alio modo, via, forma, jure et causa quibus melius et firmius valere potest et tenere.

Manu Francisci Bitini, et est vicedominat.

Dr. Cumano.

Questa dama era indubbiamente della nobile Casa di Mimiliano o Momiano dell'Istria, la quale aveva amplissime possessioni nell'Istria, nella Karsia e nel Friuli, vassalla dei Conti della Casa di Gorizia. La Agnese sembra tenesse domicilio in Trieste, dacchè la si dice ascritta a tre confraterne, dello Spirito Santo, e di S. Domenico al Duomo, di S. Francesco fuor delle mura; in Trieste aveva casa di abitazione nel Rione di Riborgo, nel quale v'erano molte casate di nobili. L'Agnese del testamento presente era figlia di quell'Ossalco, che figura in Carta del 1343, alla quale abbiamo aggiunto lo stemma della famiglia favorito dalla gentilezza del Dr. Antonio Joppi di Udine. Aguese era figlia dell'Ossalco di quella Carta e di Marta di ignoto Casato, passata in secondi voti con certo Carlo goriziano dal quale aveva avuto figlio di nome Giovanni, ma che dicevano Janes; suo legatario ed erede in comunione con Volrico fratello da parte di padre e madre della testatrice, nel quale durava la famiglia.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1349.

III. Kalend. Aprilis. — Avenione.

Papa Clemente VI nomina in Vescovo di Trieste il Decano di Creta Antonio de Negri.

(P. Agostino Theiner, *Vetera Monumenta Slavorum Meridionalium*).

Clemens Episcopus etc. Dilecto filio Antonio Electo Trigestino, salutem etc. Credite nobis dispensationis urgemur officio etc. Nuper siquidem Trigestina ecclesia pro eo vacante, quod nos Venerabilem fratrem nostrum Ludovicum Olenensem, tunc Trigestinum, Episcopum a vinculo, quo eidem ecclesie, cui tunc preerat, tenebatur, de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, ipsum tunc apud sedem apostolicam constitutum ad Olenensem ecclesiam tunc vacantem duximus transferendum, preficiendo eum ipsi Olenensi ecclesie in Episcopum et pastorem, Nos attendentes, quod nullus preter nos hac vice de ipsius ecclesie Trigestine provisione se intromittere potuit neque potest, pro eo quod nos diu ante huiusmodi vacationem ipsius Trigestine ecclesie provisiones omnium ecclesiarum Cathedralium tunc apud dictam sedem vacantium, et vacatarum inantea apud eam ordinationi et dispositioni nostre specialiter reservantes, decrevimus ex tunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari, et ad provisionem ipsius ecclesie Trigestine prosperam et felicem, ne prolixe vacationis detrimenta sentiret, paternis et solicitis studiis intendentes, post deliberationem, quam ad preficiendum ipsi ecclesie Trigestine personam utilem et etiam fructuosam, que sciret, vellet et posset eam preservare a noxiis et adversis, ac in suis manutenere iuribus et etiam adaugere, cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te Decanum ecclesie Cretensis, in sacerdotio constitutum, litterarum sciencia preditum, vite ac morum honestate decorum, in spiritualibus providum et in temporalibus circumspectum, ac aliis virtutum meritis, prout testimoniis fidedignis accepimus, insignitum, convertimus oculos nostre mentis: quibus omnibus debita meditatione pensatis, de persona tua, nobis et eisdem fratribus consideratione premissorum accepta, prefate Trigestine ecclesie de fratrum ipsorum consilio auctoritate apostolica providemus, teque illi preficimus in Epum. et pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesie Trigestine tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, firma ducti fiducia, quod tuos actus et opera illius, a quo Universorum carismatum dona proveniunt, clemencia dirigente, prefata Trigestina ecclesia per tuam curiosam solerciam tuumque ministerium studiosum regatur utiliter et prospere dirigetur. Iugum igitur dominicum humeris tuis impositum suscipiens reverenter et suavi eius oneri humiliter colla

submittens, ipsius Trigestine ecclesie solicitam curam geras, gregem dominicum in illa tue vigilancie creditum doctrina verbi et operis informando, ita quod eadem Trigestina ecclesia gubernatori circumspecto et fructuoso administratori gaudeat se commissam, ac bone fame tue odor ex laudabilibus tuis actibus latius diffundatur, tuque proinde preter retributionis eterne premium nostre benedictionis augmentum, ac sedis apostolice gratiam uberius consequi merearis. Datum Avinione III. Kalend. Aprilis, Pontificatus nostri Anno Septimo.

In e. m. Dilectis filiis Capitulo ecclesie Trigestine, Clero et populo Civitatis et diocesis Trigestine, universis Vassallis ecclesie Trigestine, et Venerabili fratri (*Bertrando*) Patriarche Aquilegensi.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1349.

IV. Nonas Maii. — Avinione.

Papa Clemente VI nomina in Vescovo di Capodistria Francesco Querini.

(P. Agostino Theiner, *Vetera Monumenta Slavorum Meridionalium*).

Clemens Episcopus etc. Venerabili fratri Francisco Episcopo Iustinopolitano, salutem etc. Pridem Iustinopolitana ecclesia solacio destituta pastoris, Nos ad personam tuam claris virtutum titulis insignitam nostre mentis aciem dirigentes, te de fratrum nostrorum consilio ecclesie in Episcopum prefecimus et pastorem, curam et administrationem ipsius tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committentes, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Cum autem postmodum per Venerabilem fratrem nostrum Bernardum Episcopum Hostiensem tibi fecerimus munus consecrationis impendi, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus apostolice sedis beneplacitis te conformans ad predictam ecclesiam Iustinopolitanam cum nostre benedictionis gratia te personaliter conferens, sic te in administratione ipsius diligenter et solicite gerere studeas, ut utilis administratoris industrie non immerito gaudeat se commissam, ac fame laudabilis tue odor ex tuis probabilibus actibus latius diffundatur, et preter retributionis eterne premium nostre benevolencie graciam et favorem exinde uberius conseguaris. Datum Avinione IV. Nonas Maii, Pontificatus nostri Anno Septimo.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1349.

3 Giugno, Indizione II. Udine.

Patriarca d' Aquileja Bertrando cita al suo tribunale un prete che con raggiri voleva farsi nominare Pievano di Crenovitz nella Diocesi di Trieste.

(Gubertino da Novate Not. Bib. Com. di Udine).

Sancte Sedis Aquilegensis Dei gratia Patriarca Bertrandus dilecto nobis in Christo Presbitero Bernardo q. Ruperti de Laybaco salutem in Domino. Querelam dilecti in Christo Presb. Michaelis Canonici Eccl. S. Marie de Castro Mugle asserentis se Plebanum Plebis S. Martini de Crenovitz Dioc. Tergestine recepimus continentem quod cum dictam plebem sibi dudum collatam per Vicarium Episcopi Tergestini et in cuius possessione aliquamdiu fuerat et erat pacifica et quieta impetrasti a Nobis surrecticie et tacita veritate asserens quod tanto tempore vacaverat et tunc vacabat per obitum Presb. Henrici olim ipsius plebis Plebani, que per negligentiam illius seu illorum ad quem vel ad quos ejus collacio pertinebat ad nos et Sedem nostram Aquilegensem foret ipsius collacio et provisio iure metropolitico devoluta ipsumque dicta ejus possessione privasti in eius preiudicium non modicum et iacturam, propter quod nobis humiliter supplicavit ut ei super hoc dignaremur de opportuno iuris remedio providere. Nos vero cupientes unicuique postulatam iniustitiam exhibere, Te presentium tenore citamus, requirimus et monemus, quatenus decima die a presentatione tibi fienda presentium non feriata aliter proxima die iuridica tunc sequenti quam tibi per duobus edictis et uno perentorio ac monitione canonica assignamus compareas Utini legittime coram nobis seu nostro Vicario generali memorato Presb. Michaeli supra premissis in iustitia responsuros, facturus et recepturus quid ordo dictaverit rationis, alioquin tua contumacia non obstante contra te et in causa predicta quantum suadebit iustitia procedemus. Has autem litteras ad cautelam fecimus registrari, de quarum presentatione relacioni latoris earum nostri in hac parte iurati nuncii dabimus plenam fidem.

Data Utini in nostro patriarchali Palatio die 3 M. Junii Anno Dom. Nat. MCCCXLIX. Indictione II.

Dr. Vincenzo Joppi.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1349.

24 Dicembre, Indizione II. Trieste.

Francesco del fu Giacomo Giroldi chiede a Vescovo Antonio Negri di Trieste l' investitura di Calisedo; il Vescovo ricusa.

(Da autentica del Nodaro Capuano nell' Archivio generale di Venezia. Volume *Giroldia*).

Anno Domini Millesimo trecentesimo quadragesimo nono, Indictione secunda, die XXIIII Decemb. Actum Tergesti in Episcopatu Tergest. presentibus Presbytero Pet. Alberto Albertino de Pergamo, Augustino de Tofanio ..... et aliis. Franciscus F. q. D. Jacobi de Giroldis de Justin. accedens ad presentiam Rdi. in Christo Patris, et Dni. Dni. Anthonii, Dei, et Apostolicae sedis gratia Episcopi Tergest. petivit ab ipso Episcopo, ac ipsum ter flexis genibus requisivit quatenus sibi placeret, et velet ipsum Franciscum investire de iuribus feudi Caseledi, et generaliter de omnibus feudis, quae ipsi Franciscus habet et tenet ab Ecclesia Tergestina, secundum quod sui Precessores investiverunt ipsum temporibus retroactis, semper ostendendo eidem suprascripto D. Episcopo Instrumento investitionum factar. per suos predecessores, et iura quae habet in dictis feudis, noluit investire, et ipsum investire recusavit. Quapropter dictus Franciscus sentiens se gravatum tali recusatione, viva, et alta voce protestando in presenti praedicti Dni. Episcopi coram suprascriptis tts., et me Not. infrascripto, protestantus est q. ipsum D. Episcopum, quod suprascripta recusatio suprascripti D. Episcopi; et illud quo ipsi D. Episcopus, ipsum Franciscum de feudo predicto Castri Calixedi et alior. feudor. suor. quae tenet ab Ecclesia Tergestina noluit investire, secundum quod sui Precessores investiverunt ipsum Franciscum, in nullum preiudicium redundaret, vel redundare posset in fut..... coram vel ipso, vel alio eius successore, cum potius predicta recusatio esset de facto quam de iure. Quam protestationem orectenus facta, predictus Franciscus rogavit me Nicolaum de Basilio publicum Notarium coram suprascriptis testibus, ut in publicam formam reducerem, ac de ipsa publicum sibi conficerem Instrumentum.

Ego *Nicolaus de Basilio* Notarius etc.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

727

Anno 1350.

Trieste.

Dichiarazione quali sieno i Provinciali o Paesani di Trieste.

(Dal Libro originale delli Statuti del 1350 nell' Archivio diplomatico di Trieste).

Ordinamus quod paysani Civitatis Tergesti sunt et intelligentur esse a terra Pirani et a Civitate Aquilegie ac etiam a Waldis citra versus Tergestum, computatis etiam in hiis Civitas Aquilegie et dicta terra Pirani. Insuper ordinamus quod Dominium Tergesti facere debeat dictis paysanis scilicet habitantibus a supradictis confinibus citra, consimilem rationem quam ipsi paysani faciunt seu facerent Civibus Tergesti. Et si aliqua persona habitans a dictis confinibus citra pecierit coram Dominio Tergesti ab aliqua persona aliquam rem, et talis persona rea probare voluerit aliquid cum Sacramento ipsius personae petentis vel aliquod capitulum, tunc talis persona agens personaliter, venire debeat Tergestum et coram Dominio Tergesti jurare super petitis et capitulis productis per partem adversam.

Libro III, Rubrica 31.

Additum et correctum est sive declaratum, quod Walti intelligantur a Castro Novo, a Castro P̄mi, a Castro Postoyne, a Castro Vipachi, usque ad Lisontium citra versus Tergestum. Et si quis in dictos confines fecerit aliquam robariam ut in dicto Statuti continetur, puniatur pena et penis contenta et contentis in dicto Statuto.

Addizione 81.

Da molti documenti è chiaro che Trieste faceva parte di provincia, la quale comprendeva quanto era la Carsia, più tardi la troviamo accomunata alla Contea d'Istria, il che durò fino al cominciare del Principato di Ferdinando I fratello di Carlo V. Trieste aveva supremazia, sedendo fra i nobili, in quella forma che aveva la Contea di Gorizia. L' alta giudicatura penale esercitavasi da Trieste su tutta la Carsia.

I paesani dello Stato sono i provinciali. I Waldis, di cui anche in diploma del secolo precedente, sono i boschi che corrono diritti o correvano da Senosechia a S. Pietro per l' alto dell' Auremo o Vremschiza. *K.*

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1350.

Trieste.

Il Comune di Trieste riduce a metà l'importo delle Carte di debito rilasciate ai Feneratori Fiorentini, e per due anni dilunga la escussione dei loro crediti.

(Dal Libro Originale delli Statuti 1350 nell' Archivio diplomatico del Comune di Trieste).

Statutum est de novo quod omnia instrumenta et precepta debiti mutui vel depositi sive scriptura manu propria confecta hucusque et deinceps fienda continentia in personas dominorum Ugonis et Forensii de Agolantibus factorum et procuratorum suorum, Lipi de Scolaribus et factorum ejus heredes q. S. Scolaris de Scolaribus, Donusdei de Agolantibus fratrum vel nepotum ipsius, Johannis de Linari, Francisci et Angli fratrum de Linari heredum quond. Ugozoni de Capitibusnigris, Baldinacii Bruni et fratrum ejus, S. Soldanerii de Soldaneriis filiorum et fratrum ipsius, heredum q. Ser Ricardi Malatesta, et Johannis Gambocii sive alicujus ipsorum aut factorum vel procuratorum ipsorum vel alicujus ipsorum vel cujuscunque alterius personae quae publice mutuassent sub usuris in Civitate Tergesti, exceptis Judeis, contra aliquos cives vel habitatores sive districtuales Civitatis Tergesti vel contra rusticos Comunis vel hominum Civitatis predicte intelligentur et intelligi debeant quod sint in duplum, non obstante aliquo alio Statuto Civitatis Tergesti, et Dominium Tergesti reddere debeat jus eisdem vel procuratoribus eorum seu cui vel quibus jus cessissent solummodo de medietate denariorum per ipsos in petitorum in ipsis instrumentis preceptis et scripturis et quod ipsi aliter in jure audiri non debeant nec petere possent nec contra supradictos cives et habitatores districtuales sive rusticos agere virtute aliquarum intromissionum vel Sententiarum contra supradictos cives habitatores districtuales ac rusticos prelatarum nisi ultra proximos duos annos.

Nello Statuto del 1365 si ripetono queste disposizioni, e compariscono in rubrica simile, II. 68. i seguenti feneratori fiorentini:

Ugone de Agolanti, Foresio de Agolanti, Scolaro de Scolari, Lippo de Scolari, Donusdio de Agolanti, Lapo de Agolanti, Giovanni de Linari, Francesco de Linari, Angelo de Linari, Ugoccione di Capinegri, Alvarotta moglie di questo, Baldinaccio Bruni, Rizzardo Malatesta, Giovanni Gambocci, Lamberto degli Ubbriachi, Francesco Rugeri, Zufredo de Dusmano, Andrea Venerii, Pietro Paolo de Agolanti. *K.*

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1350.

14 Aprile. — Aquileja.

Fra Marco Percettore delle rendite di S. Clemente delli Ospitalieri nomina in suo Procuratore Jacopo di Bertuccio Strazaroli di Venezia.

(Archivio Notarile di Udine).

Anno MCCCL die XIV Aprilis Aquilegie super platea Comunis presentibus D. Johanne de Vedruna Potestate Civ. Aquilegie et aliis testibus. D. Frater Marchus Perceptor S.ti Clementis Ordinis S. Johannis Jerosolimitani sub Prioratu Capituli Veneciarum omnibus via, forma et modo quibus melius potuit, fecit constituit et ordinavit per se ac vice et nomine domus et Ecclesie predicte S. Clementis providum virum Jacobolum filium qm. Bertucii Strazaroli de Veneciis presentem et hoc mandatum in se sponte suscipientem suum et dicte Ecclesie factorem, sindicum et legitimum procuratorem specialiter ad petendum, exigendum et recipiendum omnes redditus et proventus quos dicta Ecclesia habet et habere posset a quibuscumque personis ubique locorum tam in Justinopolim quam in Capellis Sanctorum Petri et Thome que sunt in confinibus Justinopolis cum omnibus villis et redditibus pertinentibus dictis Capellis et omnibus aliis Capellis subditis predicte Ecclesie S. Clementis, ad locandum omnes possessiones dicte Ecclesie expectantes et illas quas sibi placuerit retinendum et aliis affictandum. Et generaliter ad omnia et singula faciendum etc. etc.

Dr. Vincenzo Joppi.

Questa Chiesa di S. Clemente, già detta il *Priorato*, esisteva nel territorio di Muggia, a' piedi del Castellaro di Muggia o Monte delli Elleri sulla strada pedemontana che mette a Capodistria. Se ne vedono le rovine; il torrente che scorre a' piedi ha ancora il nome di S. Clemente; aveva a' piedi porto ottimo, ora interrato.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1350.

Mese di Maggio. — Trieste.

Podestà di Trieste Giovanni Foscari dà sanzione alli Statuti di Trieste compilati a Codice, e ne ordina la osservanza.

(Dal Codice originale delli Statuti nell' Archivio diplomatico di Trieste).

Anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo de mensse Januarj.

Deo auctore potestariam nostram beatorum Justi Sergi Seruuli Lazari et Apolenaris sufragiis, gubernante, que nobis . permissione celestis gratie est colata, et bella feliciter peregimus et pacem juribus decorantes. Statum patrie honorabilius sustentamus. Hinc itaque adeo nostros animos . ad auxilium dei . ereximus, ut non de nostra nostrorumque fidellium potencia seu ingenio confidamus. Sed omnem spem ad solam referamus . summe prouidenciam trinitatis. Unde et mundi huius elementa sub quadam nebulla processerunt, et in orbem terrarum eius dispositio est producta. Cum igitur nil tam studiosum reperiatur in rebus quam uenerabiles santiones per quas res diuine humaneque ab improbis proteguntur et suis propulsionibus iniquitas refrenatur. Existimamus necessarium, utile, possibile et honestum, ad ipsarum tramitem properare . ut earum metu humana refrenetur audacia, tutaque sit inter improbos inocencia, et in ipsis improbis refrenetur nocendi facultas suplitio formidato per quas etiam ius suum unicuique tribuitur. Reperiuntur namque omnia statuta a nobis et predecessoribus nostris edita tanta confusione subnixa, ut iuxta eorum indebitam compositionem de quorumdam observatione quibusdam omnibus pretermissis, frequenter nostri predecessores et iudices uacilabant. Qua propter nos Johanes foscharo de ueneciis potestas dicte ciuitatis una cum iudicibus nostris dicte ciuitatis . scilicet dominis Quaglotto, quondam domini Bonomi, Henrico Ade, Octobono de Juliano atque nostro maiori conscilio uiros disertissimos Uidelicet dominos Antonium de Lafranchocys de mutina, Nicolaum del Ferro de parma, uicarios et assessores nostros iuris utriusque peritos. Ac eciam dominos Amizo masellum, iustum de Judicibus, Albericum de Bascillis, hectorem de Canciano, bartholomeum Gremonum, petrum de Grettis et andream Pacis qui fidelitate circa nostram rem publicam se adhibentes . in quorum informatione et statu eorum pro sapientia asidue producuntur in augmentum, super compositione et informatione nostrorum statutorum fecimus aduocari . quibus imposuimus confidenter ut secundum eorum floridam provisionem debeant ea corigere dillucidare et compillare omniaque facere que ipsi operi nonerint opportuna. Quorum providencia habito super hiis diligenti studio uotis nostris cum omni integritate funditus exauditis . ad maxime utilia processerunt quoniam dispersa et disgregata statuta sub competentibus rubricis et titulis . compillantes ipsas rubricas et titulos in libros . debito ordine agregarunt . quos libros in ipso volumine disponere modo congruo studuerunt. Hac igitur compillatione statutorum ab ipsis nobis exhibita quoniam eam inuenimus optima equitate fulcitam nostro regimini congruentem subiectis nostris utillem et benignam.

auctoritate nostra et conscilii tociusque publice concionis duximus aprobandam. Uolentes igitur ut omnes nostre jurisdictioni subpositi ipsis statutis utantur districte uolumus et iubemus ut iudices in iudicys ab eorum santionibus non discedant, sed ea exacta dilligentia observantes . plenam iusticiam reddant et faciant uniuersis . et si que aliquando occurerent que precise non sint per ea decisa, cum plura sint negotia quam statuta, in eis secundum formam reformacionum maioris conscilly et consuetudinum . aprobatarum suum curent iudicium propallare, quibus cessantibus secundum ius comune et leges scriptas . studeant iudicare deum ante oculos sue mentis semper habentes, sic ut in die iudicy districti examinis coram tremendo iudice dignam possint reddere rationem. Idcircho nos predicti sapientes per dominum potestatem et iudices sic ellecti infrascripta statuta compilauimus et expleuimus de mense mady Anno domini Millesimo trecentesimo quinquagesimo sub iudicatu sapientium uirorum dominorum Johanis de Viana, iacobi Balary, Gregory de Leo iudicum ciuitatis tergesti secundum formam nobis datam per quodam statutum factum de mense January predicti millesimi . cuius statuti tenor talis est. Statutum est de nouo quod iudices qui pro tempore erunt post confirmationem presentis statuti elligere debeant octo bonos homines ciuitatis tergesti qui sciant litteras, qui sic ellecti per dominum potestatem constringantur ad infrascripta uidelicet quod ipsi debeant et teneantur omnia statuta scripta in uolumine statutorum cum suis adictionibus et statuta firmata in anno presenti que uigent, ac et omnes reformationes scriptas in libro reformationum que eisdem mellius uidebuntur reducere in statutis . et de hys statutis et reformationibus de una materia et facto loquentibus reducere ad inuicem ordinate et concordare sub rubricis et titulis ut melius eisdem uidebitur pro bono ciuitatis tergesti . ipsorum non mutando substanciam, quibus sic reductis de predictis statutis fieri debeant libri tres, unus quorum debeat poni in sacrastia comunis . alter esse debeat in manu domini potestatis . tercius uero in palacio comunis et poni debeat ad chatenam ubi alter liber statutorum primo morabatur . et si eisdem sapientibus uidebitur habere dominum potestatem cum ipsis uel aliam seu alias personas iuridicas quod accipere possit. Item omnes alias reformationes et consuetudines prouidere . et si eisdem uidebitur de ipsis reformationibus et consuetudinibus eciam facere duos libros, et que essent utiles ponere in uno libro siue in statuto . et alias que non uiderentur utilles pretermittere . qui sapientes prouidere debeant super predictis usque ad quatuor menses subsequentes postquam ellecti fuerint sub pena uigintiquinque librarum parvorum pro quolibet ipsorum. Et eisdem octo hominibus prouideatur de eorum labore de camera comunis . in discrecione domini potestatis et suorum iudicum.

Questo decreto di approvazione e pubblicazione delli Statuti di Trieste è copiato interamente dal Prologo di Doge Giacopo Tiepolo dell' anno 1242 premesso ai Libri delli Statuti Veneti, di parola in parola, sostituito soltanto Podestaria a *Ducato*, i Santi cinque protettori di Trieste a *S. Marco*, cangiati i nomi dei Sapienti consultati; e continuato fino alle parole: *oum plura sint negotia.*

Le cose che seguono a queste nel Prologo di Doge Giacomo Tiepolo, e nel Prologo di Podestà Giovanni Foscari, spiegano la differenza fra il gius veneto ed il gius triestino. Il Doge ordinava che in defficienza di espliciti pronunciamenti della legge si ricorresse all' analogia: *de similibus est ad similia procedendum,* e mancando l' analogia si ricorresse *ad consuetudinem approbatam*, mancando consuetudine si abbia a giudicare *sicut justum et aequum eorum providentiae apparebit.*

I Veneziani ripudiavano del tutto il gius comune, non già per la sapienza di questo, che fu studiata e venerata, ma crediamo perchè consideratasi Venezia, Stato nuovo del tutto, e gelosi del Principato loro, nè vollero riconoscere che le leggi romane antiche, le leggi dei Codici Teodosiani, quelle di Giustiniano fossersi mai pubblicate per l' Estuario veneto, o che i veneti secondi rifuggitisi nelle isole dell' Estuario dai territori della Venezia terrestre e prima, mentre vi trasportarono gli ordinamenti civili ed ecclesiastici e le magistrature, vi avessero trasportato altresì le leggi del

pubblico e del privato. Lo Stato veneto fino a che durò, stette fermo sul gius proprio positivo, e in supplemento, al gius razionale. Il rifiuto del gius comune romano, evitava in Venezia ogni domanda, se qualche oggetto dovesse reggersi col gius romano. Il Codice austriaco fu sì rigoroso al pari del Codice di Jacopo Tiepolo, volendo che le contingenze vengano risolte col gius scritto, indi coll' analogia, per ultimo colla ragione naturale; però il Codice lasciò sussistere il gius romano comune, in tutte quelle materie che dal Codice austriaco non venivano regolate; il che poi in pratica equivalse a completa abolizione del gius romano.

Gli Statuti di Trieste del 1350, ordinavano la giudicatura secondo legge scritta nel Codice medesimo, secondo le riformazioni che vi avrebbe fatto il Consiglio maggiore, secondo le consuetudini approvate, in difetto di questi secondo il gius comune romano, e secondo le leggi scritte. Ambi li Statuti tacciono delle leggi canoniche, e con ragione, dacchè le contenzioni per cose rette dalle leggi canoniche non ispettavano ai Tribunali laici; locchè in Trieste si è osservato fino a' tempi avanzati di Maria Teresa. Lo Statuto del 1550 fa espressa menzione delle leggi canoniche.

Il gius comune al quale si provoca lo Statuto, era il Corpo delle leggi Teodosiane, il Corpo delle leggi Giustinianee, e le leggi degli Imperatori bizantini promulgate fino all' anno 789 in cui cessa il principato degli Imperatori bizantini che si dicevano *dei romani*, e comincia il principato degli Imperatori franchi, che pur questi si dicevano *dei romani*. Le *leggi scritte* alle quali si provoca il Proemio delli Statuti triestini, sono senz' altro l'Editto di Teodorico, i Capitolari degli Imperatori e Re, le leggi degli Imperatori, prima del lungo interregno, non posteriori; i libri *Feudorum*. A questi aggiungiamo anche il gius provinciale, che dicevano: *le leggi della patria*, vertenti essenzialmente sulla proprietà agraria, ben diversa dalla proprietà civica, perchè a grandi corpi, a masi, con diritti amministrativi uniti alla proprietà, con legge speciale di successione; leggi dalle quali il corpo civico, e l' agro civico ritenevasi immune. Però soltanto *pro futuro*, per le ragioni nate sotto legge provinciale (feudi antichi, i nuovi erano vietati) nè potevano poi sottrarsene i triestini per li possessi fuor dell' agro civico; anzi a questi per le loro possessioni non applicavasi lo gius statutario, e se ne faceva eccezione. Lo Statuto triestino voleva che leggi fossero scritte, il che noi intendiamo delle leggi imperiali. Il gius provinciale non era tutto scritto; del resto li giudici di Trieste non erano chiamati ad applicarlo.

In atto pratico potemmo riconoscere che i testi delle leggi Teodosiane e Giustinianee, erano tutt' altro che per le mani di tutti o di molti; a ciò si suppliva con *Breviarii*, nei quali si contenevano i sommi canoni del gius comune, nella parte civile privata; a ciò supplivano le scuole di Bologna, di Ferrara, di Perugia, di Padova, di Pavia; però in queste scuole non si studiava che il gius Giustinianeo, per cui il Teodosiano passò in obblivione. I giudici del contenzioso maggiore, fossero Podestà, fossero Vicarî, erano dottissimi, siccome ebbimo occasione di convincerci, del gius delle scuole; ignoravano li Statuti, ma a questi non v' era bisogno che di darvi un' occhiata per riconoscere le eccezioni che derogavano al gius comune; il che tornava facile e pronto a chi del gius comune era dotto. Nei Codici delli Statuti non poteva certamente apprendersi gius, nè formarsi giurisprudenza, ma avvenendo che giudici instituiti soltanto al Codice Statutario, dovessero pronunciare in civile maggiore, siccome era in caso di mancanza di Podestà o Vicario, od in caso di Sindacato, usavasi proporre i quesiti in forma di tesi, taciuti i nomi, al Collegio di Dottori di qualche Università, accompagnando il quesito coi zecchini di tassa. Il Codice delli Statuti era pel volgo argomento di vanità; i sapienti sapevano che non erano soltanto quelli i Codici del gius.

Potemmo seguire la storia dello sviluppo delle leggi municipali. Fino al 1253 non v' era possibilità legale nel Comune di fare leggi proprie. In quel tempo ebbe potere di dettar leggi penali, le quali frenassero il potere dei Gastaldi; e quelle dispositive che si leggono nel primo delli Statuti, da noi stampato nel 1849, le riferiamo a questa epoca, se cominciano colla voce *Ordinamus*.

Potemmo scoprire che nel 1291, prima della emancipazione di diritto (1395), il Comune si fosse emancipato di fatto, e si componesse allora il Gran Consiglio, e la lega o congiurazione (non in senso

odioso) dei cittadini, a mutua difesa e tuizione, a mutuo sviluppo di quello che allora si diceva *profectus;* che in verità furono allora congiure i Comuni. Allora si formò così il corpo degli amministranti come quello degli amministrati, e fra gli amministranti si distinse (per parlare col gergo moderno) il deliberativo dall' esecutivo; e tutti prestavano sacramento, anche il corpo deliberante. Altri giuravano *sequimen*, che è l'obbedienza passiva, altri il *sequimen* ed il *consilium*, promettevano cioè di dare il loro avviso, ed il loro voto nei Collegi; altri giuravano oltre ciò la *credentiam*, cioè la fiducia nei loro amministratori.

Con questo ordinamento che sostituiva il corpo di Consiglio alle Vicinie tumultuarie cominciano le dispositive colla formola *statuimus* talvolta unita coll' altra *et ordinamus*. Questi Statuti si registrarono in Libro, crediamo senza ordine o classazione alcuna, in serie di tempo. Certo v' era un Libro primitivo che chiamavano più tardi *Liber veterum Statutorum;* ma non giunse fino a noi; lo troviamo notato in margine allo Statuto più antico, che è segnato coll' anno bugiardo 1150, ma che è di compilazione e scritturazione del 1319.

Di quel Libro primitivo delli Statuti, ne abbiamo prova in Carta del 1293, accolta in questo Codice, nella quale Carta, offerendosi la potestaria ad un Mosca della Torre, si ripetono tre Statuti sul Podestà che nello Stato più antico (1150) sono già modificati. In proposito della quale potestaria, non possiamo tacere, che questa carica non era di pianta stabile del Comune, che il sommo potere che dicevano podestaria, era senz' altro, e per lo meno fino dal 1291 nella pienezza di poteri, simili a quelli di principato, ma dipendeva dal Consiglio il voler avere *persona* di Podestà; non volendolo, la *podestaria* veniva esercitata dai *Rettori*, nome che allora appena figurò nelle cariche municipali; dal che provengono le lacune nella serie dei Podestà di quegli anni. Pare che i triestini diffidassero di altri, come poco stante diffidarono di sè medesimi, e vollero il Podestà figura stabile, dapprima ad anno intero, (tempo di rotazione del Consiglio); poi lo vollero a sei mesi; pel Conte Enrico di Gorizia, pare facessero eccezione, dacchè durò in carica tre anni continui.

Il Codice primo (1150) fu compilato nel 1319, dopo la congiura dei Ranfi, distribuiti li Statuti in quatro libri: forma municipale, gius penale, gius civile, finanza e polizia. È possibile fissare per molti Statuti il loro tempo; se avessimo a dirigere altra edizione suggeriressimo porre a capo ogni verso che si riconosce Statuto da sè.

Nel 1350 comincia la Codificazione delli Statuti, con pretensione e tuono di Codice dato da Principe, la figura del quale veniva sostenuta dal Podestà *pro Commune Tergesti;* i Podestà dati da Principi dicevansi *Potestas pro illustrissimo Dominio .....Duce.....* Dal 1350 comincia veramente un Corpo di leggi Sovrane, ed in forma di leggi, sovranità legislativa che ha cessato col Principato di Ferdinando I; dacchè Federico III aveva rivocato il divieto dato al Consiglio di far leggi; ordinanze, di polizia erano altra cosa, e potevano farsi dal Comune e si fecero, quando non c' era Consiglio, dalla Magistratura.

Il Podestà Giovanni Foscari nel Prologo si parificò al Doge di Venezia nel principato; se tutto sia applicabile anche le guerre felicemente superate, e la libertà ed indipendenza consolidata, può dubitarsi.

Alla compilazione posero mano due insigni giureconsulti, Antonio Lanfrancocî di Modena, Nicolò del Ferro di Parma, vicarî del Podestà.

Quanto di romano o di veneto siasi accolto in questo Codice del 1350 non possiamo indicare non essendo stampato ancora lo Statuto del 1350 nè quello del 1365, il che giova sperare si farà dal Municipio, che ha in governo secondo sua indole non solo il patrimonio finanziario, ma anche quello dell' onore di Trieste, pervenuto in eredità.

Ciò è certissimo che la pubblicazione dei tre Codici mostrerebbe con profitto, come la legislazione peculiare sia nata, come sviluppata, con quanto sapere proprio, con quanto sapere romano, con quanto generale del medio tempo; al pari della novella città nel lento suo conformarsi ad ordine e sapienza, per quali vie ed in quai modi, dall' annichilamento di ogni forma sociale e civile, vada ricomponendosi a nuove forme.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1350.

10 Giugno, Indizione III. Udine.

Udine con molte terre del Friuli, vacando la sede del Patriarcato si dà interinalmente a Duca Alberto d'Austria, rifiutate le condizioni proposte da Mainardo Conte di Gorizia.

(Dal Vol. XXVII. V. V. dell' Otium For. Jul. di Mons. Guerra nell' Archivio domestico dei Conti Portis di Cividale).

Anno Millesimo tricentesimo quinquagesimo, Indict. III, die Sabbati decimo mensis Junii. Presentibus Nobilibus Viris Dnis. Francisco de Savorgnano Capitaneo Terre Utini, Hermanno de Carnea Milite, Leonardo Archoloniano, Tadeo de Manzano, Oddorico de Strasoldo, Johanne de Ravanis, Magistro Francisco, Dno. Jacobo del Canto, et toto Arengo, et Consilio Communis Utini in quo interfuerunt quasi omnes Cives et vicini terre Utini; ipse Dnus. Capitaneus et omnes de dicto Arengo nemine discrepante usque ad adventum futuri Patriarche susceperunt et elegerunt Magnificum Dominum Dominum Albertum Ducem Austrie in eorum Dominum et Protectorem cum pactis et conditionibus etc.

1350. 7 Luglio.

Fratres. Pacta que portaverunt Ambasiatores nostri et illi de Glemona sunt presentibus interclusa. Verum est quod nihil firmaverunt cum Dno. Duce neque stabiliverunt; sed Dnus. Dux dixit quod talia pacta volebat, et nisi faceremus talia pacta quod faceremus quid volemus; et jam misit duomillia Elmos qui die Sabbati erunt super Lisontio, quibus debemus respondere, et nisi volemus talia pacta, venient ad dampna nostra et ad nos expugnandum. Et ideo, Domini, cum expediat subitum dare responsum, videatis dicta pacta et quid vobis agendum videtur, et quid vultis quod respondeamus statim rescribatis, quia die Sabbati expedit quod demus responsum. Datum Utini die VII Julii.

Franciscus de Savorgnano
Capitaneus, Consilium, et Commune terre Utini.

1350. 4 Luglio.

Taliter est placitum inter Dnum. Ducem Austrie et tales Cives et Vicinos de Utino et de Glemona.

Primo tractatum est quod Commune utriusque Civitatis in Utino et Glemona et universi Cives ibidem pro se ac omnibus et singulis sibi adherentibus et subiectis prestare debeat dicto

Dno. Duci juramentum de observanda sibi fidelitate, obedientia, et subjectione sub certis penis usque ad futuri Patriarche adventum in Terram Patriarchatus, et post adventum Patriarche usque ad spatium unius anni continuo subsequentis nisi infra idem tempus Dnus. Dux et Comites Goricie cum predicto Patriarcha fuerint concordati juxta necessitatem honorem, et jura dicti Dni. Ducis et Comitum predictorum.

Vult etiam Dnus. Dux ut iidem Cives sibi assignent immediate Castra inferius nominata, videlicet: Tulmin, Stheil, et Schenenvald cum pertinentiis eorundem et debet Dnus. Dux eadem Castra manutenere et suos Purgravios in eis constituere donec Patriarcha secum et cum prefatis Comitibus Goricie concordetur pro honore, necessitate et juribus Ducum et Comitum eorumdem.

Quod si Patriarcha predictus non fuerit infra annum predictum cum eisdem Dno. Duce et Comitibus Goricie concordatus ex tunc dicti Cives a prefato Dni. Ducis juramento de fidelitate, obedientia et subjectione memoratis esse debeant penitus liberi et absoluti. Sed Castra supradicta in potestate Dni. Ducis remanebunt quousque inter ipsum Dnum. Ducem ac Comites Goricie et predictum Patriarcham plena fuerit concordia celebrata.

Predictus etiam Dnus. Dux tenetur duos de suis Ministerialibus transmittere ad Forum Julii ad recipiendum loco et nomine suo a prescriptis Civibus et Civitatibus juramenta et promissiones predictas de observatione fidelitatis et obedientie ac subjectionis ut superius est expressum.

Exercitus quoque Dni. Ducis debet interim aliquantulum tardare non transeundo per flumen quod dicitur Lisuntium usque ad proximam diem sabati inclusive.

Promiserunt etiam Ambasiatores et Cives tales etc. quod pro totis viribus et sine fraude diligenter velint operam adhibere, ut hec omnia effectualiter impleantur.

Prefatos quoque Cives et Civitates eorumdem debet Dnus. Dux et suis juribus et consuetudinibus conservare ut hactenus tenuerunt, ita ut pignoribus suis gaudeant, nisi que Dno. Duci per ea serviant absque suo damno dando hominibus Dni. Ducis ingressum ad eadem Castra seu pignora, et egressum ab eisdem.

Etiam tractatum est quod Dnus. Dux debet omnem diligentiam adhibere bona fide, ut captivi quos Comites Goritie captivaverunt, a captione sua solvantur, quod si non poterit liberare, debebit similiter adhibere operam diligentem ut eisdem Captivis inducie dentur, quousque Patriarcha cum Dno. Duce et Comitibus Goritie concordetur.

Quod si Dnus. Dux aput predictos Comites libertatem captivorum hujusmodi vel inducias non poterit obtinere, per hoc nulla debet sibi culpa aliquatenus imputari.

Actum in Laybacho Anno Domini Millesimo trecentesimo quinquagesimo, die 4 mensis Julii.

M.CCC.L. Ind. III.

Contentatur Dnus. de Petovia et Dnus. de Lichtenstain quod primum Capitulum nobis infrascriptis missum Communitatibus de Utino et Glemona, sit per infrascriptum modum, videlicet.

Primo quod tractatum est quod Comune utriusque Civitatis in Utino et Glemona, et universi Cives ibidem pro se et pro omnibus et singulis sibi adherentibus et subjectis prestare debent dicto Dno. Duci juramentum de observanda fidelitate, obedientia et subiectione sub certis penis usque ad Dni. Patriarche adventum in terra Patriarchatus, et post adventum Patriarche usque ad spatium unius anni continue subsequentis, nisi infra dictum tempus Dnus. Dux et Comites Goritie cum dicto Dno. Patriarcha concordati fuerint juxta necessitatem, honorem, et jura dicti Dni. Ducis et Comitum predictorum.

Contentantur Cives Utini et Glemone quod Castrum Tulmetii consignetur Dno. Duci vel ejus Purgravio salvis pignoribus Communis Utini in dicto Castro, et ejus juribus. Castra autem

Sacili et Tulmini quia non sunt in potestate ipsorum, teneantur dicta Communia dare auxilium dicto Dno. Duci ad dicta Castra recuperanda juxta posse eorum bona fide cum bonis et personis sicut servire deberent dicto Dno. Patriarche; que Castra remaneant et remanere debeant in manibus Dni. Ducis donec Dnus. Patriarcha futurus fuerit concors cum dicto Dno. Duce et Comitibus Goritie supradictis.

Quod si Patriarcha predictus non fuerit infra annum predictum cum dicto Dno. Duce et Comitibus supradictis concordatus, ex tunc dicti Cives a prestito dicto Dno. Duci juramento de fidelitate, obedientia et subjectione memoratis, esse debeant penitus liberi et absoluti; sed Castra supradicta in potestate dicti Dni. Ducis debeant remanere, quousque inter ipsum Dnum. Ducem et Comites Goritie et predictum Dnum. Patriarcham plena fuerit concordia celebrata.

De quarto Capitulo contentantur ut jacet de ministerialibus mittendis per dictum Dnum. Ducem.

Quintum Capitulum et sextum impleta sunt.

Contentatur etiam predicti de infrascripto septimo Capitulo.

Prefatos quoque Cives et Civitates eorum et adherentes eisdem, debet prefatus Dnus. Dux in suis juribus et consuetudinibus conservare prout hactenus tenuerunt et consueti sunt, ita quod pignoribus suis gaudeant ubicumque existent, nisi quod Dno. Duci per ea serviant absque ipsorum dampno dando hominibus Dni. Ducis ingressum ad eadem castra et egressum ab eisdem.

Debet etiam Dnus. Dux dictos Cives et eis adherentes manum tenere et defensare in juribus suis contra unamquemque Personam, et non permittere eos aggravari, ita quod strate secure vadant, et etiam loca et Castra usurpata per alios, Aquilegensi Ecclesie bona fide recuperare.

Contentatur etiam de octavo et ultimo Capitulis quod idem Dnus. Dux pro honore suo et utilitate Captivorum procuret relaxationem eorum secundum formam dictorum Capitulorum et secundum supplicationem factam per dictos Cives Dnis. de Petovia et de Lichtenstayn, et secundum eorum continentiam.

Significaverunt dictis Civibus infrascripte Terre et Castra quod facere volunt juramentum Dno. Duci prout dicte Civitates Utini et Glemone facient.

Imprimis Sanctus Vitus
Item Sanctus Daniel
Item Maranum
Item Montefalconum
Item Guardaziosi?
Item Atemps
Item Quadruvium
Item Pinzanum
Item Osopium
Item tota Carnea
Item Motium
Item Avilinum
Item Budrium
Item Manzanum
Item Argis
Item Tricanum
Item Pers et alia plura loca.

M.CCC.L. Ind. tertia.

In nomine Domini Amen. Cum inter Magnificos et potentes Dnos. Dnos. Herdegrium de Petovia Marschalum Styrie, Capitaneum Carniole et Marchie, et Rudulphettum de Lichtenstayn Camerarium Stirie vice et nomine Ill. Dni. Dni. Alberti Dei gratia Ducis Austrie, Stirie et Carinthie sit habitus tractatus cum Nobili Viro Francisco de Savorgnano Capitaneo Terre Utini, Consilio, et Communi dicte Terre, et Volrico Domini Usop et Meynardo Savii Ambasiatoribus Terre Glemone, et omnes predicti de Utino et Glemona pro se et ipsarum Communibus, Civitatibus, et Castris, terris et Comunitatibus, et singularibus personis rata habentibus infrascripta pacta, ab ipsis adherentibus et sequacibus ad talem concordiam pervenerunt. Videlicet quod Commune utriusque Civitatis Utini et Glemone et universi Cives earumdem pro omnibus et singulis sibi adherentibus et subjectis prestare debent dicto Dno. Duci suisque heredibus juramentum de observanda fidelitate, obedientia, et subiectione sub certis penis usque ad futuri Patriarche adventum in terra Patriarchatus, et post adventum Patriarche usque ad spacium unius anni continue subsequentis nisi infra dictum tempus Dnus. Dux, et Comites Goritie cum dicto Patriarcha concordati fuerint juxta necessitatem, honorem, et jura dicti Dni. Ducis et Comitum predictorum. Item quod Castrum Tulmetii, quod in Teotonico vulgari Schoenwald vocatur, consignetur Dno. Duci vel ejus Purgravio, salvis pignoribus Communis Utini in dicto Castro, et ejus juribus. Castra autem Sacili et Tulmini quia non sunt in potestate ipsorum, teneantur Communia darə auxilium dicto Dno. Duci ad dicta Castra recuperanda juxta posse, eorum bona fide, cum bonis et personis, sicut servire deberent Dno. Patriarche, que Castra remanere debeant in manibus Dni. Ducis, donec Dnus. Patriarcha fuerit concors cum ipso Dno. Duce et Comitibus Goritie supradictis. Quod si Patriarcha predictus non fuerit intra annum predictum cum dicto Dno. Duce et Comitibus supradictis concordatus; ex tunc dicti Cives a prestito dicto Dno. Duci juramento de fidelitate, obedientia et subjectione memoratis esse debeant penitus liberi et absoluti. Sed Castra supradicta in potestate dicti Dni. Ducis debeant remanere quousque inter Dnum. Ducem et Comites Goritie et predictum Patriarcham plena fuerit concordia celebrata.

Prefatos quoque Cives et Civitates eorum et adherentes eisdem, debet prefatus Dnus. Dux in suis juribus et consuetudinibus conservare, prout hactenus tenuerunt et consueti sunt, ita quod pignoribus suis gaudeant ubicumque extant, nisi quod Dno. Duci per ea serviant absque eorum dampno dando hominibus Ducis ingressum ad eadem Castra, seu pignora, et egressum ab eisdem. Debet etiam Dnus. Dux dictos Cives et eis adherentes manutenere et defensare in juribus suis contra unamquamque personam, et non permittere eos aggravari, ita quod strate secure vadant, et etiam loca et Castra usurpata per alios Aquilegens. Eccles. recuperare prout justum et conveniens est. Item quod idem Dnus. Dux pro honore suo et utilitate captivorum procuret relaxationem eorum secundum formam infrascripti Capituli, et rogaminum porrectorum dictis Dnis. de Petovia et de Lichtenstayn. Videlicet quod Dnus. Dux debet omnem diligentiam adhibere bona fide, ut captivi quos Comites Goritie captivarunt a captivitate solvantur. Et si non poterit ipsos liberare, debeat adhibere operam diligentem ut eisdem Captivis dentur inducie quousque Patriarcha cum Dno. Duce et Comitibus Goritie concordetur. Quod si dictus Dnus. Dux apud predictos Comites liberationem captivorum hujusmodi vel inducias non poterit obtinere per hoc nulla debet sibi culpa aliquatenus imputari.

(Alia cassata videntur et respondere sequentibus.)

Idcirco discreti Viri Mapheus de Cremariis et Brunacius Dominici Cives Utini, Sindici et Procuratores constituti in pleno Arengo Communis, et hominum dicte Terre Utini per Capitaneum et universos homines Arengi dicte Terre ad sonum campane congregatos in majori Ecclesia Sancte Marie de Utino, ut moris est, ut de hujusmodi Sindicatu constat publico Instru-

mento scripto manu Dominici Zerbini Notarii dicti Communis, dicti Procuratores et Sindici nominibus quibus supra, omnia et singula acta, promissa, et tractata, ut superius continetur, approbaverunt et ratificaverunt in omnibus et per omnia et ea juraverunt tactis scripturis corporaliter ad Sancta Dei Evangelia, bona fide inviolabiliter observare in manibus predictorum Dominorum de Petovia et Lichtenstayn recipientium nomine et vice predicti Domini Ducis Austrie et heredum suorum, ut superius est expressum. In quorum omnium testimonium presentes patentes litteras predicti Dni. Capitaneus, et Cives de Utino fieri fecerunt, et sigilli pendens Communis Utini appensione muniri.

Datum et actum Utini Aquileg. Dioceseos in Refectorio Fratrum Predicatorum Ordinis Sancti Dominici.

Presentibus Nobilibus Militibus Dnis. Eberardo de Altimburch, Eberardo de Olvek, Leopoldo de Rothemberch, Hermano de Carnea, Jacobo Del Canto Legum Doctore, et Johanne de Bononia, et aliis pluribus testibus. Sub Millo. CCC quinquagesimo, Indictione III, die XIII mensis Julii.

Ambaxiata facta Dno. Capitaneo, Consilio, et Communi Utini ex parte Dni. Comitis Goritie per Dnos. Raynerium Sench Militem de Osterwitz, Nicolaum de Gerlestayn, et Dietricum de Weristayn.

1350. 10 Giugno.

Millesimo tricentesimo quinquagesimo, Indic. III, die Jovis decimo mensis Junii. Actum Utini presentibus Dnis. Jacobo Del Canto Legum Doctore de Florentia, Petro de Fuxio, Hermano de Carnea Milite, Gubertino Draperio, Gabriele de Cremona, Maffeio de Aquileja, Mattheo de Matio, Dominico Zerbini, Nicolao Misse, Francisco Dominici, Joachino Rapretti, et aliis pluribus testibus. Venerunt ad presentiam Nobilis Viri Dni. Franciscutti de Savorgnano Capitaneo Terre Utini, et totius Consilii ipsius Terre, in quo quidem Consilio interfuerunt omnes Consiliarii ipsius, et major pars bonorum hominum Terre Utini, Nobiles Viri Dominus Raynerius Schenk Miles cum infrascriptis aliis suis sociis in infrascripta littera contentis, tamquam Ambasiatores Dni. Comitis Goritie, et ad faciendum fidem quomodo erant Ambasciatores ipsius Dni. Comitis, et etiam de Ambasiata eis imposita ibidem coram Dno. Capitaneo, et hominibus dicti Consilii exhibuerunt litteram sigillatam sigillo Dni. Comitis pendenti, ut prima facie apparebat et cedulam Ambasiate sue que inferius describuntur, quarum tenor talis est.

Mainardus Comes Goritie et Tyrolis Advocatus Ecclesie Aquilegensis.

Ad vestre prudentie discretionem Nobiles Viros Raynherium Schenk Militem de Osterwitz, Nicolaum de Galestayn, et Dietricum de Vernestayn Ambaxiatores Nostros exhibitores presentium, mittimus ad Vos de nostra intentione plene informatos, quibus in dictis eorum ex parte Nostra Vobis horetenus recitatis fidem dare velitis credulam tamquam Nobis.

Datum in Civitate Nostra Austria. Die X mensis Junii.

1350. 11 Giugno.

M.CCC.L. Die XI Junii. Rigucius nuncius missus ad Dnum. Comitem presentavit litteras fidantie ab ipso Dno. Comite pro Ambasiatoribus mittendis ad ipsum, et ipsas litteras presentavit Dno. Capitaneo et suo Consilio infrascripti tenoris. Qui Dnus. Capitaneus et Consilium elegerunt in eorum Ambasiadores Dominicum Zerbini et Franciscum Dominici cum Capitulo infrascripte Ambasiate.

Tenor fidantie. Nos Meinhardus Comes Goritie et Tirolis, Ecclesiarum Aquilegens., Trident. et Brixinens. Advocatus presentibus profitemur et constare volumus universis quod Nos per Nos et universos nostros amicos, servitores, et subditos, Ambaxiatores Terre Utini quotquot erunt veniendo ad nos Cormonum cum eorum Comitiva stando et redeundo affidamus, et similiter assicuramus rebus pariter et personis, harum testimonio litterarum. Datum in dicto castro sub Anno Domini Millo. CCC.L, die XI mensis Junii, Indict. III.

Et mittimus vobis Nicolaum de Gerlochstayn pro conductu tali hora sicut petivistis. Datum ut supra.

Anno Dni. M.CCC.L, Indict. III etc. Ad Magnificentiam Vestram transmittimus dilectos Cives nostros Viros providos Franciscum Dominici et Dominicum Zerbini super Ambaxiata pridie dimissa per Ambaxiatores Vestros in scriptis nostro Communi de nostra intentione plenius informatos, quibus ut Nobis Vestra Magnificentia dignetur fidem indubiam adhibere. Datum Utini die XII Junii. In quorum omnium testimonium presentes fieri fecimus nostri Communis sigillo sigillatas.

Franciscus de Savorgnano
Capitaneus, Consilium et Commune Terre Utini.

Littere misse quod responsio Comitis non erat acceptata.

Primo. Aquilegie Civitati
Dno. Henrico de Strasoldo
Communi Marani
Communi Sti. Viti.
Communi Glemone
Communi Venzoni
Budrio
Manzano
Vardezujole
Sacilo
Canipe
Aviano
Maniaco
Tumacio
Cucanee
Pertinstayn
Atemps
Sanctum Danielem
Faganeam
Tulminum
Tricanum.

———

In Istria. Zernegla (Cernegrad?)
Pinguento
Portulis
Buglis
Rotio
Albone
Mugle
Colmo
Flanone.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1351.

Giorno dei S. S. Filippo e Giacomo, 1. Maggio. Budweis.

Re Carlo IV conchiude transazione e pace tra Duca Alberto d' Austria e Patriarca Nicolò d' Aquileja.

(Atti dell' Accademia Imp. Aust. Vol. XIV).

Wir Karl von gots gnaden Roemischer Kung ze allen zeiten. Merer des Reichs vnd Kung ze Beham, veriehen vnd tun kunt offentlich mit disem brief, daz wir zwischen dem Hochgeborn Albrechten Hertzogen ze Oestirreich ze Steyern vnd ze Kernden vnserm lieben Oehemen vnd fersten, an ainem tail, vnd dem Erwirdigen Niclasen Patriarchen ze Agley, vnserm lieben Bruder vnd Fursten, an dem anderm, vmb krieg vnd stoezze die zwischen Bertranden selig weilent Patriarchen, do selbes vnd dem obgenanten Hertzogen gewesen seint, einen ganczen steten frid gemachet vnd geteiding haben, der weren sol, von disem heutigen tag, vber zwelf gancze Jar. Vnd haben dar inn geteidingt des ersten, vmb die veste ze der Klaus, vnd die Mautt doselbes ze klaus, die der vorgenant Herczog ze seinen handen geczogen hat, noch des obgenanten Bertrandes des Patriarches tod, sol derselb Herczog sein Suene Herczog Rudolf vnserm lieber (sic) aydem herczog Friedrich, Herczog Albrecht vnd ir Erben, die obgenannt vest vnd Mautt ze der klaus innehaben vnd besiczen, mit allir zugehoert, von disem heutigen tag, als der brief geschriben ist, zwelf ganczen Jar noch einander, an desselben Patriarchs vnd seiner nochkomen irrung vnd widerred, vnd sol weder der Patriarch noch sein nochkomen, in denselben zwelf Jaren, dieselben vest vnd Maut nicht vordern noch suehen noch darnoch stellen in kheinem weg. Daz auch derselb Patriarch fur sich vnd seine nochkomen, gelobet hat stett zehalten mit guten trewen vnd stuond in der vrist indirt dhain neweg odir krieg auff, in dem land ze friaul, des sol der vorgenant Herczog, sein Suene vnd ir Erben, an der egenanten vest vnd Mautt vnengolten beleiben, vnd sol sein ouch der Patriarch, an dem obgenanten frid ouch vnengolten beleiben. Geschech abir in demselben frid, dem obgenanten herczogen vnserm Ohem seinen Erben, oder iren leuten dhainerlayschad von dem Patriarchen, oder von seinen leuten, Darumb sullen der obgenant Herczog, vnd sein Erben, den selben Patriarchen manen vnd zu reden setzen, vnd soll dann der Patriarch denselben schaden, dernoch widiren tuen, inner drin maneyten vnuerczogenlich. Tet er des nicht so sullen vnd mugen, der obgenant Herczog vnd seinen erben desselben schaden, swas des ist bekomen, vnd sich des richten von des Patriarchtums guet, vnschedlich dem frid ze beider seit, vnd daz sein ouch der vorgenant Herczog vnd sein erben, an der Klaus vnd der vorgenanten Mautt vnentgolten beleiben. Es sol ouch der oftgenant Herczog Albrecht Sein Suene vnd ir Erben von ir selbes oder

ierer lewt wegen gen dem Patriarchtum zu Agley kein vordrung haben noch ansprach vmb dhainen schaiden in den egenanten zwelf Jaren. Ouch sol der vorgenant Patriarche unsir Bruder geloben mit guten trewen an geuerde daruber gewinnen vnd zegeben des Capitels brief von agley inner vier Moneyten, daz dasselb Capitel diesen teiding vnd gelubde, also stet halte in aller der weis, als da oben geschrieben stet. Wer abir daz in daz Capitel, doran nicht volgen wolt, dannoch sol er den obgenanten frid, gelubde vnd teyding stete vnd gancz haben vnd halten, in allir der weis als da oben geschriben ist. Mit vrkund dicz briefs versigelt mit vnserm kunglichen Ingsigel der geben ist ze dem Budweys noch Christi gebuert drewczenhundert vnd darnoch in dem einvndfunfczigestem Jar, an santh Philips vnd Jacobi tag der heiligen zwelfboten Im funften Jar unsir Reiche.

Per Dominum Regem
JOHANNES NOUIFOR. R.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1351.

1. Maggio, Indizione IV. Budweis.

Patriarca Nicolò di Aquileja investe a titolo feudale della terra di Venzone, del Castello superiore e del Castello S. Michele di Vipacco i Duchi di Austria Alberto, ed i figli di lui Rodolfo, Federico, Alberto.

(Dai Libri: *Schatzkammerbücher*, della Ducea di Stiria, Tomo I, pagina 888).

Nos Nicolaus Dei gratia Sanctae Sedis Aquilegiensis Patriarcha, tenore praesentium recognoscimus et constare cupimus uniuersis, quod Illustrem Principem, Dominum Albertum Ducem Austriae, Styriae et Carinthiae, et dominum Carnioliae, et filios suos Rudolphum, Fridericum et Albertum, et haeredes eorum legitime infeodauimus, ac praesentibus infeodamus de Ciuitate et terra Venzoni, Castro superiori in Wipach, et de Castro montis Sancti Michaelis ibidem, cum iuribus eisdem adhaerentibus, nec non de omnibus aliis bonis, Castris, possessionibus et iuribus, ad eosdem Dominum Ducem Albertum, filios suos Rudolphum, Fridericum, et Albertum Duces, et ad haeredes eorum, ab eadem Ecclesia nostra pertinentibus, titulo feodali. Inuestientes eosdem, de ipsis, cum omnibus iuribus, pertinentiis, et consuetudinibus, adhibitis solennitatibus debitis et consuetis. Datae in Budweis sub nostro sigillo, die primo mensis Maii, Anno Dominicae Natiuitatis, Millesimo trecentesimo, quinquagesimo primo, Indictione quarta.

Può dubitarsi se questo sia il testo del diploma di Patriarca Nicolò che era della Casa reale dei Luzemburg di Boemia, o non piuttosto posteriore rifazione di dicitura. Patriarca Nicolò era fratello carnale di Re Carlo di Boemia, al quale mentre era in Aquileja donò quei ternioni dell'Evangelario, che Santo Girolamo scrisse di sua mano, ed il cui grosso si conserva nell'Archivio capitolare di Cividale. I ternioni donati a Re Carlo sono al Duomo di Praga, altri erano passati al Doge che li diede alla Basilica Marciana, periti per effetto di umidità. I Duchi d'Austria che erano Ministeriali della Chiesa di Aquileja. o come poi si disse Officiali Aulici (erano dapiferi) ebbero moltissimi altri possessi, la terra di Venzone sopra Gemona, e due Castelli nel Vipacense. *K.*

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1351.

22 Maggio, Aquileja. 23 Maggio, Udine.

Il Decano ed il Capitolo di Aquileja rifiutano l'assenso loro al patto stipulato tra Patriarca Nicolò e Duca Alberto d' Austria circa la Muda della Chiusa.

(Archivio domestico de' Conti Portis di Cividale. — Carte Guerra).

M.CCC.LI. Indictione IV. Die XXII mensis Maii. Presen-tibus Venerabili in Christo Patre Dno. Petro Dei gratia Episcopo Concordiensi, venerabilibus viris Dnis. Fratre Alberto Abbate Monasterii Sancti Prosperi de Regio Vicario infrascripti Dni. Patriarche, Pretborio Decano Pragensi, Paulino qm. Magistri Johannis de Mutina, testibus, et aliis.

Convocatis et congregatis coram Rvmo. in Christo Patre et Dno. Dno. Nicolao Dei gratia Sancte Sedis Aquilegensis Patriarcha venerabilibus Viris Dnis. Guillelmo Decano, Gambino de Cremona, Ambrosio de la Turre, Mattheo de Padua, et Jacobo de Merano de Parma Canonicis Aquilegiensibus, dictus Dnus. Patriarcha apposuit eis qualiter in pactis noviter habitis inter ipsum ex parte una et Dominum Albertum Ducem Austrie ex altera super restitutione terrarum, locorum et bonorum Aquilegensis Ecclesie fienda ipsi Dno. Patriarche per dictum Dominum Ducem condictum fuit quod idem Dnus. Dux usque ad duodecim annos proximos et completos habere deberet Sclusam et Mutam Scluse, spectantem ad ipsum Dnum. Patriarcham et Aquilegensem Ecclesiam, propter quod ipsos Dnos. Decanum et Capitulum Aquilegense requirebat instanter ut pactis ejusmodi suum praeberent assensum. Dicti vero Dnus. Decanus et Canonici responderunt quod super ejusmodi negotio deliberare volebant cum aliis eorum Concanonicis qui non erant ibi, et quod habita deliberatione postmodum responderent. — Actum Aquilegie in Zardino Patriarchalis Palatio.

Die XXIII mensis Maii. Presentibus Venerabili in Christo Patre Dno. Petro Dei gratia Episcopo Concordiensi, Venerabili Viro Dno. Pretborio Decano Pragensi et Paulino qm. Magistri Johannis de Mutina, testibus et aliis. Prefatus Dnus. Patriarcha in presentia Nobilis Militis Dni. Henrici Rasponis iterato cum instantia requisivit Dnum. Decanum Aquilegensem predictum sibique precepit ut ipse ac ejus Capitulum Aquilegense consensum et sigillum ipsius Capituli exhibere et apponere deberent pactis superius expressis. Dictus vero Decanus respondit quod ipse super hujusmodi requisitione contulerat cum dicto ejus Capitulo et Concanonicis suis, et quod ipsi responderant quod hoc videbatur nimis durum pariter et injustum, eo quod Muta Scluse fuerat antiquitus Aquilegensi Ecclesiae concessa pro fabrica ipsius Ecclesie que ad presens indiget

non solum reparatione, verum etiam totali hedificatione a fundamento supra, cum dirupta sit et corruerit propter terremotum. Que quidem Ecclesia, si dictus Dnus. Dux tenere deberet juxta pacta premissa Mutam Scluse, numquam vel saltem temporibus suis rehedificaretur. Propter quod videntes quod pacta hujusmodi in dampnum et preiudicium non modicum Aquilegensis Ecclesie et ipsorum Dnorum. Decani, Canonicorum et Capituli redundabant, et de jure non procedebant, et quod ex hujusmodi consensu a Domino nostro Papa possent multipliciter reprehendi et privari eorum beneficiis, asserit et dixerunt quod eorum consensum pactis ipsis prebere nullatenus intendunt.

Actum Utini in Palatio Patriarchali.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

735

Anno 1352.

Senza altra nota cronica e senza luogo.

Re Carlo della Casa di Luzemburgo conferma ad Antonio da Chiozza Vescovo di Trieste, le donazioni dei Re ed Imperatori.

(Da copia antica nell' Archivio Capitolare di Udine comunicata dall' Abb. G. Bianchi).

In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Karolus divina favente clementia etc. Si sanctis ac venerabilibus locis digna conferimus munera anime nostre proficuum esse non ambigimus. Quocirca omnium Sancte Ecclesie Dei fidelium nostrorum presentium simul et futurorum comperiat universitas, qualiter interventu ac petitione venerabilis fratris dilecti Nicolai Patriarche Aquilegensis, ac pro Dei amore, animaeque nostri patris nostraeque remedio, per hoc nostrum preceptum, prout juste et legaliter possumus inherentes vestigiis Romanorum et Regum Predecessorum nostrorum concedimus, donamus, largimur atque offerimus Ecclesie Beate Dei Genitricis et Virginis Marie, Sancti Justi Martiris que caput sunt Tergestini Episcopatus, cui preest Venerabilis vir Antonius noster dilectus fidelis, omnes res juris nostri atque districtus et publicam querimoniam, ac merum et mixtum Imperium, et Regalia, et quidquid publice parti nostre rei pertinere videtur tam infra eandem Tergesti civitatem conjacentis, quam que extra, circumcirca, et undique versum tribus miliariis protentis; nec non et murum ipsius civitatis, et totam per circuitum cum turribus, portis et posterulis, et quidquid, ut dictum est ad partem nostre Reipublice inibi pertinere videtur. Precipientes itaque jubemus ut nulla Regni nostri magna atque parva persona in prelibata Tergestina civitate curata aliquod vectigal, aut aliquam publicam functionem exigere audeat, neque de foris, ut dictum est tribus miliariis undique versum protentis; nec alicujus auctoritate Principis placitum custodiat, nec ante aliquem distringatur, nisi ante pretaxatum Antonium Episcopum, suosque successores ad partem predicte Ecclesie aut eorum Missos tamquam ante nos, aut ante nostri Comitis presentiam Palatii: et quidquid nostre publice rei parti usque modo pertinuisse videtur, ipsi quos prediximus ad partem predictarum Ecclesiarum procurent in perpetuum et fruantur omnium hominum contradictione remota, non obstantibus quibuscumque venditionibus et alienationibus factis per aliquos Episcopus Tergestinos, que in prejuditium juris nostri fieri nullatenus potuerunt, de habundantiori quoque liberalitatis nostre gratia concedimus, largimur, donamus atque offerimus eidem Episcopus, suisque successoribus pro parte sepe dicte Ecclesie castrum Umagense, Siparium, Fontanam Georgicam, Castrum Vermes, Insulam Paciani, et Castrum de Mucho: nec non et omnia alia bona temporalia Ecclesie Tergestine, que nunc juste tenet et possidet, et que justo

titulo poterit in antea adipisci: cum omnibus suis territoriis, districtibus, silvis et nemoribus, montibus, vallibus et piscationibus, aquis aquarum decursibus, et cum omni mero et mixto Imperio; et cum omnibus juribus et pertinentiis suis, ut liceat eidem Episcopo et suis Successoribus undecumque potuerint homines atrahere et collocare supra ejusdem Ecclesie terras ad laborandum et commendandum. Si quis igitur hujusmodi nostri precepti violator extiterit, cognoscat se compositurum auri optimi libras mille, medietatem Camere nostre, et medietatem predicte Ecclesie atque Antonio ejusdem Venerabili Episcopo dilecto fideli nostro, suisque successoribus.

Insuper cum Iuda et Saphyra in eterno incendio habeat portionem. Quod ut verius credatur, diligentiusque ab omnibus observetur manu nostra propria roborantes, anulo nostro subter insigniri jussimus signum etc.

Neghiamo la sincerità di questo diploma, che fu veduto in copia soltanto, e che crediamo fatto per occasione; riconosciamo che sia Carta simulata nel 1352, simulata non già dal Vescovo Antonio de Negri, ma da qualche zelatore delle ragioni di questi. La Carta spiega lo stato delle questioni di quel tempo: Appunto nel 1352 Antonio Negri voleva ricuperare la Signoria di Trieste, aveva fatto querimonie al Pontefice, aveva interdetta la città, scomunicati gli abitanti; un menare di armi era imminente. Furono rimesse le questioni ad arbitri, che furono quindici, il laudo loro, o composizione fu in favore della città.

Il supposto diploma non è poi che la letterale ripetizione di quello di Re Lottario del 948 con interpolazioni, quali sono = *il mero e misto imperio, e le regalie* = *la annullazione delle alienazioni fatte dai Vescovi* = *l' enumerazione dei luoghi di dominio dei Vescovi* = fra queste il *castello di Montecavo* del quale in niun altro diploma si fa menzione; ed il quale comincia a figurare nelle Carte triestine appena col 1200. *K.*

Tipografia del Lloyd Austriaco.

938

Anno 1352.

1. Marzo, Indizione V. Udine.

Patriarca Nicolò nomina a Vicario in Trieste il Vescovo Giovanni di Cittanova per l'assenza di Vescovo Antonio Negri e per le agitazioni civili.

(Archivio Capitolare).

Nicolaus Dei gra. sancte sedis aquileg. patriarcha. Ven. in Xro. fratri Johanni Epo Emon. Suffraganeo nostro. Salutem et sinceram in Domino caritatem. Incumbent nobis officii continua solicitudo et meditatio nos propulsat ut ubi et quando ecclesie nostre tam metropolitica quam ordinaria auctoritate comisse regimini ex incuria aut negligencia regencium deffectus paciantur notabiles per quos ipsis ecclesiis et populis eis subditis evidencia dispendiatam in spiritualibus quam temporalibus ac dampna irreparabilia imminent hujusmodi occuramus defectibus et eisdem ecclesiis earumque populis per nos aut personas idoneas provideamus de remedio salutari.

Cum itaque non sine cordis amaritudine accepimus ecclesia tergestina nostre Aquilegens. provincie que ex specialis prerogative privilegio nostre protectioni commissa est, propter absentiam ven. fratris nostri Anthon. Epi tergest. et aliquorum qui deum non timent nec homines reverentur incursionem et affectatam maliciam infinitis sit oppressa dispendiis et jacturis et in majora incidet nisi celeriter ovietur. Nos de industria et circumspectione fraternitatis vestre plenam in domino fiduciam obtinentes vos in ipsa ecclesia tergestina et ejus civitate et diocesi facimus et constituimus in pontificalibus, spiritualibus, et temporalibus auctoritate metropolitica vicarium generalem vobis exercendi pontificalia, regendi et gubernandi dictam ecclesiam et ejus dioc. in spiritualibus et temporalibus et quecumque alia faciendi que ad hujusmodi vicariatum spectant officium nec non contradictores et rebelles censura ecclesiastica et temporali districtione compellendi auctoritate predicta metropolitica tenore presentium concedimus potestatem. Mandantes universis et singulis dictarum civitat. et dioc. tergestin personis ecclesiasticis et secularibus cujusque status et condicionis existant et eis districtius injungentes quatenus vobis in omnibus spectantibus ad vicariatus officium supradictum fideliter pareant et intendant. Alioquin omnis processus et sentencias quos et quas feceritis et tuleritis in rebelles ratos et ratas habebimus et faciemus eos et eas usque ad satisfactionem condignam auctore Domino inviolabiliter observare. In testimonium presentes fieri jussimus nostri sigilli appensione munitas.

Data in Castro nostro Utini die primo mensis Marcii Anno dominice nativitatis Millo trecentesimo quinquagesimo secundo. Indictione quinta.

L' occasione di deputazione di Vicario ecclesiastico dato da Patriarca Nicolò della Casa reale boema di Luzenburgo, furono le gravissime discordie civili avvenute in quest' anno medesimo nella città di Trieste. I brandelli delle storie triestine dettate da Andrea Rapicio nel 1565, pubblicate nello stampato in onore dei tre Vescovi di Trieste Piccolomini, Rapicio e Scarlichio, registrano del Vescovo Antonio Negri: *Maximae inter hunc Praesulem et Tergestinos controversiae de vectigalibus, de Arce Mocco, atque aliis Ecclesiae bonis sive illi ademptis, sive interceptis existerunt — ita ut ad bellum propemodum aliquod res spectare videretur. — Patriarcha Aquilejensis Episcopum hunc acriter tuebatur, qui forte hac ratione urbis dominatum affectabat, tandem anno 1352 per Sindicos utrinque delectos transacta et composita fuit.*

Rapicio che scrisse ducent' anni dopo l' avvenuto ed ebbe sott' occhio, come è a credersi, le carte dell' Archivio Episcopale, rileva che non il Negri solo fosse in contenzione per ricuperare i diritti laici dell' Episcopato, ma il Patriarca medesimo, che aspirava a dominio della città, maggiore e più diretto che non l' alto a lui spettante siccome Marchese dell' Istria. Vescovo Negri otteneva nel 1352 da Imperatore Carlo IV conferma di tutte le concessioni ed investiture fatte dai Re e dalli Imperatori ai Vescovi di Trieste; portò costantemente il titolo di Conte di Trieste, imitato in ciò dai successori.

Patriarca Nicolò nel 1354 otteneva dallo stesso Imperatore, suo fratello carnale, il Vicariato imperiale sulla città e sul distretto di Trieste, mentre i Triestini pensavano darsi in soggezione allo Imperatore.

Patriarca Nicolò aveva dato investitura ai Duchi d' Austria di Venzone, di Vipacco, e d'altre terre e castella, da cui forse le *bona jura* di questi su Trieste, delle quali si fa menzione nell' Atto di dedizione del 1382.

Non sembra che il Patriarca favoreggiasse le ragioni o pretensioni di Vescovo Negri, se dava Vicario per l' Episcopato.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

732

Anno 1352.

10 Marzo, Indizione V. Udine.

Patriarca d' Aquileja Nicolò, fratello di Imperatore Carlo IV, ritiene in suo Vicario nello spirituale Fra Pietro Vescovo di Sfacia nell' Albania.

(Archivio Capitolare di Trieste).

Nicolaus Dei gratia Patriarcha Aquilegensis.

Carissimi filii. Quia frater Petrus Episcopus Suacens, nobis de promotione sua fecit per litteras apostolicas fidem legitimam non tantum de consecrationis munere sibi impenso quamvis se offerrat ostensurum deliberatione habita diligenti et maturo consilio decrevimus ipsum fratrem Petrum Vicariatus officium in spiritualibus dumtaxat exercere. In pontificalibus vero et temporalibus donec aliud deliberatum et ordinatum fuerit omnem sibi adimimus potestatem.

Datum in Castro nostro Utini die X mensis Martii, Indictione V.

Dilectis in Christo filiis Decano et Capitulo Ecclesiae Tergestinae.

(Sigillo in cera impresso).

La Diocesi di *Sfacia* era piccola, posta fra le Diocesi di Antivari, Scutari e Dolcigno, e dura un villaggio di tale nome. Il Farlati registra questo Fra Pietro cui pone il numero di II, ed il XII in serie dei Vescovi, senza indicare di lui altro se non che nel 1363 era in Avignone alla Corte del Pontefice Urbano V che era francese, nel 1368 inviato a Roma dai tre Conti o Suppani di Zenta. Lo crede morto intorno il 1372.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1352.

26 Marzo, Indizione V. Udine.

Comissione di Patriarca Nicolò al Vescovo di Cittanova Giovanni, Vicario episcopale in Trieste durante l' assenza di Vescovo Antonio Negri.

(Archivio Capitolare).

Frater Johannes Dei et apostolice sedis gratia Episcopus Emoniensis nec non Reverendissimi in Christo patris et domini domini Nicolai sancte sedis Aquilegensis dignissimi Path. in Eccl. terg. et tota ejus dioc. Vicarius generalis et per dictum dom. Path. visitator constitutus in dicta Eccl. terg. et ejus dioc. Universis et singulis Abbatibus decanis Archipresbit. prepositis Canonicis Capplis. Rectoribus vicariis Cappellanis et clericis cujuscumque conditionis status existant in civitate et diocesi terg. presentibus et absentibus Salutem in domino sempiternam. Nover. nos a prefato Do. Path. Recepisse literas in hac forma.

Nicolaus Dei Gratia Sancte sedis Aquileg. path. Venerabili in X. fratri Johanni Epo Emonen. Suffraganeo nostro Salutem et sinceram in domino caritatem. Cum pridem quondam Guido decanus Aquilegensis de nostris speciali mandato et commissione in ecclesia tergest. et ejus diocesi visitationis officium exercuerit et aliqua superfuerint corrigenda et reformanda que per nominatum decanum morte preventum corrigi et reformari minime potuerit. Postquam sicut ad nostrum pervenit non sine turbatione auditum per clerum civitatis et dioc. multae insolencie fiant in divini cultus diminucionem et statum et honorem ordinis clericalis, Nos qui aliis exceptum bonis debemus tribuere nollentes insolencias hujusmodi modo aliquo tollerare et de nostre fraternitatis industria plenam in domino fiduciam obtinentes vobis present. tenor comittimus et mandamus quatenus ad predictam p..... accedentes si qua forte per dictum decanum in visitatione hujusmodi est omissum, auctoritate nostra reformare curetis, et si quae forte de novo corrigenda reformanda aut emendanda fuerint corigatis et emendatis. Et omnia et singula faciatis et exerceat. sup. visitacione hujusmodi exercenda que nos facere possemus. Super quibus hac vice tantum vobis plenam concedimus potestatem. Data in Castro nostro Utini die XXVI Mensis Martii Anno dominice nativitatis millesimo trecentesimo quinquagesimo secundo. Indictione quinta.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1352.

1. Luglio, Indizione V. Udine.

Marchese Governatore d' Istria Moroelo di Luca investe Nicolò del fu Pietro del feudo di Pietrapelosa nell' Istria.

(Dai Protocolli del Nodaro Gubertino di Novate).

In Christi nomine Amen. Anno nativ. ejusdem Millesimo tercentesimo quinquagesimo secundo, Indictione quinta, die primo mensis Julii, presentibus Venerabile in Christo Patre Domino Fratre Johanne Dei gratia Episcopo Emon. Nobilibus Viris Luisio filio Domini Carlavarii de la Turre, Odorico qu. Arthici de Prampergo, Corradono de Maniaco, et Ossalco qu. Ottonis de Grisignana testibus, et aliis. Coram Nob. Viro Domino Moroelo de Lucha Marchione Istrie ac Magistro Curie Reverendissimi in Christo Patris et Domini Domini Nicolai Dei gratia S. Sedis Aquilegens. Patriarche commissionem ad infrascripta ab eodem Domino Patriarcha habente prout de commissione hujusmodi constat publico instrumento scripto anno et indictione predictis die vigesimo mens. April. manu Pauli qu. Magistri Johannis de Mutina Imperiali auctoritate Notar. et a me infrascripto Notario viso et lecto, constit. Nob. Vir Nicolaus qu. Domini Petri de Petra pillosa Vassallus Ecclesie Aquileg. humiliter supplicavit eidem Domino Jacobo Moroelo ut ipsum de Feudis suis que habet ab Ecclesia Aquileg. investire benignius dignaretur, dictus vero Dominus Jacobus ejus supplicationibus inclinatus credens, et sperans quod fidelis, et legalis erit predicto Domino Patriarche et Aquileg. Ecclesie vigore commissionis predicte nomine prefati Domini Patriarche ipsum Nicolaum de Petra pillosa pro se et suis heredibus recipientem de omnibus suis feudis antiquis justis, et legalibus eo jure quo sui Progenitores, et ipse illa antiquitus habuerunt ab Ecclesia supradicta de speciali gratia non obstante quod transactus sit annus infra quem predictus Nicolaus petere debuit investituram hujusmodi feudorum per fimbriam sue guarnachie presentialiter investivit, salvo jure Aquileg. Ecclesie et omnium personarum, mandans ei sub debito prestiti juramenti quod usque ad unum mensem proximum futurum, prefato D. Patriarche in scriptis tradat omnia sua feuda supradicta. Actum Utini in Palatio Patriarchali.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1352.

1. Ottobre, Indizione V.

Patriarca Nicolò di Luzemburgo convoca Consiglio de' Consiglieri del Friuli; si fissa la tangente ad ogni terra della Chiesa Aquilejese, e specie d' armati a carico dei singoli vassalli, e ciò per occasione di Albona sorpresa da nemici.

(Archivio domestico de' Conti Portis di Cividale; carte Mons. Guerra).

Millesimo tricentesimo quinquagesimo secundo, indictione quinta, die lune, primo Octobris. Convocato et congregato Consilio consiliariorum Forijulii in presentia Reverendissimi in Christo Patris Domini Domini Nicolai patriarche Aquilegensis. In quo quidem Consilio interfuerunt Venerabilis in Christo Pater Dominus Frater Petrus Episcopus Concordiensis ac Nobiles et discreti viri Domini Frater Guido Abbas Mosacensis, Gambinus de Cremona canonicus Aquilegensis, Nicolaus de Lafratina, Francischus de Sbroiavacha, Conradus Boiani milites, Bianchinus de Prata, Henricus de Strasoldo, Henricus de Spilimbergo, Maynardus de Villalta, Ricardus de Tercano, Simon de Cuchanea, Franciscus de Coloreto, Simon de Pulcinicho, Dietalmus de Pers, Castonus de Savorgnano, Nicolussius Arponus, Jacobus de Glemona Jurisperitus, ac etiam Dominus Cinus Petrus de Luca, et Johannes de Gisono. Prefatus Dominus Patriarcha proposuit qualiter novissimis diebus nonnulle Gentes attemptaverunt intrare terram suam Albone furtivo modo, sed primitus nequiverunt suum propositum adimplere. Postea vero quedam Gentium quantitas furtive et prodictorie intravit nocturno tempore dictam terram volens eam eidem et Aquilegensi ecclesie subripere; sed fideles sui intrinseci de Albona viriliter resistentes, et gentes ipsas cum personarum dampno et vituperio exeiecerunt, captis aliquibus, et justitia de ipsis facta. Subsequenter Dominus Herchandus de Veisneter Capitaneus Portusnaonis pro Domino duce Austrie propria auctoritate et indebite spoliavit fideles ipsius Domini Patriar. de Prata eorum possessione cujusdam ville, et ipsam magnam armentorum quantitatem derobavit, multaque alia inferre minatur in dampnum et preiudicium Aquilegensis Ecclesie et ejus fidelium subditorum, que tantummodo credit idem Dominus Patriarcha procedere de voluntate Domini Ducis prefati; pro quibus quidem violentiis et offensis nichil contra ipsarum auctores novi obtemptare hucusque voluit propter mandatum sibi factum ex parte Domini nostri Romani Regis continens quod ipse Dominus Patriarcha sibi quantum poterat precaveret ne aliquid innovaret propter quod guerra seu commotio posset in hac patria suscitari. Petiit autem pse Dominus Patriarcha sibi per dictos consiliarios consuli quid agendum foret in premissis pro conservatione honoris sui ac boni status patrie et fidelium suorum. Dicti vero consiliarii premissis

omnibus et singulis auditis et super ipsis deliberatione habita diligenti consuluerunt eidem Domino Patriarcha quod guerram et discordiam debeat quantum poterit evitare, et ut melius fieri posset, requirat Dominum de Lecimberch missum per prefatum Dominum Regem ad partes istas, et qui ejusdem Domini Regis personam representat, quod ipse se interponat de tractando concordiam super premissis et si concordia fieri possit cum honore dicti Domini Patriarche bene quidem; sin autem ordinet dictus Dominus Patriarcha quod omnes sui subditi statim parati sint cum equis et armis ad defendendum et resistendum ne Aquilegensis Ecclesia et ipsius fideles sic indebite opprimantur, et ad hec prosequenda obtulerunt totaliter posse suum, et quia postquam facta fuit antiqua impositio Talie militie Forijulii quamplures ex fidelibus Aquilegensis Ecclesie depauperati erant, propter que non poterant servire cum dicta Talia, et aliquii erant ditati, quibus tantum non extiterat imposita majori militie Talia, consuluerunt quod examinetur impositio ipsa atque addatur ditioribus et diminuatur depauperatis prout equitas sua debet; et sic statim elegerunt ad examinationem et ordinationem ac reformationem dicte Talie augende et diminuende quibus videbitur faciendum Dominum Abbatem Mosacensem Nicolaum de Lafratina Henricum de Strasoldo, Ricardum de Tercano, Franciscum de Coloreto, Benvenutum de Flagonia Civem Aquilegensem, Castonum de Savorgnano, Nicolussum de Ponte de Civitate, et Magistrum Jacobum de Glemona predictos, quibus potestatem tradiderunt addendi et diminuendi omnibus et singulis fidelibus Aquilegensis Ecclesie de dicta Talia militie ut convenientius videbitur expedire.

Post meridiem vero die predicta, prefati novem electi una cum Johanne de Gissono ad hoc deputato et misso per prefatum Dominum Patriarcham convenientes in unum in domo Fratrum Predicatorum de Utino, habita deliberatione diligenti ac respectu habito ad facultates omnium et singulorum qui servire debent eum Talia militie, reformaverunt dictam Taliam in hunc modum videlicet imprimis quod Dominus Patriarcha predictus habeat suam Taliam militie consuetam scilicet XI elmos et X balistrarios.

Item Dominus Episcopus Concordiensis qui antea serviebat cum octo elmis et duobus balistrariis, ut decetero serviat ecclesie Aquilegensis cum X elmis et II balistrariis.

Item Capitulum Aquilegense cum X elmis et II balistrariis juxta impositionem antiquam.

Item Abbas Beleniensis cum elmis II juxta impositionem antiquam.

Item Prepositus Sancti Felicis vel S. Stephani Aquilegensis elmos III et balistrarium unum juxtam impositionem antiquam.

Item Monasterium majus Aquilegense cum elmis II et balistrariis II juxta impositionem antiquam.

Item Abbas Monasterii Rosacensis, qui antea serviebat cum tribus elmis et balistrariis I, de cetero serviat cum elmis III et balistrariis I.

Item Abbas Monasterii Mosacensis qui antea serviebat cum elmis III et balistrariis I, de cetero serviat cum elmis III et balistrariis II.

Item Abbas Sextensis qui antea serviebat cum elmis IIII et balistrariis I de cetero serviat cum elmis IIII et balistrariis II.

Item Capitulum Civitatense cum elmis X et balistrariis II juxta impositionem antiquam.

Item Monasterium majus Civitatense cum elmis I et balistrariis I juxta impositionem antiquam.

Item Prepositus Sancti Oderici super Tulmentum cum elmis III juxta impositionem antiquam.

Item Prepositus Carnee cum elmis I juxta impositionem antiquam.

Item Domini de Prata cum elmis XVI et balistrariis V juxta impositionem antiquam.

Item Domini de Pursiliis cum elmis XVI et balistrariis V juxta impositionem antiquam.

Item Domini de Pulcinicho cum elmis VIII et balistrariis IIII juxta impositionem antiquam.

Item habitatores de Haviano cum elmis II et balistrarjis I juxta impositionem antiquam.

Item illi de Monte Regali cum elmo I et I balistrario quia eis fuit diminutus unus elmus propter statum deterioratum.

Item illi de Maniacho cum elmis III et balistrariis quia sunt eis additi duo balistrarii propter eorum statum augmentatum et melioratum in bonis suis.

Item illi de Pinzano seu qui tenent castrum ipsum cum elmis II juxta impositionem antiquam.

Item illi de Toppo cum elmis I et balistrariis I juxta impositionem antiquam.

Item illi de Spignimbergo et Zuchula cum elmis XIIII et balistrariis IIII quia sunt eis additi duo elmi et II balistrarii propter eorum statum in divitiis et potentie augmentatum.

Item habitatores de Sancto Vito cum II elmis et uno balistrario juxta impositionem antiquam.

Item illi de Sbrogliavacha cum elmis III et balistrariis I juxta impositionem antiquam.

Item illi de Salvarolo cum uno elmo et balistrario I, juxta impositionem antiquam.

Item illi de Laurenzaga cum elmis III juxta impositionem antiquam.

Item habitatores Medune cum elmis II, quia eis est diminutus unus elmus propter statum ipsius terre deterioratum.

Item illi de Azano cum uno balistrario quia de uno elmo sunt reducti ad unum balistrarium propter eorum statum deterioratum.

Item illi de Gruario cum elmo I juxta impositionem antiquam.

Item illi de Fratina cum elmo I.

Item Dominus Nicolaus de la Fratina cum uno elmo et uno balistrario quia status ejus est melioratus et augmentatus in bonis.

Item illi de Flagonia, seu qui tenent castrum ipsum, cum uno elmo juxta impositionem antiquam.

Item illi de Villalta et Cauriaco cum elmis X et balistrariis II, quia eis sunt diminuti duo elmi et duo balistraria propter eorum statum deterioratum.

Item habitatores de Faganea cum elmo I et Vidulus de Buia habitator Faganee cum I balistrario.

Item illi de Tercano et Murucio cum elmis XII et balistrariis IIII juxta impositionem antiquam.

Item illi de Castillerio cum elmo I et balistrario I quia sunt eis diminuti unus elmus ei unus balistrarius propter eorum statum deterioratum.

Item illi de Brazzaccho superiori et inferiori cum elmo I et balistrario I juxta impositionem antiquam.

Item illi de Fontebono cum elmo I et balistrario I, quia sunt eis diminuti duo elmi propter corum statum deterioratum.

Item illi de Coloreto cum elmis XII et balistrariis IIII.

Item illi de Mels cum elmis II et balistrariis II.

Item illi de Pers cum elmis II et balistrariis II.

Item illi de Suzaw cum elmo I.

Item illi habitatores de Sancto Daniele cum elmis IIII et balistrariis II.

Item Coradella de dicto loco cum elmo I, et filii quondam Domini Barchin de ipso loco cum elmis II, quia ipsorum status est augmentatus et ditatus.

Item illi de Ragonea cum elmis II et balistrariis II juxta impositionem antiquam.

Item illi de Prampergo cum elmis VI et balistrariis III quia sunt eis diminuti tres elmo propter eorum statum deterioratum.

Item illi de Cassaco seu qui tenent locum et bona eorum cum elmo I juxta impositionem antiquam.

Item habitatores de Artenea cum balistrario I juxta impositionem antiquam.

Item Osopum cum elmo I et balistrario I.

Item illi de Cassaco cum balistrario I, quia de uno elmo reducti sunt ad unum balistrarium, propter eorum statum deterioratum.

Item illi de Vendoy cum elmo I et balistrario I juxta impositionem antiquam.

Item habitatores de Buja cum elmo I et balistrario I juxta impositionem antiquam.

Item habitatores de Attens cum elmis II et balistrario I juxta impositionem antiquam.

Item habitatores de Tricesimo cum elmo I.

Item illi de Cucanea Partastayne et Valvasono cum elmis XVI et balistrariis IIII juxtam impositionem Sorphumberch.

Item illi de Strasoldo cum elmis X et balistrariis IIII juxta impositionem antiquam.

Item illi de Manzano cum elmis IIII et balistrariis I juxta impositionem antiquam.

Item Dominus Nicolaus dictus Marvellus de Luca pro Castro de Invilino cum elmis II.

Item illi de Budrio cum elmo I juxta impositionem antiquam.

Item illi de Varmo cum elmis II et balistrario I, quia est eis diminutus unus elmus propter statum eorum deterioratum.

Item Dictalmus de Varmo inferiori cum elmo I juxta impositionem antiquam.

Item illi de Zellacho cum balistrario I juxta impositionem antiquam.

Item illi de Cerneu cum elmo I et balistrario I juxta impositionem antiquam.

Item Commune Civitatis Aquilegie cum elmis IIII et balistrariis IIII, quia sunt sibi diminuti IIII elmi propter ipsius statum deterioratum.

Item Commune Civitatis Austrie cum elmis XVIII et balistrariis VI quia sunt eis diminuti elmi VIII et balistrarii II, videlicet intrinsecis et extrinsecis, propter statum dicte terre deterioratum.

Item Commune Glemone cum elmis XII et balistrariis IIII juxta impositionem antiquam.

Item Commune Utini et illi de Savorgnano cum elmis XLV et balistrariis XXV quia sunt eis additi V elmi et XV balistrarii propter eorum statum augmentatum et melioratum.

Item habitatores de Montefalcone cum elmis III juxta impositionem antiquam.

Item habitatores de Tulmecio cum elmis II et balistrariis I quia est eis additus unus balistrarius propter eorum statum augmentatum.

Item Commune Sacili cum elmis IIII quia sunt sibi additi duo elmi.

Item habitatores Canipe cum elmis II juxta impositionem antiquam.

Item illi de Soclevo, Gortho et Luientz cum elmis II.

Item illi de Los cum elmo I juxta impositionem antiquam.

Item habitatores de Mossa cum elmo I juxta impositionem antiquam.

Item habitatores de Wipacco cum elmis III juxta impositionem antiquam.

Item Domini de Petra-pilosa cum elmis III et balistrario I juxta impositionem antiquam.

Item Domini de Pola cum elmis VI et balistrario I juxta impositionem antiquam.

(caetera desunt.)

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

741

Anno 1354.

XI Kal. Feb. Ind. VII. Francoforte.

Re Carlo IV dei Romani e di Boemia concede il Vicariato Imperiale di Trieste al Patriarca di Aquileja Nicolò suo fratello.

(Archiv für Süddeutschland p. 284).

Karolus Dei gracia Romanorum rex, semper augustus et Boemiae rex venerabili Nicolao Patriarchae Aquilegiensi, principi et fratri nostro Karissimo, graciam regiam et omne bonum. De fide et devotionis tuae constancia plurimum presumentes, volentesque partes regiae celsitudinis, tuis humeris imponere, tibique impartiri aliquid de eisdem, provida deliberatione nostra, et nostrorum principum et procerum praehabita, te vicarium nostrum et sacri romani imperii in civitate districtu et pertinenciis Triesti in foro Julii sitis, constituimus eligimus et creamus, concedentes et commitentes tibi omnem et plenariam potestatem, Baiilam et Jurisdictionem in eisdem omnia et singula faciendi quae circa praemissum vicariatus officium, fuerint oportuna, dum tamen juris et rationis ordinem non excedas. Approbantes ex nunc prout ex tunc ex certa nostra scientia, quaecumque rite et legitime per te gesta, administrata seu facta fuerint quovismodo. Nulli igitur homini, liceat anc constitutionem seu institutionem nostram infringere aut ei ausu temerario quomodolibet contrariare, si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem Regiam et poenas gravissimas, pro motu regio infligendas se noverint inremissabiliter incursurum. Praesentibus dumtaxat ad nostrum beneplacitum duraturis, praesentium sub nostrae majestatis sigillo, testimonio litterarum. Datum Frankenfurt. Anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quarto. Indictione VII, VI Kalendas Februarii. Regnorum nostrorum anno octavo.

Per dominum regem W.

L'indicazione che Trieste fosse posto nel Friuli, deve dirsi equivoco della Cancellaria di Re dei Rom. Carlo IV, anzichè cangiamento nella geografia, quale allora e da tredici secoli in precedenza e da quatro di poi, era costantemente seguita — Trieste è sempre annoverata fra le città dell'Istria, anzi una delle sei. La autopolitia in cui fu posta non la traspose in altra provincia; prendeva sede nei placiti istriani, non ha mai avuto sede nel Parlamento del Friuli, come ricusò di prendere posto fra li Stati della Duchea del Carnio.

Non v'ha motivo a dubitare che Re Carlo IV intenda veramente la città di Trieste, e che colla attribuzione del Vicariato imperiale al Patriarca, abbia se non esautorato il Conte di Trieste, certamente depresso; i Patriarchi posteriori, Lodovico e Marquardo non dubitarono di essere Signori di Trieste.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1354.

IX. Kalendas Marcii. — Avinione.

Papa Innocenzo VI trasferisce Vescovo di Pedena Demetrio dei Matafori all' Episcopato di Nona.

(P. Agostino Theiner, *Vetera Monumenta Slavorum Meridionalium*).

Innocentius Episcopus etc. Venerabili fratri Demetrio Episcopo Nonensi, salutem etc. Quam sit onusta dispendiis etc. Dudum siquidem bone memorie Iohanne Episcopo Nonensi regimini Nonensis ecclesie presidente, Nos cupientes eidem ecclesie, cum eam vacare contingeret, utilem et fructuosam per apostolice sedis providenciam preesse personam, provisionem eiusdem ordinacioni et disposicioni nostre ea vice duximus specialiter reservandam, decernentes extunc irritum et inane, si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum vero dicta ecclesia per obitum ipsius Iohannis Episcopi, qui extra Romanam curiam debitum nature persolvit, pastoris solacio destituta, nos vacacione huiusmodi fidedignis relatibus intellecta ad provisionem ipsius ecclesie celerem et felicem, de qua nullus preter nos se hac vice intromittere potuit neque potest, reservacione et decreto obsistentibus supradictis, ne dicta ecclesia longa vacationis deploraret incommoda, paternis et solicitis studiis intendentes, cupientes quoque ipsi ecclesie Nonensi talem preesse personam, que sciret, vellet et posset eam preservare a noxiis et adversis, et in suis manutenere iuribus et etiam adaugere, post deliberacionem, quam super hiis cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te tunc Episcopum Petinensem, consideratis grandium virtutum tuarum meritis, quibus personam tuam altissimus insignivit, et quod tu Petinensi ecclesie hactenus laudabiliter prefuisti, convertimus oculos nostre mentis. Intendentes itaque tam dicte Nonensi ecclesie quam gregi dominico eiusdem salubriter et utiliter providere, te a vinculo, quo ipsi Petinensi ecclesie, cui tunc preeras, tenebaris, de dictorum fratrum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, te ad prefatam Nonensem ecclesiam trasferimus, teque illi preficimus in Episcopum et pastorem, curam et administrationem eiusdem Nonensis ecclesie tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, liberamque tibi dando licenciam ad prefatam Nonensem ecclesiam transeundi, firma spe fiduciaque conceptis quod, dirigente divina clemencia actus tuos, prefata Nonensis ecclesia per tue industrie et circumspectionis fructuosum studium regetur utiliter et prospere dirigetur, grataque in eisdem spiritualibus et temporalibus, auctore domino, suscipiet incrementa. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus ad dictam Nonensem ecclesiam cum gracia nostre benedictionis accedens, curam et administracionem predictas sic exercere studeas solicite, fideliter et prudenter, quod eadem Nonensis ecclesia per tue cooperacionis ministerium votivis iugiter proficiat commodis, et successibus prosperis augeatur, ac tu proinde divinam, prefate sedis et nostram benedictionem et graciam uberius consequi merearis. Datum Avinione VIIII. Kalendas Marcii, Pontificatus nostri Anno Secundo.

In e. m. Dilectis filiis Capitulo ecclesie Nonensis, Cleri et populo Civitatis et diocesis Nonensis, et Venerabili fratri .... Archiepiscopo Spalatensi.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

243

Anno 1354.

V. Kal. Aprilis. — Avinione.

Papa Innocenzo VI trasferisce in Pedena il Vescovo di Cervia Nicolò.

(P. Agostino Theiner, *Vetera Monumenta Slavorum Meridionalium*).

Innocentius Episcopus etc. Venerabili fratri Nicolao Episcopo Petinensi, salutem etc. Quam sit onusta dispendiis etc. Nuper siquidem ecclesia Petinensi ex eo pastoris solatio destituta, quod nos Venerabilem fratrem nostrum Demetrium Nonensem, tunc Petinensem, Epum. extra Romanam curiam existentem a vinculo, quo tenebatur eidem Nonensi ecclesie, cui tunc preerat, de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, ipsum ad Nonensem ecclesiam tunc vacantem duximus transferendum, preficiendo eum ipsi Nonensi ecclesie in Episcopum et pastorem: Nos volentes eidem Petinensi ecclesie, ne dispendia longe vacationis incurreret, paterna solicitudine precavere, cum nullus preter nos hac vice de ipsius ecclesie Petinensis ordinatione se intromittere possit, pro eo quod nos diu ante vacationem huiusmodi eiusdem Petinensis ecclesie provisiones omnium Cathedralium ecclesiarum per translationes, per nos tunc inantea faciendas, de prelatis earum ubicumque existentibus tunc vacantium, et imposterum vacaturarum dispositioni nostre duximus reservandas, decernendo extunc irritum et inane, si secus super hiis per quoscunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari, post deliberationem, quam de preficiendo eidem Petinensi ecclesie personam utilem et etiam fructuosam cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te tunc Cervicensem Episcopum, consideratis grandium tuarum virtutum meritis, quibus personam tuam divina gratia insignivit, et quod tu regimini Cervicensis ecclesie hactenus utiliter prefuisti, dictam Petinensem ecclesiam scies, et poteris, auctore domino, utiliter regere et feliciter gubernare, aciem nostre mentis duximus dirigendam. Intendentes itaque tam dicte Petinensi ecclesie quam eius gregi dominico salubriter providere, te a vinculo, quo tenebaris eidem Cervicensi ecclesie, cui tunc preeras, de dictorum fratrum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, te ad dictam Petinensem ecclesiam transferimus, teque illi preficimus in Episcopum et pastorem, curam et administrationem dicte Petinensis ecclesie tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, liberamque tibi dando licenciam ad eandem Petinensem ecclesiam transeundi, firma ducti fiducia, quod tuos actus et opera illius clemencia dirigente, a quo universorum carismatum dona proveniunt, prelibate Petinensi ecclesie per tuam solertem diligenciam, tuumque ministerium studiosum honoris et prosperitatis multiplicium votiva pervenient incrementa. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus ad prefatam

Petinensem ecclesiam cum gratia nostre benedictionis accedens, curam et administrationem predictas sic diligenter geras et solicite prosequaris, quod ipsa Petinensis ecclesia gubernatori circumspecto et fructuoso administratori gaudeat se commissam, ac bone fame tue odor ex laudabilibus actibus latius diffundatur, tuque preter eterne retributionis premium nostre benedictionis augmentum ac ipsius sedis gratiam uberius consequi merearis. Datum Avinione V. Kal. Aprilis, Pontificatus nostris Anno Secundo.

In e. m. Dilectis filiis Clero et populo Civitatis et diocesis Petinensis, Venerabili fratri Patriarche Aquilegensi et Nobili viro Alberto Comiti Goricie et Tirolis.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1355.

22 Settembre, Indizione VIII. Varmo.

Pace tra Patriarca Nicolò e Conti Mainardo ed Enrico di Gorizia ad interposizione di Francesco da Carrara.

(Carli, Antichità italiche. Appendice).

Nos Nicolaus Dei gratia Sanctae Sedis Aquilejensis Patriar-cha notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod ob amorem, et benevolentiam, quam ad magnificos et potentes viros Dominos Mainardum, et Henricum fratres, Goritie et Tyrolis Comites, dicte Aquilejensis, Tridentine, et Brixinensis Ecclesiarum Advocatos, nec non ob affectionem Magnifici, et Potentis viri Domini Francisci de Carraria pro Imperiali Majestate Civitatis Padue districtus Vicarii Generalis amici, et fratris nostri carissimi, se interponentis pro pace, et concordia infrascripta, cum dictis Dominis Comitibus, et eorum fautoribus, et servitoribus quibuscumque, super omnibus litibus, et questionibus quacunque occasione inter nos, et ipsos hinc inde vertentibus Pacem, et firmam Concordiam perpetuo duraturam, fecimus, ac per presentes facimus, et promittimus in hunc modum pro ut in infrascriptis plenius, et per omnia continetur.

Primo videlicet quod nos, per nos, et nostros successores, ipsos Dominos Comites, et eorum haeredes libere, ac perpetuo in eorum advocatia nostri, et Aquilejensis Ecclesiae, et in omnibus juribus ad dictam Advocatiam spectantibus quocunque nomine censeantur pro ut antecessores, et progenitores eorum ipsam Advocatiam hactenus tenuerunt, nullo modo impediamus, nec in eadem Advocatia eis, vel eorum haeredibus aliquod dampnum inferamus, nec nos met, nec alicui alteri consentiemus clandestine, vel a parte, sed specialiter ipsos, et eorum haeredes, vel fratrem eorum Comitem Albertum si sine haeredibus ipsos decedere contingeret, quod absit, in dicta Advocatia, et ejus pertinentiis, et in omnibus aliis eorum juribus manutenebimus, protegemus fideliter, et deffendemus tanquam nostros, et nostrae Ecclesiae antedicte veros, et legitimos Advocatos ita, et taliter quod de dicta Advocatia, et juribus suis libere gaudere, frui, et uti valeant quacunque contradictione vel obstaculo penitus remotis per nos, et nostros servitores, et subditos quoscunque.

Item quod nos ipsis Dominis Comitibus compleamus per effectum omnia pacta ipsis per nos promissa in Boducis quam in littera per nos ipsis ibidem data plenius continetur, et si quae comissa forent contra pacta in predicta littera contenta emendentur.

Item quod nos tenemur eisdem Dominis Comitibus restituere partem ipsarum in Varmo.

Item quod nos tenemur praecipere effectualiter omnibus subditis, et servitoribus nostris quatenus predictis Dominis Comitibus, vel eorum alteri ostendant litteras, et jura sua super bonis ipsorum quod ab ipsis tenent in feudum, vel jure pignoris, quandocumque per eosdem Dominos Comites super ea fuerint requisiti, et si qua feuda, seu impignorationes per nos indebite occuparentur illa prosequi fovere debeamus, et nullatenus impedire absque fraude.

Item omnia bona Nobilium de Forojulio que per nos forent intromissa, et que habentur ab ipsis Dominis Comitibus in feudo, vel que per Progenitores ipsorum aut per ipsos forent impignorata quandocumque nos de juribus eorum per ipsos informabimus, libere restituire teneamur.

Item non debebimus, nec tenemur ipsos Dominos Comites impedire in bonis quorumcunque ipsorum servitorum de Castellutto, ubique, exceptis illis bonis que a nobis habentur in feudo.

Item quod a Civibus ipsorum Portulatis non recipiatur aliqua muta in locis nostris de caetero, cum per ipsos informati fuerimus quod hujusmodi mutam dare non teneantur.

Item quod Claustro de Butriulo predictorum Dominorum Comitum fondationi, per homines de Palazolo, aut alios servitores nostros de caetero non fiat aliqua injuria, vel gravamen, et si fieret procedere tenemur contra delinquentes usque ad integram satisfactionem.

Item quod si aliqua bona feudalia ipsorum Dominorum Comitum ab ipsis per nostros tempore debito non essent requisita, seu petita, vel que ad ipsos Dominos Comites essent devoluta, eadem Bona prosequi debent mediante justitia, et in eisdem bonis eos manutenere, fovere fideliter, et conservare tenemur.

Item debemus illis de Villalta, et de Castellerio, et aliis servitoribus nostris perpetua servitia que ipsis Dominis Comitibus per eosdem contra nos facta sunt, de caetero non inferre aliquam molestiam, seu indignationem occasione hujusmodi servitorum absque dolo, et fraude, et bona ipsorum ipsis restituere integre, et complete, ita quod ipsi de hujusmodi bonis frui, et gaudere valeant possessione pacifica.

Item quod relaxamus omnes servitores Dominorum Comitum, et absolvimus ab omnibus juramentis et promissis si qua per eosdem nobis facta fuissent.

Item remittimus omne dampnum quod nobis, et nostris illatum est tempore treguarum integrum, et completum.

Item omnes, et singulos carceratos per nos, et nostros detentos in Forojulio, Carsis, et Istria, subditos ipsorum Dominorum Comitum relaxamus pristine libertati.

Item si aliqua bona predictorum Dominorum Comitum, vel eorum subditorum per nos, vel nostros forent occupata, debemus illis quod petunt restitutionem dare terminos debitos, et etiam illis quod debent respondere et si petentes petunt ostendere juxta rationem quod contra jus sint expulsi, debemus ex nunc eosdem ponere in possessionem, et habita possessione illi respondeant per justitiam impetentibus eos salvis juribus omnibus, et monumentis, que habemus, vel habere videmur nos, et Aquilejensis Ecclesia in Castro de Petrapillosa, et suis pertinentiis et aliis quibuscunque, salvis etiam omnibus juribus, et monumentis que habent, et habere videntur Domini Comites antedicti super Dominium Vallis, Cadubrii, et Civitatis Venzoni, et suis pertinentiis.

Item si per nos, vel nostros subditos Dominis Comitibus, vel suis alique novitates, vel dampna insurgerent modo quocumque, hoc debent dicti Domini Comites vel quicunque erit loco ipsorum in Goritia nobis, aut alteri qui loco nostri erit in Forojulio significare, et de quacumque informabimus fuisse irrationabiliter, aut violenter factum, illud promittimus emendare infra tres menses totaliter, et complete postquam requisiti fuerimus super eo; si vero illud facere neglexerimus omne dampnum quod exinde dicti Domini Comites perciperent, illud teneremur sibi persolvere cum effectu obligantes ad hec omnia bona nostra, et prefate nostre Ecclesie Aquilejensis.

Item tenemur precipere Johanni de Stayngemberch ut dictis Dominis Comitibus restituat medietatem Castri ipsorum in Ratspurch cum aliis Villis ipsorum, et eorum servitorum, quos detinent occupatos; et si idem Johannes hoc facere recusaret, nos tenebimur prebere auxilium dictis Dominis Comitibus contra predictum Johannem juxta possibilitatem nostram.

Item promittimus dictis Dominis Comitibus quodcunque ipsi petent a Johanne de Stengenberch restitutionem bonorum, videlicet servitorum eorum, Enrici de Ratesperch, illorum de Cottuch, et Nicolussii qu. de Castro novo, si tunc idem Johannes eamdem restitutionem facere recusaret, ex nunc eidem Johanni nullum auxilium dare, et prebere debebimus contra Dominos Comites antedictos.

Item si aliquos fecissemus processus contra predictos Dominos Comites vel eorum servitores per querimonias seu excomunicationes vel alio modo quocumque, illos omnimode tenemur revocare, et per omnia presentibus revocamus, que quidem omnia, et singula suprascripta promittimus per fidem nostram remotis omni dolo, et fraude adimplere, attendere, ac inviolabiliter observare, et contra ea, seu earum aliquod per nos, seu alio modo aliquo nullatenus facere, vel contravenire.

In quorum omnium testimonium presentes fieri jussimus nostri sigilli appositione munitas.

Datum in Monasterio Sancte Mariae prope Varmum, die XXII mensis Sept. Anno Dominice Nativitatis MCCCLV. Indictione VIII.

Questo Monastero di S. Maria di Varmo si è quello in Friuli alle rive del Tagliamento inferiore, il quale non ha comune che il nome colla Chiesa tuttor esistente di S. Maria di Varmo presso il Castello di tale nome nelle prossimità di Pisino, antica diocesi di Parenzo, il quale era feudo laico dell' Episcopato triestino. Non vi ha veramente indizio che fosse Monastero questa S. Maria d' Istria, se non da Atto di confinazione del secolo XIII, verso la fine, fra Patriarca, Veneziani e Conte Alberto d' Istria, monastero nel quale avrebbe tenuto stanza il Vescovo di Pedena.

In questa pace avrebbe compreso anche la Karsia, anche l' Istria, nella quale si osteggiò armata mano; anzi, ancorchè fra le parti contraenti non figuri il Conte Alberto, che veramente aveva l' Istria e la Karsia, vi è non pertanto compreso, come fosse parte stipulante. Patriarca Nicolò era del sangue dei Luzemburg, fratello carnale del Re di Boemia. *K.*

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1355.

4 Ottobre, Indizione VIII. Sacile.

Patriarca d' Aquileja Nicolò cita Fr. Benedetto Vescovo di Pola a giustificarsi della scomunica data ai coloni di Sisano, Arano, Pomaro e Bagnolo per le decime appartenenti a Giovanni qm. Guercio di Giustinopoli.

(Gubertino da Novate Not. Bibl. Com. di Udine).

Nicolaus Dei gratia S. Sedis Aquilegensis Patriarcha Ven. in Christo fratri Benedicto eadem gratia Episcopo Polensi suffraganeo nostro salutem et sinceram in Domino caritatem.

Significamus vobis quod ad nostram accedens presentiam providus vir Nicolaus de Surro Notarius civis Venetus habitator Justinopolis procurator et procuratorio nomine Johannis q. Guertii de Justinopoli Ven. in Christo Fr. Antonio Episcopo Tergestino nostro in spiritualibus Vicario generali quadam die a data presentis, appellationem in formam publicam presentavit ad Nos et Sedem nostram Aquilegensem per Almericum dictum Guertium filium et procuratorem dicti Johannis interpositam a quibusdam gravaminibus et processibus excomunicationis et interdicti per vos factis contra ipsius Johannis Reddituales, Decimatores et Collonos villarum videlicet Sisani, Arani, Pomarii et Bagnoli ac aliorum locorum et contratarum positorum in districtu Polensi ac etiam inhibitione per vos facta eisdem Collonis ne memorato Johanni responderent de ipsius Johannis decimis et redditibus villarum, contractarum et locorum predictorum, de quibus per Johannem q. Turini de Florentia habitatorem Civit. Austrie, Ecclesie nostre Polensis Vassallum, idem Johannes q. Guertii iure feudi extitit investitus et in possessione positus eorumdem prout in dicta appellatione plenius continetur. Cum itaque dictus Nicolaus procuratorio nomine antedicto intendat causam appellationis hujusmodi prosequi coram nobis, supplicavit humiliter ut de causa ipsa cognoscere ac vos ad nostram evocare iuditium deberemus. Quocirca volentes sibi postulatam iustitiam exhibere vos presentium tenore perentorie requirimus et monemus quatenus vices una secunda die a presentatione vobis fienda presentium non feriata alias proxima die iuridica tunc sequenti quam vobis per duobus edictis et uno perentorio ac monitione canonica assignamus coram nobis vel coram prefato nostro Vicario in Terra nostra Gemone Aquil. Diocesis et deinde ad omnes et singulos actus successive ac etiam ad definitivam sententiam audiendam cum fuerit in casu prelationis legitime comparere curetis in predicta appellationis causa processuri, facturi et recepturi quid ordo dictaverit rationis, alioquin in causa ipsa prout et in quantum suadebit iustitia procedetur vestri contumacia non obstante. Has autem litteras ad cautelam fecimus registrari, de quarum presentatione relationi latoris eorum nostri iurati nuntii seu instrumento publico ipsarum serie continenti dabimus plenam fidem.

Data in Castro nostro Sacili die IV. M. Octubris Anno Domini salutis MCCCLV. ind. VIII.

Dr. Vincenzo Joppi.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

746

Anno 1356.

9 Gennaro, Indizione IX. Aquileja.

Patriarca Nicolò concede ad Isacco Turini il Castel Salice d' Istria, le Castella di Cernigrad, di Bagnoli, le Ville di S. Sirico, di Nugla.

(Atti del Nodaro Gubertino da Navate di Udine).

Nos Nicolaus Dei Gratia Sancte Sedis Aquilegensis Patriarcha notum esse volumus universis quod Nos advertentes multa servitia Nobis et Ecclesie Aquilejensi fideliter et ferventer exhibita per quondam Johannem, et Isachum Turini fratres de Nostra Civitate Austria postpositis quibuslibet laboribus et periculis personarum, et ne videamur ingrati, volentes ut dicto Isacho superstite, quem speramus indubie in Nostris et dicte Ecclesie servitiis perpetuo adhesurum agere, gratiose Castrum Nostrum de Salice in partibus Nostris Istrie, ad Nos et predictam Ecclesiam legitime devolutum cum omnibus fortilitiis, juribus, ac jurisdictionibus, honoribus, et proventibus, nec non Villas que appellantur Cuduglanus et Cernischa ad dictum Castrum, ut dicitur, pertinentibus, atque omnia alia bona que qm. Johannes predictus frater dicti Isachi a pie recordationis Bertrando Patriarcha Predecessore Nostro, et a Nobis demum ac dicta Ecclesia tenuit et tenebat dum viveret, videlicet Castra Cernegradi et Bagnoli cum Villis ad ea pertinentibus, atque Villas Sancti Syrici et de Nugla prout idem Johannes tenebat et possidebat, dicto Isacho et suis heredibus concedimus et damus Nostro et Aquileg. Ecclesie nomine, habenda, tenenda, possidenda, et ad faciendum de ipsis suam utilitatem et commodum usque ad Nostrum dumtaxat beneplacitum voluntatis; promittentes et decernentes presentium per tenorem, quod si dictus Isach; ea predicta bona tenente de Nostro beneplacito voluntatis, ut prefertur, necessaria ac decentia hedificia fecerit in dicto Castro de Salice, de expensis quas fecerat in hujusmodi hedificiis prout extimatum fuerit per ydoneas personas et ad hec instructas, eidem Isacho vel suis heredibus satisfacere integre, si, forsan, et quando volemus vel Nostri Successores Castrum hujusmodi rehabere. Qui quidem Isach in Nostra constitutus presentia et flexis genibus coram Nobis juravit tactis Scripturis ad sancta Evangelia, Castrum predictum de Salice et omnia alia prenominata sibi concessa ut premittitur, ad honorem, statum, et exaltationem Nostram, Successorum Nostrorum, et Aquilegensis Ecclesie predicte fideliter custodire. Et quod per se, vel alium, nunquam faciet aliquid de dicto Castro vel aliis locis prenominatis per quod Nos, vel Nostri successores, aut Ecclesia supradicta guerras possint incurrere quomodolibet, aut dampna; et quod in dictis Castro et locis expressis non recipiet, aut intrare permittat aliquos predones, fures, seu derobatores, aut aliquas personas in gratia Nostra, et dicte Ecclesie non existentes, nec ab hujusmodi predonibus, furibus, seu derobatoribus

emet, seu gratis, vel alio modo recipiet aliquas predas, derobationes, vel furta; quodque guerram seu discordiam aliquam non faciet vel movebit propter quam status pacificus Marchionatus Nostri Istrie valeat perturbari. Insuper promisit et juravit Isach predictus Castrum predictum et loca alia superius nominata aperire, et aperta tenere Nobis et Nostris Successoribus, et gentibus Nostris et ipsorum successorum, omni tempore tam pacis quam guerre. Et quod ex Nobis vel Nostris Successoribus cum plena integritate restituet et assignabit quandocumque per Nos, vel Nostros Successores, requisitus fuerit, satisfacto sibi per Nos vel dictos Successores Nostros de expensis premissis, prout predictum est, juxta extimationem personarum fidelium et ydonearum super hoc decentius instructarum. Quod si secus faceret, vel premissis modo aliquo contraveniret, preter omnium sibi concessorum sine spe recuperationis alicujus amissionem, indignationem Nostram et predicte Aquilegensis Ecclesie se voluit et adjudicavit futuris temporibus incursurum. In quorum omnium testimonium presentes litteras sub instrumento publico per Paulum Notarium infrascriptum Cancellarium Nostrum scribi et publicari mandavimus, et Nostri Sigilli pendentis munimine roborari.

Datum et actum Aquilegie in Palatio Nostro Patriarchali, die nono mensis Januarii, Anno Dominice Nativitatis Millesimo Tricentesimo Quinquagesimo Sexto, Indict. Nona.

Dr. Cumano.

Al tempo del presente diploma i Patriarchi non avevano più dominio sulle città al mare dell' Istria, passato a Venezia, convertito il dominio patriarchino in semplice censo annuo in danaro. Restavano al Patriarca Muggia, Buje, Portole, Albona, Fianona, Pinguente, e quello che dicevano per eccellenza il *Marchesato*, che era della Camera del Patriarca, che poi dal Principe veneto fu dato ai Gravisi e fu detto Marchesato di Pietrapelosa.

Dal presente diploma appar manifesto che alcune parti di questo Marchesato sarebbersi date in fruizione e custodia temporaria, senza farne corpo da sè per avulsione, a Giovanni Turini da Cividale, e ritornate queste parti al Patriarca fossero date ad Isacco Turini, a revocabilità, ed in custodia. Le confinazioni certissime del Marchesato patriarchino verso Monte Maggiore, che erano una linea tirata dal trifinio di S. Clemente, di S. Elena e di S. Andrea verso Lesischina, concedono di riconoscere il sito ove stavano le castella e le ville disposte dal Patriarca, al che giovano i nomi di località tuttor conservati, e che attestano la provenienza romana. *Salice* dura tuttora e durano testimonianze di castellari e cose romane, del quale sarebbero state ville Codogliano e Cernisca, quello durato nel nome contratto di Codoglie, questo in Cernizza; quello indubbiamente *Fundus*, questo voltato in lingua slava il nome di Nigriniano, nome frequentissimo in tutta Istria, Cernigrad è uno dei due Castelli al varco di S. Andrea da Raspo all' Istria inferiore, certamente detto *Castrum Nigrum*. S. Sirico è Socerga, non il Castello, ma una villa che dal prossimo Castello prendeva il nome, Nugla è nota. Meno noto è *Bagnoli* che figura in Carta del 1102, e che nella presente si dice Castello, voce questa, *Balneoli*, frequentissima, adoperata nelle confinazioni di agri colonici, anche in Trieste, ove il nome fu storpiato in *Bogliunz*. Non è il Bogliuno a piedi del Monte maggiore che aveva nome FINALE e non apparteneva al Patriarca. Crediamo poterlosi cercare in S. Croce di Pinguente ove durano ed altra volta erano abbondanti rovine di tempi romani.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1356.

11 Febbrajo, Indizione IX. Aquileja.

Antonio Negri Vescovo e Conte di Trieste risiedeva in Aquileja Vicario generale in Spiritualibus del Patriarca Nicolò di Luzemburgo.

(Atti del Notajo Odorico nell' Archivio domestico de' Conti Portis di Cividale).

Antonius Dei Gratia Episcopus et Comes Tergestinus Reverendissimi in Christo Patris et Domini Domini Nicholai Eadem Gratia Sancte Sedis Aquilegensis Patriarche in Spiritualibus Vicariis Generalis discreto viro Jacobo qm. Stephani Bndti de Civitate Austrie Salutem in Domino.

Conquestus est Nobis Presbiter Leonardus dictus Satana de Civitate Austrie quod tu denegas eidem dare et solvere certam pecunie quantitatem quam ipsi dare teneris; super quibus a Nobis remedium instare postulavit. Quocircha te tenore presentium monemus, tibi nihilominus sub excommunicationis pena districte precipiendo mandantes quatenus dictam pecunie quantitatem usque sex dies, a presentatione tibi facta presentium computandos, quem terminum tibi pro duobus edictis et uno peremptorio assignamus, eodem Presbitero Leonardo debeas integraliter persolvere. Quod si tu ex hujusmodi nostra monitione et mandato putaveris forsitan in aliquo aggravari, prima die juridica dies sex immediate sequenti coram Nobis in Ecclesia Aquilegensi debeas legiptime comparere (omissis).

Datum Aquilegie die XI Febr. Ind. VIIII. M.CCC.LVI.

Altri documenti potrebbersi addurre che ci mostrano il Vescovo suddetto Vicario Generale nelle cose spirituali del Patr. di Aquileja anche nell' anno precedente 1355. *Dr. Cumano.*

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

748

Anno 1356.

17 Febbraro, Indizione IX. Aquileja.

Patriarca Nicolò nomina il Marchese Rettore e Governatore dell' Istria.

(Protocolli di Mainardo Savii Nod. Udinese).

Nicolaus Dei gratia S. Sedis Aquilegensis Patriarcha, Istriae, Carniolie Marchio. Dilectis nostris fidelibus universis et singulis Marchionatui nostro Istrie subiectis, gratiam nostram et omne bonum.

Quamvis quidem per alias nostras certi tenoris litteras regimen et gubernationem Marchionatus nostri Istrie duximus committendum Juliano Brugni de Tulmetio Domicello et Famiiari nostro dilecto, quia eumdem Julianum aliis nostris comodis et servitiis volumus occupari, ipsum ab officio hujusmodi duximus absolvendum. Et confidentes precipue de fidelitate et industria Fidelis nostri Johannis de Staim sperantesque quod ipse regimen et gubernationem hujusmodi fideliter, sollicite et pacifice exercebit, Marchionatum nostrum predictum cum omnibus juribus, iurisdictionibus, redditibus, proventibus et honoribus eidem Marchionatui debitis et consuetis, tenore presentium committimus, usque dumtaxat ad nostre beneplacitum voluntatis, ipsum Nobis ac Terre nostre Istrie Marchionem preficimus et Rectorem. Quocirca Fidelitatem vestram requirimus et hortamur quatenus eidem Johanni tamquam nostro Marchioni seu ejus Vicegerenti durante hujusmodi nostro beneplacito, in iis que ad prefati nostri Marchionatus spectant officium parere curetis et fideliter respondere: alioquin penas quas rite tulerit in rebelles ratas habebimus, atque gratas, et faciemus eas auctore Deo usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Datum Aquilegie in nostro patriarchali Palatio die XVII mensis Februarii anno Dominice Nativitatis MCCCLVI, Indictione IX.

Dr. Joppi.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno 1356.

13 Giugno. — Venezia.

Parte di Consiglio de' X ai Provveditori Veneti in Istria affinchè venga interessato il Marchese Patriarcale d' Istria Francesco di Savorgnano ad avvertire i movimenti del Re d' Ungheria o di altri a danno dei Veneti.

(Da apografo antico).

M.CCC.LVI, die XIII Junii. In consilio X.

Quod scribatur Provisoribus Histrie, quod mittant Thomam Notarium Nostrum ad Dominum Franciscum de Savorgnano, qui est Marchio Histrie, cui dicant pro parte Nostra, quod scimus per Nostros qui fuerunt in Forojulio quod ipse amavit et amat honorem et Statum Nostrum. Pro quo in veritate multum reputamus Nos obligatos ad quodlibet commodum et bonum statum suum. Et quia existens Ipse in partibus illis sumus certi quod multa potuerit sentire tangentia Statum Nostrum. Rogamus, ut quoties de novis que habet et haberet in posterum, tam de Rege Vngarie et gentibus suis, quam aliunde, Nobis notificet et informet Nos, vel Nostros Rectores, quid sibi melius videbitur, de hiis que sibi videbuntur fienda et providenda pro honore Nostro. Quod reputabimus Nobis ad speciale servitium et ad suum honorem, Nos reddet omni tempore promptiores. Et audiat ipse nuncius id quod sibi dixerit, et redeat ad Provisores, qui Nobis rescribant illud quod habuerit dictus nuncius.

Ingegnere Dr. Antonio Joppi.

Re Lodovico d' Ungheria, alleato di Patriarca Nicolò della Casa Reale di Luzemburg, fratello carnale di Imperatore Carlo IV, mosse guerra in questo anno ai Veneziani ed occupò parecchie terre nell' Istria, restituite poi nella pace del 1358. Trieste si tenne amica al Re d' Ungheria, al quale mandò Ambasciatori Quagliotto Bonomo, e Pietro qm. Francesco Bonomo.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1356.

21 Giugno, Indizione IX. Trieste.

La tutela del minore Jacopo Giroldo fu Francesco chiede rinnovazione d' investitura del feudo di Calisedo.

(Da autentica del Nodaro Capuano nell' Archivio generale di Venezia. Volume *Giroldia*).

Anno Domini MCCCLVI, Indictione IX, die XXI Mensis Junii. Actum Tergesti in Episcopatu, et in Ecclesia Cathedrali, presentibus Dno. Augustino de Tofanio, Bartulo de Jacogna Diacono, Crismano Nebiavez civibus Tergestinis, Francisco Cavaza et Primos q. Canciani, ... voc.... et aliis. Comparuit in Episcopatu Tergestino, Ubi consuevit morari Dnus. Episcopus Tergestinus, Giroldus de Gomize Civis Justin. tanquam Procurator et procuratorio nomine Dnar. Mariae uxoris q. D. Jacobi de Giroldo, et Beatricis uxoris q. Francisci de Giroldo, Tutricum Jacobi pupilli filii, et haeredis supradicti q. Francisci de Giroldo, in ultimo test. q. dicti D. Francisci habens mandatum ad infrascriptam investituram requirendam nomine dicti pupilli, ut de dicto procuratore patet pub. Instrum. manu Michaelis de Lugnano Imp. auct. Notarii sub presenti Millesimo et Indictione, die 29 Mensis Maii, ut in dicto Instrumento patet a me viso, et lecto; petens et requirens cum instantia nomine supti. pupilli si ibi esset Dnus. Episcopus, vel eius Vicarius, vel alia idonea persona ad investiendum predictum Giroldum vice, et nomine Jacobi pupilli de feudo Castri de Calixedo, quemadmodum precessores sui investiverunt q. Franciscum supradictum de predicto feudo, et hoc semel, bis, et tertio. Et cum predictus Giroldus in Episcopatu ipso non invenisset supradictum D. Episcopum, nec aliam personam suas vices gerentem idoneam ad Investiendum dictum Procuratorem, quo super nomine de feudo predicto, nominatus Geroldus ... coram suprascriptis et procuratorio nomine predicto comparuit in Ecclesia Cathedrali, et se presentavit nomine Jacobi pupilli ante Cathedram lapideam, quae est post altare magnum dicte Ecclesiae, et ibi ter quo supra nomine flexis genibus requisivit investiri nomine predicto de feudo Castri predicti; offerens se paratum recepere dictam investituram, et oia. facere Ecclesie quae de jure fieri debuit Et cum similiter nullam personam idoneam ibi invenisset nominatus Geroldus coram dictis tts., et me Not. infrascripto publice, et alta voce quo sup. nomine pretestatus fuit de Jure dicti pupilli q. cum q. Franc. de Giroldis Civis Justin. habuisset in feudum a Dno. Tergest. Castrum de Calixeto investituram feudi ipsius Castri a precessoribus Dni. Episcopi Tergestini q. ad pns., et tempore suae mortis tenebat Castrum, et ipsum possidebat. Et cum dictus q. Franc. mortuus sit, et dimiserit quendam suum filium Jacobum nomine suum legitimum heredem, et ad eum

spectet dicta investire de jure, et ipse Geroldus venerit ad Civitatem Tergesti procuratorio nomine quo sup., ad dictum Episcopum Tergestinum qui ad pns. est vel eius Vicarium, causa accipiendi nomine dicti Jacobi pupilli filii et heredis supradicti q. Francisci, investituram dicti Castri de Calixeto; et ipse D. Episcopus esset ex Tergestum, et Dioc., et nullum Vicarium dimisisset, vel aliam personam idoneam ad talia faciendum, quod absentia suprascripti D. Episcopi, et defectu Vicarii, vel alterius personae res suas gerentis, nullum preiudicium sit dicto Jacobo pupillo nec iuribus suis suo nomine et heredum, nomine quo sup. possit, et valeat petere et recipere investituram dicti Castri ab ipso Episcopo, suisque successoribus, et uti iuribus suis quandocumque, et quotiescumque tibi recipere videbitur, et fuerit opportunum rogans me Notarium infrascriptum etc.

Ego *Michael* etc.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

10000100

10000100

et singulis continentes. Quod si non faceremus, seu dictas literas, non assignaremus in termino antedicto, ex tunc ipse dominus Dux, et heredes sui, provinciam Windisgratz cum castro ibidem, et omnibus attinenciis, et Castrum Cluse retinebit, quousque eis de premissis, plenarie satisfiat. Nos quoque infra quindecim dies a data presentium omnes suspensionem, Interdicti, et excomunicationum sententias, auctoritate Sedis apostolice, seu nostra ordinaria in terris Carniole et Marchie latas tollemus et penitus relaxabimus, omnesque excomunicatos, seu suspensos, absolvemus aut absolvi per alios faciamus. Prefatus vero dominus Dux, nobis et ecclesie nostre, suo et heredum suorum nomine promisit, quod provinciam et Castrum de Windisgratz, cum omnibus iuribus et attinenciis suis, pro mille talentis denariorum Viennensium, pro quibus per ipsum dominum Ducem sunt obligata, exsolvet. Si qua vero debita alia per nos vel nostros Predecessores contracta forent, pro quibus dicta provintia et Castrum de Windisgratz obligata essent nos disbrigabimus, et eadem debita persolvemus Inseque dominus Dux, et heredes sui, nobis vel Successoribus et ecclesie nostris, provinciam et Castrum de Windisgratz in proximo futuro festo sancti Georgii, cum omnibus attinenciis et redditibus suis, super eodem termine persolvendis, modis omnibus et absque dilatione debebit aliqua assignare. Non obstante, si forsan quod absit, inter eundem dominum Ducem, vel eius heredes, et nos seu Successores nostros, aliqua contentiones, lites et discordie orirentur. Quod si idem dominus Dux, vel sui heredes, premissa in dicto termino, facere ommitterent, omne dampnum, quod ex tunc nos vel nostri Successores et ecclesia Aquilegensis pretextu dominii, seu bonorum, et proventuum Windisgratz elapso dicto termino incurreret, nobis et ecclesie nostre plenarie refundent. Est etiam ordinatum inter nos utrobique quod nos relaxabimus, et relaxare debemus, et ex nunc relaxamus, omnia thelonea, mutas, et exactiones, quas libet de novo impositas, que apud dictum hospitale exigebantur, et specialiter de curru cum equis unus florenus, et de curru cum bobus quadraginta quatuor denarior. exigebantur, et in posterum non requiremus, nec circa hospitale predictum, aut alibi mutam huiusmodi recipiemus, nec recipi modo aliquo faciamus. Simili modo et idem dominus Dux, theloneum per ipsum impositum de novo in Venzone et collectum, debet relaxare et relaxat omnino, a nullo ibi vel alibi in posterum recipi faciendo. In cuius rei testimonium presentes dedimus literas nostri Sigilli munimine roboratas.

Datum apud Sanctum Vitum in Karinthia, in die sancti Dyonisii martiris. Anno domini Millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

10000100

10000100

10000100

Anno 1357.

22 Luglio, Indizione X. Sorfemberg.

Patriarca di Aquileja Nicolò concede a quelli di Muggia di nominare Podestà per sei mesi, nominano Bertoldo da Manzano, ministeriale, il Patriarca lo conferma.

(Atti del Nodaro udinese Gubertino da Novate).

Nos Nicolaus Dei gratia Sactae Sedis Aquilegiensis Patriarcha notum fore volumus Universis quod dilecti fideles nostri, Judices, Consilium, et Comune terrae Muglae per eorum Ambaxiatores ad nos transmissos fecerunt nobis humiliter supplicari, quod eis Potestatem, et Rectorem eligendi in dicta terra pro dimidio Anno incohando a die qua infrascriptus Potestas, Regimen jurabit hujusmodi, licentiam concedere dignaremur. Nos vero ipsorum fidelium nostrorum supplicationibus inclinati, dictam licentiam eisdem Ambaxiatoribus gratiose duximus concedendam. Quo peracto iidem Ambaxiatores deliberatione habita diligenti, dilectum Ministerialem nostrum Pertoldum de Manzano pro dicto dimidio Anno in Potestatem, et Rectorem predictae terrae nostrae Muglae juxta morem solitum elegerunt. Quapropter ipsius Pertoldi fidelitatem, et discretionem providam attendentes, ac sperantes quod ex ipsius salubri regimine, dicta terra nostra Muglae prosperis, et felicibus, dante Domino, ampliabitur incrementis, electionem hujusmodi ratam, et gratam habemus ipsumque Pertoldum, in Potestatem prefatae terrae Muglae pro dicto dimidio Anno tenore presentis confirmamus. In cujus rei testimonium presentes fieri jussimus nostri Sigilli impressione munitas.

Datum in Castro nostro Sorphenberch XXII mensis Julii Anno Dominice Nativitatis MCCCLVII, Indictione X.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno

19 Dicembre.

Il Comune di Muggia chiede soccorso c
guerra da cu

(Dal Vol. IV Miscellanea Storica

Nobili et Sapienti Viro Dominc
silio, et Comunitati Austriae Civitatis.

Domini Carissimi. Super et de nostris
sidii plurimas Supplicationes licet vacuas usque
rato nunc nuper supra predictis omnibus instanti
voluntate, sed protinus necessitate, diu nobis vic
nichil habemus, consumti sumus; de nostris enir
suscepimus, nostre Vineae ex quibus dumtaxat n
nent inculte, pro continuis, et adeo fortibus insu
ram, quod nulli nostrorum cujuscumque sit condi
ipsis enim insultibus, et tuimento terrae quod p
subsidio potissime certorum peditorum, quorum s
et nostra mere potentia ponderata. Unde solita
quatenus comunicato aliarum Comunitatum patria
non audit de dicto oportuno nobis adiutorio, digi
quod tempore guerrae Tergestinorum nobiscum,
riorum numero nobis gratanter, et affluenter subv
Si autem in hoc vestra fraternitas nobis defuerit,
vestrorum Civium saltem aliorum apud nos enti
impulsionis nostrorum predictorum occasione tant
torum stipendiariorum repentina habitatione cural

Henricus de Ga
Ju

Ibi Datum die 19 Decembris.

L' anno è posto secondo probabilità. Nel 1352 vi fu guerra fra Triestini e Muggisani; nel 1354 fu distrutta la Muggia vecchia, ed in questa Carta

Tipografia del I

10000100

Anno 1358.

8 Gennaro. — Udine.

Nicolò Patriarca investe Simone di Valvason de' beni feudali in Castiglioni che già appartenevano a Francesco qm. Biachino di Momiano.

(Archivio domestico de' Conti Portis di Cividale. Carte Guerra).

Die VIII mensis Januarii. Presentibus Venerabili in Christo Patre Dno. Fratre Johanne Dei gratia Episcopo Emonensis, Nobilibus Viris Dnis. Francisco de Savorgnano, Odorico de Cucanea Militibus, et Nicolussio Varbiti de Utino testibus et aliis.

Cum bona omnia que quondam Franciscus olim Biaquini de Mimiglano commorans in Castiglono habebat et tenebat in feudum ab Ecclesia Aquilegensi, per ipsius Francisci obitum qui decessit absque masculis heredibus ex se descendentibus, sint ad Reverendissimum in Christo Patrem et Dnum. Dnum. Nicolaum Dei gratia Sancte Sedis Aquilegensis Patriarcham et dictam ejus Aquilegensem Ecclesiam legitime devoluta, idem Dnus. Patriarcha considerans et attendens grata fidelitatis obsequia sibi et dicte sue Aquilegensi Ecclesie impensa per Nobilem Militem Dnum. Symonem de Valvasono, et que poterit dante Domino in posterum exhibere, et propterea volens ipsum favore prosequi gratioso, predicta bona omnia et singula feudalia ad dictum Dnum. Patriarcham et dictam Aquilegensem Ecclesiam, sic ut premittitur devoluta, per se suosque successores et nomine Aquilegensis Ecclesie dicto Domino Symoni per se et suos heredes recipienti in feudum, eo jure quo predictus Franciscus et progenitores sui illa tenebant et habebant ab Ecclesia memorata, dedit, concessit, ipsumque de illis presentialiter investivit. Ita tamen quod in loco de Castiglono numquam habeat facere Castrum aliquod edificari; salvo jure dicte Ecclesie Aquilegensis et omnium personarum. Dictus vero Dnus. Symon dicto Revmo. Dno. Patriarche et Aquilegensi Ecclesie prestitit fidelitatis juramentum quod vassallus Domino suo in talibus consuevit, et quod nunquam faceret in predicto loco de Castiglono Castrum aliquod edificari.

Actum Utini in Palatio Patriarchali.

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

Anno

22 Marzo, Indizione

Patriarca Nicolò conferma la elezione d
di M

(Archivio domestico de' C

Nos Nicolaus Dei gratia Sanc
cha notum esse volumus universis qu
silium et Commune Terre Mugle per eorum
transmissis, fecerunt Nobis humiliter supplicari q
Terra pro dimidio anno inchoando l
eorum supplicationibus inclinati dictam licentiam
..... Ambaxiatores deliberatione habita dilige
nardum Goritie et Tyrolis Comitem in Potestate
solitum elegerunt. Quocirca ipsius Dni. Comitis
benevolentiam attendentes ..... electionem
jure nostro et Aquileg. Ecclesie ..... con
teras .....

Datum in Castro Nostro Sorphenberch
vitatis M.CCC.LVIII, Indictione XI.

È questi l' Alberto Conte d' Istria, della Casa di Gorizia, terzo di numero fra li Istriani, e che fu l' ultimo della sua stirpe nella Contesa d' Istria, morto nel 1374. Aveva per testamento reciproco

Tipografia del 1

Anno 1358.

1. Maggio. — Sorphenberch.

Patriarca d' Aquileja Nicolò elegge un Canonico nel Capitolo di Muggia vecchia, per compromesso del Capitolo medesimo.

(Archivio domestico de' Conti Portis di Cividale: carte Mons. Guerra).

Die primo mensis Maii. Presentibus Rdo. in Christo Patre Dno. Fratre Bartholomeo Dei gratia Episcopo Caprulano, venerabilibus viris Dominis Johanne Rumpoldo Canonico Aquilegensi, Martino Plebano Plebis de Quadrupio, et Vislao Plebano Plebis de Nimis Aquilegensis Diocesis, Capellanis infrascripti Dni. Patriarche testibus, et aliis ad hoc vocatis. Accedens ad presentiam Reverendissimi in Christo Patris et Domini, Domini Nicolai Dei gratia Sancte Sedis Aquilegensis Patriarche discretus Vir Wlricus filius Johannis de Sancto Petro Acolitus supradicte Diocesis, presentavit eidem Dno. Patriarche quasdam litteras venerabilium Virorum Dominorum Michaelis Plebani, Canonicorum et Capituli Ecclesie Sancte Marie de Castro Mugle Diocesis Tergestine, ejusdem Capituli sigillo cereo sigillatas super auctoritate, potestate et licentia ipsi Dno. Patriarche concessa de Canonico eligendo ad Canonicatum et prebendam vacantes in predicta Ecclesia Sancte Marie de Castro Mugle per obitum Dni. Nicolai de Sabilitis olim ipsius Ecclesie Canonici prebendati. In quarum litterarum superscriptione he littere legebantur. "Revmo. in Christo Patri et Domino, Domino Nicholao Divina Providentia Sancte Sedis Aquilegensis dignissimo Patriarche„. — Intus autem tenor scriptus eorum talis est. — "Cum Ecclesia Collegiata Sancte Marie de Castro Mugle Tergestine Diocesis vacaret Canonicatu et prebenda propter mortem discreti Viri Domini Nicolai de Sabilitis ejusdem asserti Canonici, Nos presbiteri Michael de Bosinaglis Plebanus, Johannes Loth, Nicolaus Florentini, Nicolaus de Goritia Canonici Ecclesie antedicte, cum plures Canonici ad presens vocem habentes ad infrascriptam electionem non sint residentes ad tractandum de futuri substitutione Canonici, in Sacrario Muglensis Ecclesie ad sonum campanelle ut moris est Nos devenissemus, et nobis considerantibus quod potius in paucos sepe sanioris consilii Spiritus venit, uno consensu et unanimi voluntate Reverendissimum in Christo Patrem et Dominum, Dominum Nicolaum Dei gratia dignissimum Patriarcham sancte sedis Aquilegensis, utpote Revdum. Dnum. et condignum pro futura facienda electione, nos Canonici Ecclesie prefate Sancte Marie de Castro Mugle continuo ibidem, elegissimus ipsum et electionem nostrorum omnium vice totaliter committimus, et potestatem et licentiam damus in quantum de jure possumus in Canonicum ipsius Ecclesie eligendi quem pro bono statu ejusdem Ecclesie viderit et crediderit esse meliorem. In cujus rei testimonium presentes fieri jussimus et sigillo nostri Capituli impressione muniri. — Datum Mugle in Sacrario Muglensis Ecclesie die XVIII mensis Martii, Indict. XI„.

Quibus quidem litteris sic ac premittitur dicto Dno. Patriarche presentatis ac ibidem perlectis, idem Dnus. Patriarcha super electione futuri Canonici ad predictos Canonicatum et Prebendam in dicta Ecclesia Sancte Marie de Castro Mugle ut prefertur vacantes, diligenti et matura deliberatione prehabita, tandem Christi nomine invocato, vigore concessionis predicte in hac parte sibi facte, prefatum Wlricum de cujus vita, moribus ..... laudabile testimonium ibidem intellexit elegit in ejus dicte Ecclesie Sancte Marie Canonicum et in fratrem ad supradictos Canonicatum et Prebendam in ipsa Ecclesia vacantes per mortem Dni. Nicolai de Sabilitis ipsius Ecclesie olim Canonici prebendati ..... ac committens presbitero Johanni Loth Canonico supradicto absenti tamquam presenti quatenus dictum Wlricum seu procuratorem suum ejus nomine in dictorum Canonicatus et Prebende, ac jurium suorum omnium possessionem, auctoritate jamdicta ponat et inducat, inductumque defendat. In quorum omnium testimonium prefatus Dnus. Patriarcha mandavit presens publicum Instrumentum confici ..... Actum in Castro Sorphenberch in Camera cubicularia predicti Domini Patriarche.

Dr. Cumano.

Il *Castrum Muglae* della Carta presente non è la Muggia di oggidì alle rive marine del seno che da lei prende il nome, e nella quale durò Plebano con Capitolo fino al 1830; è all' invece la *Muggia vecchia* sul colle ad un miglio di distanza, della quale durano le mura di cinta e le muraglie smantellate dell' antico castello rovesciate dai genovesi nel 1354 condotti da Paganino Doria in odio ai veneti che tenevano occupato quel castello. La Chiesa di S. Maria era stata rispettata, e dura tuttora in grande onore. La Carta presente fu data quatro anni dopo la desolazione di Muggia vecchia.

Muggia era veramente dell' Episcopato triestino, e membro onorevole, se da lungo aveva Capitolo collegiale, il quale nel 1232 pretese di prendere parte insieme coi capitolari di Trieste alla elezione dei Vescovi, pretensione dalla quale venne licenziato con solenne sentenza. L' odierna Muggia era borgata, navale e porto della vecchia da tempi antichi, e durava nel medio tempo in istato di prosperità, tale che nel 1263 volle costruire l' odierno Duomo di Muggia, però rimanendo soggetto alla Chiesa del castello di Muggia. Nel 1278, vent' anni dopo la Carta presente, anche il Capitolo abbandonò il Castello, deserto di abitanti fino dal 1354; la Chiesa di Muggia nuova, intitolata ai Santi Martiri Giovanni e Paolo divenne collegiale, lasciato in Santa Maria *de Castro Muglae* semplice Cappellano per la officiatura; però la Chiesa antica frequentavasi solennemente nella festa di Santa Maria di Settembre.

Il numero di capitolari variò, crediamo secondo le fortune, lo abbiamo trovato di sei, ed anche di dieci, numero questo che è indicazione di rango. Ciò sappiamo che in certe occasioni i capitolari di Muggia si univano a quelli di Trieste, citeremo fra queste il ricevimento solenne di Imperatore Carlo VI nel Duomo di Trieste; i Canonici di Muggia insieme coi canonici di Trieste portavano le mazze del baldacchino, ancorchè Muggia fosse allora suddita dei veneziani.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1361.

20 Febbraio, Trieste.

Attestazioni sull' arresto degli Ambasciatori di Trieste e sui danni fatti da quelli di Stemberg e di Sasingrad baroni di Adelsberg vassalli del Patriarca.

(Archivio della Vicedominaria).

Die vigesimo Mensis Februarii, Actum Terg. in palatio Co-munis ad bancum juris ad prensenciam supradicti Domini potestatis, Judicum et sex Sapientium secundum quamdam Reformationem majoris Consilii p. Andream de Otobono..... suo sacramento conquerens dixit quod Castelar Servitor Domini Johannis de Stemberg fuit unus ex illis qui ceperunt nostros ambasiatores et ceperunt eundem Ser Andream una cum nostris Ambasiatoribus.

Die eodem et loco et ad dictam presentiam Joannes filius Magistri Christofoli aurificis et productus super antedicta querimonia citatus per Zanninum preconem et juratus de veritate dicenda suo sacramento dixit et confessus fuit, quod Gaistelar Vricey Hanch et Anzey Servitores Domini Johannis de Stemberg una cum Servitoribus Domini Guielmi de Xasimbergo, fuerunt ad capiendum dictum S. Andream, cum quo ceperunt nostros ambasiatores una cum dicto S. Andrea. Interrogatus quomodo scit: Respondit suo sacramento quod erat cum nostris Ambasiatoribus et vidit et cognovit predictos.

Die eodem et loco ad dictam presentiam Jurius q. Michael de Michova habitator Tergesti tt. productus super dicta querimonia per Dom. Preconem citatus ut supra et juratus, suo sacramento dixit et confessus fuit quod Hanch Corizey Gaistelar et Anzel una cum Servitoribus Dni. Guielmi de Xarsenbergo fuerunt ad capiendum nostros ambasiatores et ceperunt eund S. Andream, quando ceperunt dictos nostros Ambasiatores. Interrogatus quomodo scit predictas respondit, tanquam homo qui interfuit et vidit predicta et cognoscit eundem Gaistelar et scit quod erat servitor illorum de Postoyna.

Die eodem loco et ad dictam presentiam S. Petrus Belli Cives Terg. in Juditio conquerens dixit q. Guemiger Servitor Dni. Johannis de Stembergo cum dictis suis sociis fuit depredatum in villa de Slopa rusticos dicti S. Petri, et hoc fuerint acta millesimo trecentesimo sexagesimo Indictione XIII die vigesimo M. Augusti.

Die eodem loco et ad dictam presentiam S. Andreas de Baxillis in Iudicio conquerendo, dixit quod dictus Gacistelar cum predictis suis Sotiis fuerint depredati rusticos de Verpoglan

Gorzana Bissoviza Opchiena Ligusello et Prisniza. Interrogatus quomodo scit predicta, Respondit relatione rusticorum dictarum villarum.

Die eodem loco et ad dictam presentiam S. Quagliottus de Bonomo ut supra dixit q. Servitores Dni. Johannis de Stembergo et illi de Jama fuerunt depredati rusticos de Trebechian et de Rizmagne, et haec dixit se scire relatione rusticorum dictarum villarum.

Tempi infelici correvano allora; la peste cominciata nell'anno precedente era ripullullata con grandissime stragi di tutta Europa; per fede di Messer Francesco Petrarca nel 1359, l' Istria era empiamente maltrattata = *magno bellorum sonitu, nec parvae stragis impie deserviunt, Januenses et Veneti in armis sunt.* Durava guerra tra Patriarca d' Aquileja e Duchi Federico e Rodolfo d' Austria, che con 12,000 uomini vennero all' assedio di Udine, ed erano le questioni per terre del Patriarca che questi avrebbero occupato; per diritti dei secondi, che il primo impediva. Il Comune non fu straniero a tali agitazioni, ned era molto in pensiero per li mezzi da adoperarsi; nel 1361 spianava a dirittura il Castello della Becca, dei Vuichunberg, sotto pretesto di fellonia; certamente devono avere in modo grave mancato se nel 1362, i Duchi d' Austria, i Conti di Gorizia vietavano ai mercanti di Trieste l' ingresso nei loro Stati, nè decamparono ancorchè Re Lodovico di Ungheria si interponesse ad inchiesta dei Triestini, più felice nel pacificare il Patriarca coi Duchi d' Austria. Certo vi furono cause di inimicizia, se Duca Rodolfo ordinava nel 1363 al suo Capitano nel Carnio di comporle.

Non ancor sappiamo in quale relazione stassero le violenti discordie fra Trieste ed Arensberg colle altre inimicizie, possiamo supporre che gli Ambasciatori di Trieste arrestati dallo Stemberg fossero diretti od al Duca od al Re di Ungheria; ciò possiamo ritenere, che quell' impeto in siffatte cose che fu dei Triestini ancor nel 1563, il quale li traeva all' assaltare colle armi e col fuoco le ville e le castella prossime, quando pensavano mancassero ai patti od a debito loro, fosse nel 1300 assai più bollente, e da una parte e dall' altra non si guardasse a modo ed a misura.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Anno 1361.

18 Novembre. — Cividale.

Fine e quietazione della madre e fratelli del Vescovo di Cittanova Fra Giovanni di Parma pei beni relitti da questo.

(Dal Protocollo di quell' anno dell' Archivio Capitolare di Cividale).

Finis Domini Jacobi de Parma Canonici Civitatensis pro se et fratribus. Anno M.CCC.LXI die 18 Novembris in Civitate Austria in Palatio Patriarchali ..... presentibus fratre Francischino Converso Ordinis Predicatorum ..... Premiglo et Plasenterio fratribus de Fagedis Civitati commorantibus, et Johanne qm. Nicolai de Civitate ..... Dominus Frater Andreas de la Turre Ordinis Predicatorum tamquam Procurator et procuratorio nomine Venerabilis Patris et Domini ..... Episcopi Emoniensis prout de ipso procuratorio ..... fuit contentus ..... quod jam pluribus diebus elapsis fuit in concordio cum Domino Jacobino de Parma Canonico Civitatensi ac cum aliis fratribus suis et matre eorum, de omnibus et singulis que nomine suprascripti Episcopi petebantur ab eisdem de bonis et rebus qm. Domini Fratris Johannis olim Episcopi Emonensis, et eas et ea habuit et recepit jam quampluribus diebus elapsis; unde predictus Frater Andreas tamquam Syndicus et procurator dicti Domini Episcopi ..... et procuratorio nomine ejusdem fecit eidem Domino Jacobino recipienti pro se et fratribus suis ac matre sua omnem finem et remissionem, quietationem ..... de ulterius non petendo de omnibus ..... que dicebantur penes eosdem fratres quondam Domini Episcopi .....

Item dicto die et loco. Prefatus Dnus. Jacobinus pro se et fratribus ac matre sua, eorumque heredibus promisit et stetit ac obligavit dare ipsi Fratri Andree stipulanti nomine quo supra unum baculum Pontificale quod est nunc commodatum ab ipso Jacobino Dno. ..... Episcopo Caprulano, cum redeat idem Episcopus ab Alamania, vel valorem dicti baculi; et promisit curare bona fide quod quidam liber Pontificalis quem qm. Dnus. Johannes olim Episcopus Emonensis pignoravit Blasio Tusco de Civitate restituere tum eidem Dno. Episcopo pro tanta pecunia pro quanta eidem pignoravit, ita quod hodiernus Episcopus Emonensis teneat solvere pecuniam pro qua fuit pignoratus .....

Dr. Cumano.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100

10000100